

*libro de la biblioteca de la casa de los señores de 1620*  
L. A P V L E I

MADAVRENSIS

OPERA OMNIA

QVÆ EXSTANT.

Equibus, post vltimam P. COLVII  
editionem,

*de libris de la casa de los señores de 1620*  
PHILOSOPHICI LIBRI

*Ope vetustiss. Cod. Ms. innumeris mendis  
expurgati; quamplurimis locis aucti,*

per

BON. VVLCANIVM BRVGENSEM.



*1724. 3030*

LUGDVNI BATAVORVM,  
EX OFFICINA PLANTINIANA,  
Apud Franciscum Raphelengium,  
cLō. Iō. XCIV.



Gertrudis

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

NOBILISS. AMPLISSIMOQUE VIRO  
THEODORO CANTERO  
VLTRAIECTINÆ

REIPVBL. CONSULI

BON. VVLCANIVS S. D.

**M**AGNA semper habita  
fuit eorum hominū laus,  
vir nobilissime, qui in ve-  
terum authorum scriptis  
recognoscendis pristinaq;  
sua integritati restituendis  
elaborarunt; quales profe-  
ctò exstiterunt & aiorū nostrorum memoria  
& nostra atate viri aliquot eruditione excel-  
lenti, ingenio iudicioq; acerrimo pradi, qui  
multum lucis atque splendoris classicis autho-  
ribus attulerunt. Quo quidē nomine vt Reip.  
literaria magnopere gratulandum est, ita do-  
lendum vehementer, exstitisse hac tempestate  
nonnullos, qui iuuenili potius quadam ingenij  
confidentiā quā singulari aliqua eruditione  
fulti, hoc studij genus aggressi, incredibile dictū  
est quanta licentiā quamq; indignis modis in  
veterum authorū scripta sauerunt, dum pas-  
sim pro suā libidine vocabula vel in speciem  
corrupta, vel alioqui parum ab ipsis intellecta  
proteruē reiiciunt, atque è nudā plerunq. con-  
iecturā, quāq; nullā M. S. codicis autoritate  
nitatur, casca quadam & iam inde ab Enan-  
dro pe-



NOBILISS. AMPLISSIMOQUE VIRO  
 THEODORO CANTERO  
 ULTRAIECTINÆ  
 REIPUBL. CONSULI  
 BON. VULCANIVS S. D.

**M**

AGNA semper habita  
 fuit eorum hominū laus,  
 vir nobilissime, qui in ve-  
 terum authorum scriptis  
 recognoscendis pristinaq;  
 sua integritati restituendis  
 elaborarunt

etò exstiterunt et  
 et nost

les profe-  
 remoria  
 excel-  
 i, qui  
 itho-  
 Reip.  
 do-

*Gerona*

lenam... tempestate  
 nonnullos, qui iuveni potius quadam ingenij  
 confidentiā quàm singulari aliqua eruditione  
 fulti, hoc studij genus aggressi, incredibile dictis  
 est quanta licentiā quamq; indignis modis in  
 veterum authorū scripta saucierunt, dum pas-  
 sim pro suā libidine vocabula vel in speciem  
 corrupta, vel alioqui parum ab ipsis intellecta  
 proterisè reiiciunt, atque è nudā plerunq. con-  
 iecturā, quaq; nullā MS. codicis autoritate  
 nitatur, casca quadam et iam inde ab Enan-  
 dro pe-





NOBILISS. AMPLISSIMOQUE VIRO  
THEODORO CANTERO  
VLTRAIECTINÆ  
REIPVBL. CONSULI  
BON. VVLCANIVS S. D.



MAGNA semper habita  
fuit eorum hominū laus,  
vir nobilissime, qui in ve-  
terum authorum scriptis  
recognoscendis pristinaq;  
sua integritati restituendis  
elaborarunt; quales profe-  
ctō exstiterunt & aiorū nostrorum memoria  
& nostra atate viri aliquot eruditione excel-  
lenti, ingenio iudicioq; acerrimo preediti, qui  
multum lucis atque splendoris classicis autho-  
ribus attulerunt. Quo quidē nomine ut Reip.  
literaria magnopere gratulandum est, ita do-  
lendum vehementer, exstitisse hac tempestate  
nonnullos, qui iuuenili potius quadam ingenij  
confidentia quam singulari aliqua eruditione  
fulti, hoc studij genus aggressi, incredibile dictu  
est quanta licentiā quamq; indignis modis in  
veterum authorū scripta seuerunt, dum pas-  
sim pro suā libidine vocabula vel in speciem  
corrupta, vel alioqui parum ab ipsis intellecta  
proteruē reiciunt, atque è nudā plerunq. con-  
iecturā, quāq; nullā vrs. codicis autoritate  
nitatur, casca quadam & iam inde ab Euan-  
dro pe-

dra petita vocabula substituunt, magnum ope-  
ra precium fecisse rati, si se æquales esse aliis  
probauerint. Grassata est hac sciolorum auda-  
cia atque vesania ( ut de mendis quæ inscitia  
librariorum irrepserunt nihil dicam ) cum in  
optimos quosq. veteris illius aui scriptores, qui  
si reuiuiscant, sua ipsi scripta agrè sint agni-  
turi; tum verò præcipuè in Apuleium, scripto-  
rem, qui siue verba siue rem, & summam Lati-  
na de Græcis conuertendi dexteritatem spectes,  
nemini classicorum authorum facile cedit; qui  
quàm hodie corruptus & fœdis mendis obsitus  
circunferatur, sciunt & dolent mecum multi.  
Argumento sunt varia doctorum virorum in  
hunc auctorem Animaduersiones. Nemo enim  
ferè est aliqua eruditionis laude celebris, cuius  
non exstet aliqua in Apuleium emendatio. Quæ  
causa nuper Petrum Coluium, iuuenem erudi-  
tum, nunc pluribus additum, impulerat, ut col-  
lectis vndequaque doctissimorum virorum in  
hunc authorem castigationibus, & conquisitis  
quotquot exstabant editionibus, iisq; cum Ms.  
codice quem ipsi suppeditarat Cl. V. Iustus Li-  
psius, accuratè collatis, eum quàm fieri poterat  
castigatissimum ederet, & Notis vberioribus,  
vti eas vocat, illustraret. Et certè non pœniten-  
dam ille hac in re operam nauauit, quamplu-  
rimis mendis è medio sublatis. In Philosophicis  
tamen Apulei libris multa se parum correctæ  
reliquisse ingenuè fatetur. Eos ego libros nunc  
temporis ad vetusti & probi admodum Ms.  
codicis

codicis mei fidem emendatos emitto; in quibus  
hanc rationem tenui, ut quacunque à Coluij  
editione discrepant, alio typorum genere in  
cōtextu ipso excudi curarem: qua verò in prio-  
ribus editionibus desiderabantur, suis locis è  
veteri meo codice suppleta, diuersis etiam cha-  
racteribus, & paragraphis quibusdam inclusa  
à contextu discessi. Prolixas Notas adiciere  
nec libuit, nec opus fuit. Nam & voluminis  
Quaruz. x. p. is & legentium cōmoditati bene con-  
sulere voluimus; & librum Apuleij De mun-  
do, qui omnium erat corruptissimus, castigaram  
antea cum curâ, & Notis illustraram, quas  
Aristoteli De mundo ante biennium à me edito  
adieci, è quibus ratio castigationum mearum  
tam in Apuleium De mundo, quàm in Aristo-  
telem ipsum, è quo fidelissimè elegantissimè &  
eum Latinè conuertit, plenissimè cuius constab-  
bit. Cùm verò Ms. exemplar meum quod secu-  
tus sum, non omni ex parte ita fuerit probum,  
quin & suos habuerit naues; non omnia pro-  
miscuè in quibus ab excuso discrepabat in con-  
textum recipienda iudicauit, sed ubi excusi co-  
dicis lectio non incommoda videbatur, eam re-  
liqui, & variam veteris Codicis lectionem an-  
notauit; meam quoque de nonnullorū locorum  
emendatione sententiā paucissimis verbis ad-  
ieci. Hermetis Trismegisti De natura deorum  
ad Asclepium adlocuta, tametsi Dialogum  
hunc pleriq; docti ab Apuleio versum negant,  
tamen quia & in veteri editione Aldi exstat,  
\* 3 & mul-

Et multum recedit a doctrina in se habet, neq.  
stilus ipse ita ac nonnulli clamitant est ineptus;  
non abs re facturus sum visus si Et cum cum  
veteri meo codice Ms. collatum Et castigatum  
adiungerem. Philosophicis vero Apuleij scri-  
ptis principem in hac noua editione locum tri-  
buendum censui, citra ullam uti spero Asini  
aurei, quantumuis longissimi temporis posses-  
sionem pratendat, iniuriam; quum hi non au-  
ro sed gemmis contra meritò sint habendi. Hoc  
verò quicquid est opera, quàm meliorem ullam  
vix crediderim (absit verbo insidia) alteri  
cuiquam veteri auctori nostra atate fuisse  
præstitam, tuo, Vir Amplissime, nomini meritò  
inscribendum dicandumq; putavi. Primaria  
causa fuit, quod te hoc studiorum genere miri-  
ficè oblectari sciam, quippe qui quantum tibi  
temporis à Reipublica administratione est va-  
cui, lectioni scriptioniq; totum impendas. Te-  
stantur id abundè Variæ Lectiones tuae, in  
quibus cum multa grauissimorum auctorum  
locæ emendaris ac declararis, tum verò nonnulla  
in Apuleio etiam nostro feliciter restituis-  
ti! Testatur idem, Arnobius in finitibus locis à te ca-  
stigatus Et Notis illustratus: testabuntur Et  
in eundem auctore aliosq; veteres Patres tam  
Græcos quàm Latinos commentarij tui, aliaq;  
quamplurima eruditionis industriæq; tuae mo-  
numenta qua etiam nū premis, publici aliquan-  
do Deo annuente iuris facturus. Altera causa  
hac fuit, ut noua hac editio aliquem ex nomi-  
nis tui

nis tui praefatione splendorem mutuaratur.  
Quod enim non peruasit Canteriana gentis ce-  
lebritas? quã nobilis amplissimûq; vir Lam-  
bertus Canterus Pater f. m. tuus, insigni eru-  
ditione suã, maximisq; honoribus, quos inte-  
gerrimè summaq; cū laude gessit, familia ve-  
stra peperit; auxit Guilielmus Canterus frater  
tuus immortalibus scriptis suis, & eximiis in-  
rẽm literariam meritis, longiore vita ipse, si  
Deo ita visum fuisset, dignissimû; perpetuasti  
tu, editis praclaris & libris & liberis; Lam-  
berto inquam, & Ioanne Canteris, iuuenibus  
eruditissimis, quiq; summam de se expectatio-  
nem non in hac tãtum sed in aliis celeberrimis  
totius Europæ Academiis cõcitarunt. De qui-  
bus non dicam plura, euitanda suspitioni adu-  
lationis, alienissima ab amicitia nostrã, quam  
sanctissimè inter nos multos iam annos colui-  
mus. Cuius quidem, & singularis mei erga te  
studij, exstabit hoc apud posteros aeternum uti  
spero monumentum. Deus te Vir Nobilis am-  
plissimeq; quàm diutissimè seruet incolumem.  
Lugduni Batauorum. Anno c. l. d. x. c. l. i. i. i.  
Calendis Octobris.

ORDO LIBRORVM

APVLEII.

DE MVNDO *lib. I.*

DE DOGMATE PLATONIS *lib. X.*

DE PHILOSOPHIA *lib. I.*

DE DEO SOCRATIS *lib. I.*

METAMORPHOSEON, *sive DE ASI-*  
*NO AVREO lib. XI.*

FLORIDORVM *lib. IV.*

APOLOGIAE *dua.*

HEPI *iqunrias lib. I.*

*Aisxómevos, ex Menandro.*

FRAGMENTA ET TITVLI *librorum*  
*non exstantium.*

ASCLEPIVS TRISMEGISTI, *ex*  
*versione, vt quidam volunt, Apuleij.*

ANIM-

## ANIMADVERSIONES

ALIQVOT

B. VVLCANII

IN APVLEI

LIBROS PHILOSOPHICOS.

IN LIBRVM DE MVNDO.

Pag. 2. l. 8. **O**lympi sacra. Malim *Acra*. Iuga. Vide  
Notas meas in Arist. de Mundo.

p. 4. l. 6. *Post eam verò pars est. V. C. cuius mensû pen-  
sâque descendum est, &c.* Locus male habitus.

p. 5. l. 11. *In uniuerso sâlo.* Vide an legendum sit  
*obuerso*. quod Aristoteles ἐντίροσθμον vocat.

l. 31. *Frequentioribus maribus.* Lips. legit *motibus*.  
Ego non malè crediderim legi posse, *seruentioribus  
maribus.*

p. 6. l. 17. *Ultrâque.* malim, *ultra que.*

l. 23. *Quas supradiximus esse maiores.* corrigo ex  
Aristotelis verbis; *in quas supra diximus maiores.*  
Vid. p. 5. lin. 27.

l. 25. 16. *Indos, Taprobane, & Phebol.* V. C. *Indros,  
Bromana & Zoza*, utrobique; monstra vocabulorum.

p. 7. l. 6. *Adiungunt, ut insularum situs.* Sunt qui  
*sam, &c.* Ego ut sensus constet, ita legerim: *adiun-  
gunt. At insularum situs sunt qui cum finitimis, &c.*

p. 7. l. 15. *Reluctationibus.* ita & V. C. quid si le-  
gamus *eruclationibus?*

l. vlt. *Quod pluuia iugis est.* putarim legendû, quod  
*imber pluuia iugis, &c.*

p. 8. l. 6. *Gelatus humor.* V. C. *gelatu summo.*

l. 11. *Mollitie.* nisi malis, *mollitura.* quod propius  
accedit ad veterem lectionem *mollis cura.*

l. 20. *Cum imber.* V. C. *in vere.*

l. 33. *Interfluunt.* magis probarim, *interflant.*

p. 9. l. 22. *Vti dicitur Pinea.* V. C. *habet, veluti di-*

\* 5 *ciur*

aitur *Pineas*. Ego ita legendum censeo, *vel, uti Græcè dicitur, Dine*. Vide Notas meas in Arist. de Mundo.

p. 12. l. 3. *Paria de Septentrione*. Leg. *paria*, vel *rara*.

l. 5. *Potuit obtingere*. rectius fortassis *obtinere* vel *obstinere*. Aristotelis verba ita habent, *ἔδ' ἐποία γὰρ τὶ τὲ τῶν ἀπὸ φανερῶν ἰσοψηλαγ κατὰ τὴν ἐπιγείαν*. Nunquam enim quicquam horum perpetuo conspicuum ob-  
stinuisse cognitum est.

p. 12. l. 29. *Semiuuos*. leg. *semitiuos*, id est, euiratos.

lin. 34. *Extimati edictu*. ita V. C. ego legendum censuerim *extima telluris*.

p. 14. l. 20 *Sententiarum nobilis auctor*. V. C. *sententiarum suarum*. malim legere *obscurarum*.

p. 15. l. 6 *Concordiam, omnia parentis*] Ex Arist. verbis repetendum colligo τὸ *concordiam*, atque ita legendum: *deserre concordiam, concordiam vero, omniparentis, &c.* id est, *πατρὸς*. Arist. verò bis utitur voce *ὁμονομίας*.

lin. 35. *Pubertate iuuenili*. V. C. *iuuenali causa*. *puritarim* *παρὶ λῆξτὸ* causa.

p. 16. l. 19 *Indigens quippe*. &c. locus corruptus & mutilus. V. C. ita habet, *indigens quippe orationis huius videbatur rationi si de mundo reputantes, etsi minus, &c.*

Ego ex sententiâ verborum Aristot. ita legendum censeo, *Indigens quippe orationū huius videbatur ratio, nisi de mundo reputantes, de mundi rectore, etsi minus curiosè, &c.* Inserui itaque hæc verba, *de mundi rectore*, pro iis quæ habet Arist. τὸ τῆς κόσμου κυβερνήτου τῆς περὶ ἀλλοτρίων.

lin. 25. *Deum esse originis*. malim, *Deum esse originis & haberi auctorem*.

p. 17. l. 11 *Nominis*. malim *numinis*.

lin. 21. *Qui sit*. V. C. *qui sit ei*. Malim, *si sit ei, &c.*

lin. 25. *Quod sit cura leuioris*. Nihil enim possunt *aquius, &c.* V. C. ita habet *q. s. c. leuioris fuscioris quoque possunt nihil obsequi facere, &c.* Ego ita emendare conatus sum, *quod sit cura leuioris fusciorisque* [id est, turpioris] *quo nihil sequitur* [id est, alienius ab officio suo] *facere possunt, &c.* Vide Notas meas in Aristot. de mundo.

lin. 29.



lin. 29 *Præpotentiam*. Ita legendum censui, cum antea esset *præpotentia*.

p. 18. l. 14 *Asiaticum*. Ita emendaui ex Aristot. Male enim in excusis exempl. & Ms. C. *Atticum* legitur.

lin. 19 *Specularum*. V. C. *speculatorum*.

lin. 29 *In alto*. malim, *in folio*.

lin. 34 *Nec particeps hominum conseruatione*. V. C. *nec partitis hominum conuersationem*. utrobique male. Tentabam ita corrigere: *Nec multis ei opus, nec partitis operis ad hominum conseruationem*.

p. 19. l. 5 *Sciente*. Vide an rectius *ciente*.

lin. 22 *Inter cicures, &c.* Vide Notas in Arist. De mundo.

p. 20. l. 14 *Et spiritus, aut infœcundi*. V. C. *secundi*. Ego legendum censuerim, & *spiritus kaud infœcundi*. Vide Notas in Arist. De mundo.

lin. 17 *Tumores*. ita emendaui ex Arist. *ἀνὸς ἡσδὲ* cum omnia exemplaria, ut & Ms. haberet *humores*.

lin. 24 *Consectas*. malim *consectas*, ut respondeat illi voci Arist. *ἀφαιζομένη*.

p. 21. l. 8 *Gestarum*. ita V. C. fortè, *rerum ab ea gestarum*.

lin. 15 *Otiosis*. ita V. C. Ego ex veteri lectione *non otiosis*; putarim legendum *negotiosis*.

lin. 16 *Asp. bell. &c.* censuerim legendum *nunc asperitate bellorum inquietantur; nunc pacata. &c.*

lin. 33. *Oris*. V. C. *oris sub lege oris sui*.

lin. 37 *Apta & reuincta s. n. p.* Vet. Cod. legit, *aptam & reuinctam numinis sui potestatem*. malim, *arcta & reuincta n. s. potestate*.

lin. 38 *Qui neque infimus est, & terra contagionibus*. V. C. *q. n. finis est terra contagionibus*. Lege pro *simis* meo periculo *finitimus*.

p. 22. l. 9 *ὄυλυμπος*. Interieci hoc ex Aristotele.

lin. 31 *Aduenis*. V. C. *aduersis*. quod non probo.

lin. 32 *Alias*. quid si legas? *insulas*.

p. 23. l. 12 *Lex*, ita emendaui ex Arist.

lin. 19 *Commouens*. Sententia hæret imperfecta. quo

quo fit vt tale aliquid adiiendum putem, ipsa ma-  
net immota. vt respondeat illi quod dixit Arist. ἐν  
ἀκτινῆ γὰρ ἰδρυμένως.

lin. 25 *Consensam*. quid ni? *confessum*. Aristot. ἐστὶ  
συνδρίαν.

lin. 35 *Obiis*. τῶν οὐχ οὐχόμενος. Vid. Not. in Arist. de  
mūdo. tamen si fortasse rectius *Obiis*. quā voce vti-  
tur etiam Apul. lib. de Philosophia, pag. 54. lin. 28.  
*Sed neque obiti causa lamentationes suscipiende sunt.*

p. 24. l. 3 *Vergens ad aequitatis tenorem*. Ita emen-  
davi sequutus filum verborum Arist. νόμος ἰσοκλειής.  
Nam in omnibus editionibus corrupte, vt & in  
V. C. legitur *vel gens*, & τὸ *reducenda* merum est  
glossema.

lin. 4 *Sit*. addidi *Deus* ex Arist. ὁ θεός. atque ita  
plena est sententia.

lin. 17 *Institutus*. V. C. adiicit, *mensa*. quod quid  
sibi velit, non assequor.

p. 25. l. 19 *Adrastea*. Ita omnino legendum vt  
emendavi ex Arist. Ἀδράστειαν δὲ, ἀναπρόδρασον, &c.

#### DE DOGMATE PLATONIS.

Pag. 27. l. 4 *In percipiendo*. V. C. *partiēdo*.

lin. 36 *Asiatica*. V. C. *Caletica*.

p. 28. l. 12 *Deducendo*. V. C. *inducendo*.

p. 29. l. 4 θεόν εὐραῖν, &c. V. C. θεόν εὐραῖν ἔργον  
εὐραῖν, ἀλλὰ ἐκφέρειν ἀδύρατον.

p. 34. l. 16 χόικα. V. C. τὸ ἐνέρπρον.

lin. 35 *Constitutam*. V. C. *consumptam*.

p. 36. l. 4 *Veclare*, &c. vsque *vindicare*. Ita & V. C.  
Ego ita legendum censuerim: *Veclari* vt in sublime  
possint, ad dominum atque *reclarem*, prudentiāque eius à pe-  
riculis *vindicari*.

lin. 22 *Symphonia*. V. C. *bisfore* διὰ. διαύλω πέρω.  
Optimè & ad sensum & ad scripturam, si per ἀλό-  
γισον licet. Ego ei bisforem hanc odoris & spiritus  
viam valde obstruētā censeo, cui hæc emendatio  
bene non olet.

lin. 25

- lin.25 *Malescentibus. V.C. mitescantibus.*  
 lin.27 *Odor in his. V.C. Odore viis.*  
 lin.32 *Auditus ille. malim, illis.*  
 p.37.l.5 *Hominis. malim, homini.*  
 lin.34 *Ad celeritatem facilius semouendam. quid si legamus, ad celerius faciliusq. se mouendum.*  
 lin.penult. *Optima. fortè Opima.*  
 p.38.l.15 *Seminium. V.C. seminum.*  
 p.39.li.antepen. *Verum enimuero, &c. Hæc non sunt in V.C.*

LIB. DE PHILOSOPHIA.

- Pag.40. li.7 *Verum a. b. a. a. b. sine contingenti. V.C. legit, sine ante alia contingeret. Utrobique corruptè. quid si ita legas? Verum ad beatitudinem bonorum sine ante alia contingere, ut ostendam quid de hoc Plato senserit.*  
 lin.22 *Minora a. b. eaque quorundam esse. V.C. Innumera a. bona, &c. Vide an legendum sit, Minora autem bona ea esse, &c.*  
 p.43.l.18 *Usus & disc. V.C. ausus.*  
 p.45.l.32 *In scientiam mutata iuris. V.C. vnica dictione inscientia. Ego legendum censuerim, scientiam imitata iuris.*  
 p.48.l.33 *Sanitate, vel, satietate, quod propius accedit ad veterem lectionem, societate.*  
 p.49.l.29 *Non necessarias cupidines acuiunt. V.C. non necessaria cupidine sunt.*  
 lin.36 *Tyrannidis est. V.C. tyrannidis tenus ex. fortè tyr. genus ex.*  
 p.50.l.35 *Liquido. V.C. liquendum.*  
 p.53.l.28 *Abstinentia. ita & V.C. Legendum tamen omnino censuerim absentia. Ita enim etiam infra, Nec cuiusquam absentia virtutis esse indigens potest.*  
 lin.30 *Omni fortuna contumax. V.C. Omnium contumax.*  
 p.55.l.5. *Intimè. hoc malim, quàm intima.*  
 lin.24. *Τὸν θεόν. Legendum planè, Id est enim*  
*ἰσχυρὰ τῶν θεῶν.*

p. 56. l. 14 *Vti oportet. Ita & V. C. Non dubita-  
rim tamen quin legendum sit nisi.*

p. 57. l. 8 *Despondentibus. V. C. disponentibus.*

p. 58. l. 24 *Neque tamen, V. C. neque tu, fort. in.*

lin. 25 *Ubiunque ciuitatis parentes censuerint. V. C.  
vtunque parentes nec ita sexus esse ius censuerint ciuitatis.  
corrupte.*

LIB. DE DEO SOCRATIS.

Pag. 63. l. 13 *Indiga. V. C. indicia.*

p. 64. l. 11 *Scr. cultu, insolentissimo spiritu, &c. V. C.  
scr. vultu, insolentissimos precij. minus recte, vt & quæ  
sequuntur, pars in contemptu tumida vel timida.*

p. 65. l. 6 *Incubuerunt. fort. imbuerunt.*

lin. 20 *Bina animalia. fort. viua.*

p. 66. l. 1 *Aditus, & Emendo aditur.*

lin. 19 *Totus hic locus de Iureiurando corrup-  
tus, hiulus, mutilus vitos doctos merito torfit.  
Sed quis Oedipus se tantis difficultatibus explica-  
re absq. veteri Codice potuisset? cuius ope, pau-  
cis aliquot literis immutatis & adiectis, spero me  
optimam ei medicinam attulisse.*

lin. 26 *Quippe hæc sola aduenerat, putarim legen-  
dum adiurarat, vt & paulo post loquitur per quod  
adiures.*

p. 67. l. 2 *Neque e. illos sacris, &c. V. C. N. e. illa  
[alias vlla] sacra r. h. sed contrectationem solam remoni.*

lin. 16 *Fissiculandis. V. C. fusciculandis.*

p. 75. l. 19 *Vbi sui demonis praesagio regebatur. V. C.  
ibi vi demonis praesagia regebat.*

p. 77. l. 1 *Pari. ita & V. C. Quid si legamus: rapti,  
vt referatur ad quod praecessit secundo; metapho-  
ra sumta à secundo flumine; quod & optime re-  
spondet ei quod sequitur, dirapimur.*

Ibid. *Similium numinum cauentes permittimus. Ita  
V. C. pro eo quod in excusis legitur, cauentes promit-  
timus, nullo sensu. Ego tamen, saluo doctiorum  
iudicio, malim legere, similium numinum amentes, hoc  
est, studiosi,*

lin.

lin. 5 *Nihil est præterquam ipse dominus pudendum.*  
ita emēdaui ex Veteri Codice, tametsi vetus lectio  
hoc pacto plenior videri posset; *nihil est præterquam*  
*ipse dominus adium pudendum.*

p. 79. l. 18 *Clasibus ductor. V. C. auctor,* malè. Nam  
in *clasibus*, veteri more liquefcit vltima litera s.

IN ASCLEPIVM TRISMEGISTI.

pa. 352. l. 17 *Damones. V. C. demonum.* fortè, *da-*  
*mon est.*

lin. 19 *Omnium. V. C. hominis.*

lin. 39 *Depressitas. aliàs densitas.*

p. 361. l. 4 *Quo visis primum Sphæra careant. aliàs*  
*q. v. unum Sphæra careat.*

p. 374. l. 38 *Et heros. V. C. athercos.*

AD DO-

AD DOCTISS. VIRVM  
BON. VVLCANIVM,  
IN EDITIONEM  
APVLEIANAM.

VVLCANI, numquid te detinet Attica Athenæ?  
Seu per vireta musinari Ausonium,  
Quæ mox depromas sæcundo è pectore in ora  
Virum, è metallo queis Prometheus inclutus,  
Argento contra caro, præcordia fixit,  
Instarque spiramenti animæ asparsit saltem?  
Getulo ferme sub calo, Lucius arvis  
Madauræ, in auras patre natus Theseo;  
Quid sibi pro impensa cura tibi habessit honorum,  
Queris? Colonus iste tam diu horrida  
Blattarum tenebræ; quem cæca Inscitia in aula,  
Et tristis Orci nigricante scrinio  
Captei um, squallosa cohors, tam secula multa,  
Tenirarum inauspicauerant Somni in domum;  
Hec tibi, quod nator pro dia luminis aurâ  
Debere carni vsque oportet patribus.  
Hoc tibi, quod duris è vinculis liberum ab hoste  
Debere oportet liberatori suo.  
Una namque opera, redeunti Apuleio ab umbris,  
Tu & liberator & novus parens cluis.

Ianus Kotteritius  
Eq. Sax. F.

Lugd. Batavorum.

L. A P V L E I I  
M A D A V R E N S I S  
P H I L O S O P H I C O R V M  
L I B E R P R I M V S :  
D E M V N D O .



ONSIDERANTI mihi, & diligentius intuenti, & sæpe alias Faustine mihi virtutis indagatrix, expultrixq; vitiorum, diuinarum particeps rerum Philosophia videbatur: & nunc maximè, cum naturæ interpretatione, & remotarum ab oculis rerum inuestigationem sibi vindicet. Nam cum ceteri magnitudine rei territi, eiusmodi laborem arduum & profundum existimarēt; sola Philosophia suum non despexit ingenium: nec indignam se existimauit, cui diuinarum & humanarum rerum disceptatio deferatur. sed *conducere ad decore tam bonas artes, & eiusmodi operam* cum ingenuitate professionis suæ credidit, & congruere istiusmodi curam talibus studiis & moribus. Nam cum homines Mundum eiusque penetralia adire non possent, è terreno domicilio illas regiones inspicerent; Philosophiam ducē nacti, eiusque *inuentis imbuit* animo peregrinari ausi sunt per cæli plagas, his itineribus, quæ exploratione acuminis sui, peruenia Sapientiæ, solis cogitationibus viderant: vt, cum ipsius interualli conditione à mundi vicinia Natura nos secretos esse voluisset, immensitati tamen eius volueriq; curriculo cogitationum nostrarum nos pernicitas intimaret: facillimeque ea, de quibus origo eius est, anima diuinis oculis suis aspexit & agnouit, aliis etiam eius scientiam tradidit.

didit, veluti propheta quidam, qui dum Deorum maiestate completi sunt, effantur ceteris, quæ diuino beneficio soli vident. Quare & eos qui nobis vnius loci ingenia qualitatesque describunt, aut *amœnia* vrbis, aut alicuius amnis fluentia, aut amœnitates & magnitudines montium, alia multa descripta ab aliis plerique studiosè legunt. Nysæ iuga, & penetralia Coryci, & Olympi sacra, & Ossæ ardua, & alia huiuscemodi sola dumtaxat & singula extollunt. Quorum miseret me, cum tãtopere nec magnis, & oppidò paucis *inexplicabili administratiue* capiuntur. Hoc illis euenire adeò non est mirabile; cum nihil maius suspexerint, neque ad aliquid intenderint, quod maiore diligentia cõtemplandum esset. Ceterum si terrarum orbem, omnieniq; Mundum contemplari pariter aliquãdo potuissent; minus exiguas eius & singulas partes dignas laudibus credidissent, quibus esset vniuersitas comprehensa. Quare nos Aristotelem prudentissimum & doctissimum Philosophorum, & Theophrastum auctorem secuti, quantum possumus cogitatione contingere, dicemus de omni hac cœlesti ratione, naturas & officia complexi, & cur & quemadmodum moueantur, explicabimus. Mundus omnis societate Cæli & Terræ constat, & eorum naturis quæ vtriusque sunt. Vel sic: Mundus est ornata ordinatio, Dei munere, Deorum recta custodia: cuius cardinem, sic enim dixerim Centrum, robustum & immobilem, genitrix atq; alitrix animantium omnium habet tellus: supernis omnibus, vt videri potest, aëris liquiditate, ad modum tegminis; septis & opertis. Vltra Deorum domus est, quod vocamus Cælum: quod quidem diuinis corporibus onustum videmus, ignibus pulcerrimis & perlucidis Solis & Lunæ, & reliquorum Siderum, cum quibus fertur per orbem, dierum noctiumque curriculis, agens stellarum choros intermino lapsu, finem nulla sui defectione factura. Sed cum omne Cælum ita reuoluatur vt sphaera; eam tamen radicibus



cibus oportet teneri, quas *divina* machinatio verticibus affixit: ut in tornando artifex solet forcipe materiam comprehensam reciproco volumine rotundare. eos Polos dicimus: à quibus velut à cardinibus *discretio* quædam profecta, Axis est dictus, diuisor & *determinator* Mundi, Orbem terræ in medietate constituens. Verùm hi vertices, quos immobiles diximus, ita sunt, ut supra caput alter appareat ex parte Boreæ, qui Septentrionalis vocatur: alter autem Antarcticus humo tegitur, humidis & austrinis vaporibus mollis. Sed cælum ipsum, stellæque cæligeræ, omnisque siderea compago, Æther vocatur: non, ut quidam putant, quod *ignitus sit & succensus*: sed quod cursibus rapidis semper rotetur: Elementum verò non vnum ex quatuor quæ nota sunt cunctis, sed longè aliud, numero quintum, ordine primum, genere diuinum & inuiolabile. Iam Astrorum innumerabilis multitudo, partim labitur cum orbis inerranti regione, quam circulorum ambit Signifer, obliqua complexione circumdatus, & signis duodecim illuminatus: partim errantibus stellis, quæ neque priorum motus habent, nec sanè inter se *similes & æquales*; sed affixæ diuersis globis, inordinatum, ut sic dixerim, ordinem seruant: aliaque ultra sunt, alia citrà stellæ, quæ propter naturam eiusmodi nullis creduntur erroribus vagæ, & infinitos numero greges ducunt, & simplex Ætheris dorsum alma & sacrata amœnitate lucis coronant. Septem verò Deorum *[nominibus]* illustres, totidem orbibus affixæ sunt, & gradatim sibimet superlatæ, ut superior inferiore sit maior, ac vicissim mutuis adhæssionibus nexæ, complexu illius Orbis, qui Inerrabilis dicitur, continentur. hic Phaëtonis globus, quem appellamus Saturnum, post quem Phaëton secundus est, quem Iouem dicimus: & loco tertio Pyroëis; quem multi Herculis, plures Martis stellam vocant. Hanc sequitur Stilbon, cui quidam Apollinis, ceteri Mercurij nomé dede-

runt. Quintus Phosphorus, Ianonia, imò Veneris stella censetur. Deinde Solis est orbis: & vltima omnium Luna, altitudinis æthereæ principia *differminans*: quæ diuinas & immortales viuacitates ignium pascens, ordinatis ac semper æqualibus inuectionibus soluitur atque reparatur. Post eam verò pars est, quæ sancti Ætheris finibus coercetur, cuius mensu appensuque distincta est natura immutabilis regio, & mortalis, ac iam pænè terrena: cuius primæ sunt partes tenuiores & vaporatæ. quippe cum finitimis Ætheris attingantur ardoribus, quantum maximis parua, & quantum rapidis possunt pigriora contingi. Sed ex ea parte, qua curticulis finitimi *nutritur* Solis, *se iaculari* atque emicare [*et scintillare*] flammæ quædam *ostensa* oculis nostris videntur, quas Græci Cometas, & Docidas, & Bothynos appellant, quasquæ labi & fluere frequenter videmus, lucere, faciliusque restingui. Exinde inferioris aëris qualitas turbidior infunditur, cui permixtus est glacialis rigor. sed superioris vicinia claritatis & propinqui caloris afflatu nitescit, ac sinceriore interdum luce vestitur. Huius sæpe mutabilis conuertitur species: cum sit natura *vitabilis*: in nubes cogitur, & reciprocis flabris aperitur, & *nimbis* vehementibus rumpitur, niuibus etiam & glacie inhorrescit, & præcipiti grandine desuper verberatur, turbine, flatibus, typhonisque contactu fit procellosa: sed telis fulminum, & missilium caelestium iaculis ignescit. Aeri Terra coniungitur, eaque in se suscipit maria. *Hæc* frequentatur animantibus, hæc siluarum viriditate vestitur, hæc fontium perennitate recreatur, hæc fluminum frigidus lapsus, nunc erroribus terrenis vehit, modo profundo in mari confundit, eadem infinitis coloribus floret: altitudine mōrium, camporumque *agore*, nemorū opacitate variatur: sinuosis inflexa littoribus, distincta insulis, villulis vrhibusque collucens, quas sapiens genus homo communibus vsibus *fabricatur*. Nec sum nescius, ple-

rosque

rosque huius operis auctores terrarum orbem ita diuifisse: partem eius infulas esse, partem verò continentem vocari: nescij *omnem* hanc terrenam immensitatem Atlantici maris ambitu coërceri, infulamq; hanc vnam esse cū insulis suis omnibus. Nam similes huic alias & alias minores circumfundit Oceanus, quæ tamen meritò videntur ignotæ: cū ne hanc quidem, cuius cultores sumus, omnes peragrate possimus. Nam sicut hæ insulæ interfluuntur, quæ sunt in nostro mari: ita illæ [in] vniuerso salo fretis latioribus ambiuntur. Elementorum inter se mutui nexus artis affinitatibus implicantur, & quinq; coniuges copulæ his ordinatæ vicibus *aptantur*, vt adhæreant etiam grauioribus leuiores. Aquam in se habet Tellus: & Aqua, vt alij putant, vehit Terram: Aër ex Aqua gignitur, Ignis ex aëria densitate conflatur. Æther vicissim, Ignisque illi immortalis Dei viuacitate flammantur. Huius diuini Ignis origine incensæ, per totius Mundi conuexa illustribus facibus *ignescunt*. *Superna quapropter Dy superi* sedes habent, infima ceterorum animantium terrena possident [genera, per quæ serpentes,] erumpunt, [et] scætant flumina, fontes & maria, quæ meatus & lacunas & origines habent in gremio terrarum. Ipsarum verò insularum quæ sunt in nostro mari dignæ memoratu, Trinacria est, Eubœa, Cyprus atque Sardinia, Creta, Peloponnesos, Lesbos, minores autem aliæ, vt *neuuli quidam*, per apertas Ponti sunt sparstæ regiones: aliæ Cyclades dictæ, quæ frequentioribus *molibus* alluantur. Maria maiora sunt, Oceanus & Atlanticum, quibus Orbis nostri terminantur amfractus. Sed Occiduarum partium mare per angustias oris artatū, in artissimos sinus funditur: & rursus à columnis Herculis refluxum, in immensam latitudinem panditur, sæpiusque coëuntibus terris, veluti quibusdam fretorum ceruicibus *premitur*, & idem rursus cedentibus terris, est immensum. Primum igitur columnis nauigatibus *dextrum*

latus duob. *finibus* maximis cingitur. quorum primus duas Syrtes habet; alter imparibus quidem sinuatur figuris, sed in maxima diuisus est maria: quorum vnum Gallicum dicitur, alterū Africum, quod quidem Aristoteles Sardinienſe maluit dicere: tertium, Adriaticum pelagus. His iungitur Siculum, & poſt Creticum; & indiscretis finibus Pamphylium, Syrium, Ægyptium. Sed ante Ægæa Myrtoa ſunt maria. His ſanè vicinus eſt Pontus, ſinus ampliſſimus maris noſtri: cuius extremus recessus in Mæotin ſeneſcit, & ex Helleſpontis *fontis* concipitur, veſtibulumque eius Propontis vocatur. Ab ortu Solis Oceanus eſt, Indicum & Perſicum mare conferens. hinc pateſcunt ſinitima Rubri maris: quæ per anguſtas longinquasq; fauces in Hyrcanium & Caſpium *ſeſtuntur ſimul*. *utraque* profundæ vaſtitaris eſſe maria creduntur. Deinde paulatim Scythicum & *Hiberum* fretum, & rurſum mare per quod Gallicum atque Gaditanas columnas circumuectus Oceanus, orbis noſtri metas includit. Sed in altera parte Orbis iacent inſularum aggeres maximarum: Britanniæ duæ, Albion & Ierna, quas ſuprà diximus eſſe Maiores. Verùm hæc in Celtarum finibus ſita ſunt, Minores verò ultra Iudos, Taprobana, & Phebol. multæque aliæ vrbes admodum ſparſæ hanc noſtram inſulam, id eſt, hanc Terrarum orbem, *quammaximum*, ut diximus, ornamentis ſuis pingunt, & continuatione, ut quibuſdam fertis, coronant. At enim huius Terræ quam nos colimus latitudo quadraginta, prolixitas ſeptuaginta millia ſtadium tenet. Sed in diuiſione terrarum Orbis, Aſiam & Europam, & cum his, [vel] ſicut plures [præterea] Africam accipimus. Europa ad *Herculis columnas* vſq; Ponticum & Hyrcanium mare, ac flumē Tanaim fines habet: Aſia ab iſdem anguſtiis Pontici maris, vſque ad alias anguſtias quæ inter Arabicam *ſinem* & interioris ambitum pelagi iacet, conſtingiturque Oceani cingulo [ & ] ſocietate noſtri maris. ſed

ris. sed alij alio modo; vt quidam ab exordio Tan-  
 nais vsque ad ora Nili Asia terminos metiantur.  
 Africam verò ab isthmo Rubri maris, vel ab ipsis  
 fontibus Nili oriri *putandum*, eiusque in Gaditanis  
 locis fines esse. Sed ipsam Ægyptum pleriq; Asiae,  
 plures Africae adiungunt, vt insularum situs. Sunt  
 qui eam finitimis locis comprehendunt: & sunt  
 qui in alia diuisione eas habendas putant. De mari  
 satis dictum. *Terrem verò casus ita se habens. Exhala-*  
*siones* duas Physici esse dicunt, tenues & frequentes,  
 vixque visibiles ad superiora minari, & gremio  
 Telluris nebularum agmina halitu annuum fon-  
 tiumq; constare, matutinis temporibus crassiora.  
 Harum altera arida est, atque [*fumo*] consimilis,  
 quæ terrenis relictationibus surgit: altera humida,  
 & *gelida*. hanc *exfluentis* superioris vaporis natura ad  
 se trahit. Et ex hac quidem Nebula, Rores, Prui-  
 na, Nubila, Imbres, Nix atque Grando gene-  
 rantur: de illa superiore, quam diximus siccam,  
 Ventis, Aquæ, Flammæ, Fulmina, atque alia ignito-  
 rum telorum gignuntur plurimæ species. Nebula  
 constat aut ex ortu nubeculæ, aut ex eius reliquiis.  
 est autem exhalatio vaporata [*&*] humore vidua-  
 ta, aëre crassior, nube subtilior, cui Serenitas abo-  
 litionem infert. Nec aliud est Serenitas, quam  
 aër purgatus caligine, & perspicuè sincerus. Ros  
 verò nocturnus humor est, quem Serenitas tenui-  
 ter spargit. Glaciem dicimus humorem, sereno  
*rigore* concretum. Huic est Pruiua consimilis, si  
*mollitia* Roris matutinis frigoribus incanuit. Ergo  
 si aër actus in Nubem, nubilum densat, & ea cras-  
 situdo aquarum factu grauidatur: Imber exprimi-  
 tur: cum inter se vrgentur nubium densitates,  
 totque diuersitatibus pluuiæ cadunt, quotmodis  
 aër *nubili* conditionibus *coagitur*. raritas enim nu-  
 biu stillicidia dispergit: quæ concreta vehementius,  
 effundit agmina largiora, & eas aquas quas Im-  
 bres vocamus. à quibus hoc differunt Nimbi, quòd  
 Pluuia iugis est: Nimbus autem quanto *repentinus* est,

tanto vehementior: & quanto improuisior *præcipitatio* est, tanto breuiore casu restringitur. Niuës autem colligi iactatione densarum nubium cõstat. nam priusquam in aquam defluant, fractæ ac discissæ spumas agitationibus suis faciunt: & mox gelatus humor rigore frigoris inhorrescit. hæc vitis nubibus crebrior ad terram venit. eam tempestatem nos *Ningorem* vocamus. Grandinare verò tunc dicitur, cum aqua nubem lapidoso pondere, & festinante petrupit: eademque vi & ad pernicitatem incitat, & cedente aëris *mollitie*, præcipitatum indignatione vehementi *huhum* verberat. Hæc factis erunt de iis, quæ vdis elementis aquosisque contingunt. Verum alia sunt passionēs, cum impulsu frigidioris aëris venti geperantur. Nec enim aliud est, nisi multum & vehemens in vnum coacti aëris flumen. hunc Spiritum dicimus: licet Spiritus ille *etiam* nominetur, qui animalia omnia extrinsecus vitalia tractus sui vitali & fecunda ope vegetat. Siccos & superiores mundi flatus Ventos nominamus: Auras verò, humidos spiritus. Sed ventorum binæ sunt species. Qui facti è Telluris *halitu*, constant, Terrigenæ nuncupantur: at illi qui excutiuntur è sinibus, Encolpiæ *Græci* nominati. Consimiles his haberi oportet eos, qui de fluminibus, lacubus, & stagnis, ruptis nubibus per *aperta cæli* manare adsolent, rursusque in crassam nubium speciem conglobantur, vel cum imber effusus conciet flabra, quæ Exhydriæ *Atticorum* lingua vocitantur. Nunc nomina exequemur, regionesque ventorum. Euros Oriens, Boreas Septemtrio, Occidens Zephyros, Austros Medius dies mittit. Hos quatuor ventos alij plures interfluunt. nam quamuis Eurus sit ventus Orientis, idem tamen Aparctias incipit nominari, cum eum Oriens *æstiuo emittatur*: Apeliotes autem vocatur, cum meridianis ex montibus procreatur: Eurus est, quando hyemalis Ortus portis emittitur: Zephyrus verò, quem Romana lingua Favonium *nostris*, cum de æstiuis occi-

occiduis partibus surgit, Iapygis *cieri nomine solet*. At ille qui prior est æquinoctiali plagæ Notus, & Aquilo, qui septem stellarum regione generatur, & huic vicinus est Aparctias. Huic propiores ad Diem mediū Thrascias & Argettes sunt, indidem *flantes. Austrorum in neminius* illa est obseruanda diuersitas, namque cū de abscondito polo flatus adueniūt, Notus est: Euronotus, ille qui inter Notū atq; Eurum mediū effringit, ex *alio latere* Libonotus ex duobus vnum facit. Ex cursores venti habentur, qui directo spiritu pro flabris reciprocis Cæcias putatur esse. Equidem hiemales habentur, vt Noti: Etesia: frequentiores sunt estate anni: Septentriones ac Zephyti tempestate veris: Ornithia: venti appellantur Aquilonum genus ex aëre *profati* minori nisu, nec iugi perseuerantia spiritus perferentes. Atenim procellosus flatus Catægis dicitur, quem præfractum possumus dicere. Vetus, qui de superiore cæli parte summisus, inferiora repentinis impulsibus quatit, Turbo dicitur, qui repentinis flabris prosilit, atque vniuersa perturbat. *Vertex* ille est, vel, yti dicitur, Pineæ, cū torquetur humus arida, & ab infimo erigitur ad summum. Anaphysemata Græci vocant eos spiritus, qui de fundo vel hiatibus terre *expelli ad superna maru solent*. Hi cū maiore vi torti sunt, fit procella [*terrestri*] & à Græcis Prester nomen accepit. Sed cū tormentum illud ire pergit, densasque & tumidas nubes *pra se agit*, coactasque collidit fit sonitus, & intonat cælum: non secus ac si commotum ventis mare cū ingenti fragore vndas littoribus *impingat*. At Fauorinus, nō ignobilis Sapiens, hæc de Ventis refert. Quatuor Mundi plagas imparem numerum habere Vëtorum; eo quòd Ortus & Occasus mutëtur terna vice cum Solis accessu, Meridies & Arctos iisdem semper regionibus sunt notatæ. Ortus quippe accepimus, Æquinoctialem, Solstitialem, Brumalem: quibus Occasus redduntur eadem interuallorum tatione *conuersa*.

Eurus igitur æquinoctialis Orientis est [ventus] nec inuenuitè nominis eius fictus est, quasi ἀπὸ τῆς ἰσῶς ῥίον. Idem ἀφρικῶτος à Græcis, Subsolanus à nostris solet dici. Sed qui ab æstiva & Solstitialis orientis meta venit, βορέας Græcè, Latine Aquilo nominatur. hinc ἀίθρη, ἐτίλω, quòd sit aliàs serenus, Homerus ait: Boream verò ἀπὸ τῆς βοῆς, quòd non sine clamore soleat intonare. Tertium ventum, qui ab Oriente hiberno venit, Græci εὐρῆνοτον vocant. Item occidui sunt, Caurus qui Græcè κάρυϊος vocatur, is est aduersus Aquiloni: item Fauonius Græcè ζήφυρος, Euro cōtrarius. Tertius Africus, id est λίψ, Vulturno reflat. Meridies verò quoniam eadem semper regione signatur, vno aultro, id est νότιος flatur: Septemtrio item vno; & is Septemtrionis habet cognomentum: qui tamen Græca lingua ἀπαραλλὰς dictus est. Horum nomina plerique commutant de loco vel similitudine aliqua: vt Galli Circium, à turbine eius, & vertice: Apuli Iapyga, ex Iapyge sinu, id est ex ipso Gargano venientem. Hunc Caurum esse, manifestum est. nam & ex occiduo venit, & Virgilius eius sic meminit:

*Illum inter cades pallentem morte futura,*

*Fecerat ignipotens unda ex Iapyge ferri.*

Est etiam Cæcias ventus, quem Aristoteles ad se trahere nubes ait. & est adagium de eo tale:

*Κακ' ἐφ' ἐαυτὸν ἴλκεται ὁσ ὁ Κακκιάτ νίφος.*

Sunt Etesia, & Prodromi spirantes ex omni parte, eo tempore a statis quo Canis oritur. Cato autem in *libris Originum* non Circium, sed Cercium dicit. Is ventus Cercius, cum loquere, buccam implet: armatum hominem, plaustrum oneratū percellit. Nunc de nubium præstigiis referam. Quando illa perfracta nubecula patefecerit cælum, ignescunt penetrabiles spiritus, enicatq; lux clara; hoc dicitur Coruscare: & ordine quidem prius tonare oportet; postea Coruscare. Quippe vbi nubes adhiectu igne, vt ignifera laxa artita, inter se dant; obtutus velocius illustriora cōtingit; auditus dum ad aureis venit se-



nit feriore sensu concipitur. ita & prius Coruscare  
 cælum creditur, & mox tonare. tum quia ignes  
 pernitate sui *clariscentes* dicto citius nostræ visioni  
*conubzant*; sonus verò *verberato aëre*, hoc est, *alterius in-*  
*dicio* sentitur. Flamma verò illa, quam nubiu adfli-  
 ctus excussit, si robustiore fuerit incendio; impetu  
 deuchitur in terras, & Fulminis habet nomen, atq;  
 formidinem. Presteras verò nominamus, cū flam-  
 marum in illis minus fuerit. Sed si ignitū non fuerit  
 fulmen, Typhon vocatur. Sceptos generale omni-  
 bus quæ de nubibus cadunt, nomen est. Atque vt  
 breuiter comprehendam cuneta generis eiusdem;  
 eorum quæ eiusmodi prestigias *summu* inferūt ocu-  
 lis, alia sunt quæ speciem tantū spectaculi pariunt,  
 alia quæ nihil ab eo quod ostenderūt mentiuntur.  
 Fallunt *imagine Irides* & Arcus, & talia: verè viden-  
 tur Cometæ, Fulgores, & similia pleraque. Itin vul-  
 go arcum esse aiunt, quando imago Solis vel Lunæ  
 humidam & cauam nubem densamque ad instar  
 speculi colorat, & medietatem orbis eius secat.  
 Rhabdos autem generis eiusdem, ad virgæ tigo-  
 rem longum colorata nubecula dicitur. Halysis est  
 catena quædam luminis clarioris, per Solis ambi-  
 tum in se reuertens. Inter hanc, & Irida, illud in-  
 terest; quod Iris *multicolora* est, & semicirculo figu-  
 rata, procul à Sole atque Luna: Catena clarior  
 est, astrumque ambit orbe in columi, corona non  
 discolore. Selas autem Græci vocant, incensi aëris  
 lucem. Horum pleraque iaculari credas, alia la-  
 bi, stare alia. Iaculatio igitur tunc fieri putatur,  
 cum meatu aëris atque *impulsa* generatus ignis ce-  
 leritatem sui cussimq; rapida festinationis osten-  
 dit. Statura lux est, quam Sterigimon illi vo-  
 cant, sine cursu iugi, sed *prolixa lux stella*, qua *efflue-*  
*ret ignitus liquor*; qui cum latius quatitur, Cometes  
 vocatur. Sed plerumque luces istæ repentinò or-  
 tæ, statim occidunt: & item vt se ostenderint;  
 aliquantisper manent. [Sunt & alia eiusmodi ima-  
 ginum genera,] quas Græci Faces, & Docidas,  
 & Pithos,

& Pithos, & Borthynos, ad eorum similitudinem unde dicta sunt nominant, & quidem vespertina suis notiora, parva de Septentrione vel Meridie videas: nihil horum quippe [loci vel temporu in nascendo idem potuit obtingere. De Aere tantum habuimus quod dicereamus.] Sed non aquarum modo Tellus in se fontes habet, verum spiritu & igni secunda est. Nam quibusdam subter occulti sunt spiritus, & flantes incendia indidem suspirant: vt Lipara, vt Aetna, vt Vesuvius etiam noster solet. Illi etiam ignes qui terrae secretariis continentur, praetercuntes aquas vaporant, & produunt longinquitatem flammæ, quam tepidiores aquas reddunt: viciniam quam feruentiores. opposito incendio aquæ vruntur: vt Phlegethontis amnis, quem patefunt in fabulis Inferorum. At enim illos quis non admirandos spiritus arbitretur, cum ex his animaduertat accidere, vt eorum religione lymphantes, alij sine cibo potuque sint, pars verò prælagiis effrantes futura? quod in oraculis Delphicis, ceterisque est. Vidi & ipse apud Hierapolim Phrygiæ, non adeò ardui montis vicinum latus [vaticinioru hiatus esset] referatum, & tenuis neque editæ marginis ambitu circûdatum: seu illa, vt poëtae volunt, Ditis spiracula dicenda sunt, seu mortiferos anhelitus eos credi prior ratio est. Proxima quæque animalia, & in aluum prona atque proiecta venenati spiritus contagione corripunt, & vertice circumacta interimunt. Antistites denique ipsos semiuiuos esse aiunt qui audeant propius accedere, ad superna semper sua ora tollentes, adeò illis cognita [est] vis mali ad inferiora aëris noxia crassitate densa, inferiores quoque [facilius] adire atque percellere. Sæpe accidit vt natus spiritus per terræ concauas partes errantes concenterent solida terrarum; sæpius, vt spiritus crescente violentia, & insinuante se telluris angustiis, nec inuenientes exitum, terram mouerent. Horum motuum tam varia nomina quam diuersi. Namque obliqui lateribus proxima quæque iactantes, & acutis angulis mobiles, Epiclinæ

clintæ Græcè appellantur, qui subsiliunt, excutientes onera, & recuperantes [*directis angulis mobiles*] Brastræ vocantur: Illi qui abstrudere videntur extimati edictis quorum impulsu dissilit tellus, Rheclæ sunt nominati. His passionibus contingit, vt quædam terræ expirent halitus, aliæ vomant saxa, nonnullæ *cenuræ*. sunt quæ fontes pariunt insolentibus locis, peregrinorum fluminum sulcantes vias. *Ossa* sunt motus, quibus solum quatitur. Palmatiæ verò appellantur, quorum pauitatione illa quæ trepidant, sine inclinationis periculo nutant, cum directi tamen rigoris statû retineant. *Mycetias* vocatur terræ odoris inquietudo terrena. audiuntur mugitus, interioribus gemitibus expressis, cum spiritus inualidus ad terram mouendam per aperta Telluris inuentis itineribus progreditur. His talibus marina sunt paria, cum fluctuum *currentium* mole, nunc progressibus litora, nunc recessibus sinus *caesi* quatuntur. Sentitur etiam cæli marisque cognatio, cum mensuris cursibus Lunæ *detrimenta* & accessus fretorum atque æstuû deprehenduntur. Verùm enim verò, vt quatenus possum de vniuersitate quod sentio breuiter absoluiam: Elementorum inter se tanta *concordia* est, id est Aëris, Maris atque Terræ; vt admirari minus deceat, si illis eadem incommoda soleant; atque secunda contingere, particulatim quidem rebus ortus atque obitus afferentes, vniuersitatem verò [*à*] fine atque initio vindicantes. Et quibusdam mirum videri solet, quòd, cum ex diuersis atq; inter se pugnantibus elementis Mundi natura conflata sit, aridis atque fluxis, glacialibus & ignitis; tanto rerum diuortio nondum sit eius mortalitas dissoluta. Quibus illud simile satisfaciet, cum in vrbe ex diuersis & contrariis corporata rerum inæqualium multitudo concordat. Sunt enim pariter *dites* & *egentes*, adulescentum ætas permixta senioribus, ignaui cum fortioribus, pessimi cum optimis congregati. Aut profectò quod res est fateantur, hanc esse ciuilibus rationis admirandam

dam temperantiã, cum quidem de pluribus vna sit facta, & similis sui tota, cū dissimilia membra sint, receptrixque sit naturum ad diuersa tendentium, & Fortunarum per varios fines exitusque pergentium; &, vt res est, contrariorum per se natura fleatitur, & ex dissonis fit vnus idemque consensus. Sic *mare & femineum secus* iunguntur, ac diuersus vtriusque sexus ex dissimilibus simile animal facit: Artesque ipsæ naturam imitantes, ex imparibus paria faciunt. Pictura ex discordibus pigmentorum coloribus, atris, albis, luteis & puniceis, confusione modica temperatis, imagines his quæ imitatur similes facit. Ipsa etiam Musica, quæ de longis & breuibus, acutis & grauioribus sonis constat, tam diuersis & dissonis vocibus harmoniam cõsonam reddit. Grammaticorum artes vide quæso quã ex diuersis collectæ sint literis, ex quibus aliæ sunt insonæ, semisonantes aliæ, pars sonantes; [hæ]tamen mutuis se auxiliis adiuuantes, syllabas pariunt, & de syllabis voces. Hoc Heraclitus sententiã nobilis auctor ad hunc modum est prosecutus: *Συνάφεια ἄλλα καὶ ἐχὶ ἄλλα, συμφερόμενον καὶ διαφερόμενον, συναδόν καὶ διαδόν· καὶ ἐκ πάντων ἓν, καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα.* Sic totius Mundi *saorum* instantia initiorum inter se impares conuentus, pari nec discordante consensu Natura veluti Musicam temperauit. Namque *nuidu* arida, & glacialibus flammida, velocibus pigra, directis obliqua confudit; vnumque ex omnibus, & ex vno omnia, iuxta Heraclitum, constituit: terramque, mare atque cælum Solis orbe, & Lunæ globo, ceterisque orientium & conditorum siderũ facibus ornauit; vna illa parte mixta, quam quidem cunctis constat implicatam, dum confusa, dum libera elementorum substantia, ignis, aqua, aëris, terræ, ex quibus huius sphaeræ conuexa, & disparibus qualitatibus naturæ conflata adacta est fateri *concordiam*, & ex ea salutem operi machinata. Principiorum igitur consensus sibi cõcordiam peperit; perseuerantiam verò amicitia inter se elementis

mentis dedit specierum ipsarum æqua partitio, dum in nullo alia ab alia vincitur, modo vel *potestate*. *Equali quippe* omnium diuersitas, grauissimorum, leuissimorum, feruentium, frigidorum, docente ratione Naturæ, diuersis licet rebus, æqualitatem deferre concordiam; omnia parentis Mundi amœnitatem æternitatemque reperisse. Quid enim Mundo præstantius? Lauda quam putes speciem; portio à te laudabitur Mundi: admirare quam voles temperantiam, ordinationem, figuram; hic & per hunc illud quodcunque est, inuenietur esse laudandum. Nam quid, oro te, ornatum atque ordinatum videri potest, quod non ab ipsius exemplo imitatura sit ratio? vnde *κόσμος* Græcè nomen accepit. Euntibus Sole atque Luna, ceteraque luce *sidereâ* per eadem vias, custoditis temporum vicibus, nec vllius erroris interiectione confusis, digeruntur tempora, & rursus incipiunt. *Quam pulchra & secunda* Horæ procreantur, nunc æstiuos vapores reuoluentes, nunc pruinas hyemis circumferentes! dierum etiam noctiumque curriculis ordiuntur menses, texunt annos; anni seriem conficiunt seculorum. Et *hic quidem* Mundus magnitudine immensus, cursibus rapidus, splendore perlucidus, valenti habitudine, pubertate iuuenili. Hic animalium nantium atque terrestrium, *pennigerorumque cuncto- rum distinxit genera*, species separauit, fixitque leges viuendi atque moriendi. Ex hoc animantia vitales spiritus ducunt. Ex hoc illi *statis* cursibus temporum euentus, qui admirationi esse solent, cum vel inter se ventorum prælia cientur, vel disiectis nubibus *fulminat calum*, & tempestates inter se serena hibernæque conflagunt, micant ignes, *imbres* rumpuntur: & rursus, placatis omnibus, amœnitas mundi referatur. Videas & viridantibus comis cæsariatam esse terram, & scatebris fontium manantem, & aquarum *agminibus concientem*, parientem atque educantem, nec occasibus fatigari, nec seculis debilitari excussam, erumpenti-

pentibus semper tam pigris quàm mouentibus fœ-  
 tibus, aquarum sæpe alluionibus mersam, flam-  
 marum per partes voracitate consumptam. quæ  
 tamé illi cùm regionaliter videantur esse pestifera;  
 ad omnem salutaria sunt, & ad redintegrationem  
 eius valent. & cùm mouetur, profectò spirat illos  
 spiritus: quibus clausis, & effugia quærentibus,  
 mouebatur. Imbribus etiam madefacta, non solùm  
 ad educandos fœtus suos opimatur, verùm etiam  
 pestifera contagione proluitur. Flabris autem spi-  
 rantium aurarum grauiiores, & minus puri aëris  
 spiritus differuntur, atque purgantur. Tepores  
 frigus glaciale nitificant, & brumalis austeritas  
 terrestrium viscerù venas remittit: & pars gignen-  
 tium, alia adulescentium, cetera occidentium vi-  
 ces sustinent: & fors nascentium, obitorum loco  
 pullulat; & occidentium numerus, nascentibus lo-  
 cum pandit. Restat, quod caput est sermonis huius,  
 vt super Mundi rectore verba faciamus. Indigens  
 quippe videbitur oratio de Mundo disputantibus:  
 vt etli minus curiosè, at quomodo possumus disse-  
 ramus. De rectore quippe omnium non, vt ait ille,  
 silere melius est: sed vel parum dicere. Vetus opinio  
 est, atq; cogitationes omnium hominum penitus  
*insedis, Deum esse: originis haberi auctorem, Deum quæ*  
*ipsam salutem esse & perseueratiã earù quas effecerit,*  
 rerù. Neq; vlla res est tam præstantibus viribus,  
 quæ viduata Dei auxilio, sui natura contenta sit.  
 Hanc opinionem vates secuti, profiteri ausi sunt,  
 omnia loue plena [esse,] cuius præsentiam non iam  
 cogitatio sola, sed oculi & aures & sensibilis sub-  
 stantia comprehendit. Ad hæc composita est pote-  
 stati Dei cõueniens oratio. Sospitator quidem ille  
 [et] genitor est omnium qui ad complèdum Mun-  
 dum nati factique sunt: non tamen vt corporei la-  
 boris ofhicio orbem istù manibus suis instruxerit;  
 sed qui quadam infatigabili prouidentia, & procul  
 posita cuncta *contingat,* & maximis interuallis dis-  
 iuncta *complectatur.* nec ambigitur, eum præstantem  
 atque

atque sublimem sedem tenere, & poëtarum laudibus nomen eius consulum ac regum nuncupationibus prædicari, & in arduis arcibus *habere solium* consecratum. Deniq; propiores quosque de potestate eius amplius trahere, corpora *illa caelestia* quãto finitima sunt ei, tanto amplius de Deo *carpere*: nullo minus quę ab illis sunt *secunda*, & ad hæc vsque terrena, pro interuallorũ modo, *indulgentiarum* Dei ad nos vsque beneficia peruenire. Sed cum credamus Deũ per omnia permeare, & ad nos, & ad ultra potestatem sui nominis tendere; quantũ abest, vel imminet, tantum existimandum est eum amplius minus ue rebus utilitatis dare. Quam rem rectius est atque honestius sic arbitrari summam illam potestatem, *sacratam cæli penetralibus*, & illis qui longissimè separantur, & *proximis una eadẽque ratione*, & per se & per alios opem salutis afferre; neq; penetrantem atque adeuntem specialiter singula, nec indecorè atrectantem cominus cuncta. Talis quippe humilitas deiecti & minũs sublimis officij, ne cum homine quidem cõuenit, qui sit paululum conscientiæ celsioris. Militiæ principes & curiæ proceres, & urbium ac domorum rectores, dico numquam conuulsuros esse, vt id suis manibus factum velint, quod sit curæ leuioris. Nihil enim possint æquius facere dominorum imperia, ministeria seruulorum. *Exemplo* quale sit istud intellige. Cambyses, & Xerxes, & Darius, potentissimi reges fuerunt, horũ præpotentiam, quam ex opibus collegerant, lenociniũ vitæ effecerat *celsiorem*: cum eorum alter apud Susam & Ecbatana, vt in fano quodam sacratum, nulli temerè notitiam oris sui panderet: sed circumseptus admirabili regia, cœnis tecta fulgerent, eboris niue, argenti luce, flammis ex auro vel electri claritate. *Lamina* verò alia præ aliis erant. Interiores fores, exteriores ianue *ruinabant*, portæque ferratæ, & muri adamantina firmitate. Ante fores viri fortes, stipatoresque regalium laterum, tutela peruigili, custodiam per vices

sortium sustinebant. Erant inter eos [ & ] diuisa officia, in comitatu regio armigeri quidam, at extrinsecus singuli custodes locorum erant, & ianitores, & atrienses. Sed inter eos Aures regia, & Imperatoris oculi quidam homines vocabantur. Per quæ officiorum genera rex ille ab hominibus Deus esse credebatur: cum omnia quæcumq; ibi egerentur, ille Otacustarū *relatione* discebat. Dispensatores pecuniæ, quæstōres vectigaliū, tribunos ararios habebat. Alios & alios præfecerat ceteris urbibus. alij venatibus agendis: prouinciam nactis: pars *donis* & muneribus præfecti putabantur: & ceteri perpetuis magnisque curis, *obseruationis* singularium rerum appositi erant. Sed omne *Asiatum* regnū ab occidente Hellepontus terminabat, ab ortu gēs inchoabat Indorum. Duces ac satrapæ ubiq; dispositi, & permixta locis omnibus mancipia regalia. Ex eo numero erant *excursores* diurni, atque nocturni exploratores, & nuntij specularū incensores assidui. Tum horum per vices incensæ faces ex omnibus regni sublimibus locis in vno die Imperatori significabant, quod erat scito opus. Igitur regnum illud componi oportet cum Mundi aula, ut inter se *comparantur* summus atq; exuperantissimus Diuūm, & homo ignauus & pessimus. Quod si cui viro, vel cuilibet regi indecorum est per semetipsum procurare omnia, & perficere: multo magis Deo inconueniens erit. Quare sic putandum est, eum maximè maiestatem retinere, si ipse in alto resideat *altissimo*: eas autem potestates per omnes *partes mundi orbisque* dispenset, quæ sunt penes Solem ac Lunam, cunctumque cælum. Horum enim cura salutem terrænoxum omnium gubernat. Nec multis ei opus est, nec particeps hominum conseruatione: quibus, propter ignauia, appositum est pluribus indigere. An non eiusmodi compendio machinatores fabricarum, astutia vnus conuersionis multa & varia pariter aduimistrant, etiam illi, qui in ligneolis hominū figuris gestus mouent: quando filum membri



quod agitari solet traxerint: torquebitur cervice; nutabit caput; oculi vibrabunt; manus ad ministerium præstò erunt: nec inuenustè totus videbitur viuere. Haud secus etiam cælestis potestas, cum initium *sciente* & salutifera opera mouerit; ab *imo* ad secundum, & deinceps ad *proximum*, & vsque ad supremum, attractu continuo vim suæ maiestatis inlinuat: aliud alio commouetur, motusque vnus alteri mouendi se originè tradit. Mundo equidem consentiunt, non vna, sed diuersa via, & plerumque contraria. Sed prima *remissione ad motum* data, simplicique inchoato principio, impulsibus mutuis, vt supra dictum est, mouetur quidem omnia: sed ita, vt si quis spheram & quadratum, & cylindrum, & alias figuras *per* procliuè simul iaciat, deferentur quidem omnia, sed non eodem genere mouebuntur. Nec illud dissimile exemplum videri oportet, si quis pariter patefacto gremio, animalium multitudinem simul abire patiat, volucrum, *nantium*, atque terrestrium; enimuero ad suum locum quæque, duce Natura, properabunt: pars aquam *reperens*; illa, *inter cicures atque agrestes* legibus & institutis suis naturali lege aggregabuntur: per aëris vias præpetes quibus hæc Natura largita est, *atque ab vno sinu abeundi* facultas cõcessa omnibus *fuera*, sic natura Mundi est constituta. Nam cū cælum omne simplici circumactu voluatur, nocte dieque distinctum, diuersis mensurarum & qualitatibus separatū, quamuis vna spherâ omnia cõcluserit incremētis tamen globi sui, decisioneque luminis menstrua tempora Luna significat, & cæli spatium Sol annua reuersione collustrat, eiusque comites amœnus Lucifer, & communis Cyllenius stella. etenim *Pyræis* Mauortium sidus circuli sui biennio conficit spatia: Iouis clarum fulgensque, sexies eadem *multiplicat* cursibus suis tempora, quæ Saturnus sublimior triginta spatiis annorum circumerrat. Verum inter hæc vna Mundi cõuersio, vnusque reuersionis est orbis, & vnus concentus, atque vnus stellarum

chorus: ex diuersis occasibus ortibusq; hoc ornamēto, & vt mouile rectissimē *χορμος* Græca lingua significat. At enim vt in *choris*, cū dux carminis hymno præcinit: concinentium vulgus virorum & feminarum mixtis grauib; & acutis clamoribus vnā harmoniam resonant: sic diuina mens mundanas varietates, ad instar vnus concertionis, *uoluit*. Nam cū cælum confixum vaporatis & radiantibus stellis, inerranti cursu feratur, & reciprocis itineribus astra consurgant: Sol quidem *Omniuens* ortu suo diem pandit, occasu noctem reducit: conditusq; vel relatus per plagas mundi, quatuor temporum vices mutat, hinc tempestiui imbres & spiritus, aut infœcundi. hinc alimēta nobis suppetunt earum rerū, quas *accedere* Deus his Mundi partibus voluit. His *adoppositi* sunt torrentiū cursus, & *tumores* yndarum, emicationesq; sylvarum, frugalis matritas, fœtus animalium, educationes atq; obiū singulorum. Cū igitur Rex omnium & pater quem tantummodò *animā* oculis nostræ cogitationes vident, machinam omnem iugiter per circuitum suis legibus terminatam, claram & relucentem *fideribus* speciesq; innumeras modò propalā saepe *confectas*, ab vno, vt suprā dixi, principio agitari iubet; simile istud esse bellicis rebus hinc liceat arbitrari. nam cū tuba bellicum cecinit: milites clangore ineensū, alius accingitur gladio; alius elypeū capiti ille lorica se induit: hic galea caput, ille crura ocreis inuoluit: ille equum temperat frenis, & loris iugales ad concordiam copulat. & protinus vnusquisq; competēs capessit officium. velites executionem adornant, ordinibus principes curāt, equites *cornibus* præfunt. ceteri negotia quæ nacti sunt agitant: cū interea vnus ducis imperio cunctus exercitus paret, quem præfecerit penes quem est summa rerum. Non aliter diuinarum & humanarum rerum status regitur, quādo vno moderamine cōtenta omnia, pensum sui operis agnoscent; cura q; omniū occulta, vis nullis oculis obuia,

obuia, nisi quibus mens suæ lucis aciem intendit. Nec tamen hoc vel illi ad moliendum, vel nobis ad intelligendum obest. De inferiore licet imagine capiamus exempla. Anima in homine non videtur: & tamen fateantur omnes necesse est, huius opera omnia, quæ per hominem præclara sunt, prouenire: neq; animæ ipsius qualitatem ac figuram oculis occurrere, sed momentis ab ea *gestarum* intelligi qualis & quanta sit. Omne quippe humanæ vitæ præsidium ingenio eius est paratū: cultus agrorum, vsusq; frugum, artificū solertia, prouentus artium, *commoditates* vitæ humanæ. Quid de legibus dicam? quæ ad mansuefaciēdos homines *sunt inuenta*? quid de civilibus institutis ac moribus, qui nunc populorum *otiosis* conuentibus frequentantur, a *asperitate* bellorum & pacata mitigantur quiete? Nisi fortè [*tam*] iniustus rerum æstimator potest esse, qui hæc eadem de Deo neget, quem videat esse viribus *exuperantissimis*, augustissima specie, *immortalis aui*, *geniterem virtutum ipsamque* virtutem. Vnde nihil mirum est, si mortales oculi eius non capiunt aspectum, quando diuinorum operum vestigiis sit perspicuus atque manifestus. Ceterum ea quæ vel celo accidere oculis aduertimus, vt aërem fieri ex aqua, Dei etiam illa credēda sunt, cuius tutela Mundi huius & cura est. de quo Empedocles prudenter his verbis sensit:

Πάνθ' ὄσπερ ἦν, ὄσπερ ἐστίν, ἰδὲ ἔσσει τὸ ἔσαι ὁπίσσω  
 Δένδρεα τ' ἐβλάστησεν καὶ ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες  
 Θήρες τ' αἰωνοῖτε καὶ ὕδατο-βίμμοιες ἰχθύες.

Phidiam illū, *probiūm quem sictorem* fuisse tradit memoria, vide ipse in clypeo Mineræ, quæ arcibus Atheniensibus præsidet, oris similitudinem colligasse: ita, vt si quis olim artificum voluisset exinde imaginem separare, soluta cōpage, simulac totius incolumitas interiret. Ad hoc instar Mūdi salutem tuetur Deus, apta & reuineta sui numinis potestate. Huius locum quaerimus, qui neq; iactatus est, & terræ contagionibus, neque tamen medius in aëre

turbido, verum in mundano fastigio, quem Græci  
*ὄλυμπον ῥεῖθε* vocant; ut qui sit altitudinis finis, &  
 iidem ea ratione eum *ὄλυμπον* nominant, quem ab  
 omni fuscitate ac perturbatione vident liberum.  
 Neque enim caliginem nubium recipit, vel pruinas  
 & niues sustinet: nec pulsatur ventis, nec imbribus  
 creditur. Hæc enim *nec Olympo*, qui est celsitudinis  
 summæ, contingere, poëta his verbis cecinit:

Οὐλυμπόν δ' ὕδα φασὶ θεῶν ἔδρα ἀσφαλὲς κρεί  
 Ἐμμεσαι, οὔτε ἀνέμοισι πνέασσεται, οὔτε ποτ' ὄμβροισι  
 Δούεται, οὔτε χθονὶ ἐπιπίναται, ἀλλὰ μάλ' αἰθέρι  
 Πέτραιαι ἀνίφελος, λωκήδ' ἀναδίδρομεν αἰθλῆ.

Hanc opinionem communis mos, & hominum  
 obseruationes secutæ, affirmant superiora esse Deo  
 tradita. Namque habitus orantium sic est, ut ma-  
 nibus extensis in cælum precantur. Romanus etiam  
 poëta sic sensit:

*Aspice hoc sublime cadent, quem invocant omnes  
 Iouem.*

Vndè illa quæ videntur, suntque omnibus præstan-  
 tiora, easdem sublimitates regionum tenent, Astra  
 cælestia, & Mundi lumina. ac meritò illis licet ordi-  
 ne perpetuo frui, nec diuersis ea in spatiis tempo-  
 ribus uè obseruatissimam legem suorum aliquan-  
 do itinerum *mentiuatur*. Terrena omnia, mutatio-  
 nes & conuersiones, postremò interitus habent.  
 Namque immodicis tremoribus terrarum dissiluisse  
 humum, & interceptas vrbes cum populis, sæpe  
 cognouimus. *Audimus* etiam abruptis imbribus  
 prolutas esse totas regiones. illas *etiam* quæ prius  
 fuerint continentes, hospitiibus atque aduenis flu-  
 cibus insulatas: alias desidia maris, pedestri ac-  
 cessu peruias factas. Quid? qui ventis & procellis  
 ciuitates euersas esse meminerunt? quid? cum in-  
 cendia de nubibus emicarunt, cum Orientis regio-  
 nes Phaëthontis ruina, ut quidam putant, conflag-  
 ratæ perierunt? In Occidentis plagis scaturigines  
 quædam ac proluuiones easdem strages dederunt.  
 Sic ex Ætnæ verticibus quondam effusis crateri-  
 bus,

bus, per decliua, incendio diuino, torrentis vice,  
 flammaram flumina cucurrerunt. in quo periculi  
 vertice egregium pietatis meritum fuisse cognoui-  
 mus. Namque eos qui principio fragoris territi,  
 sensum tamen clementiæ misericordiæque retine-  
 bant, & grandæuos parentes ereptos volucri clade  
 suis ceruicibus sustinebant: illa flammaram fluenta  
 diuino separata *discidio*, quasi duo flumina ex vno  
 fonte manantia, locum illum ambire maluerunt  
 obsidione *innocenti*. Inerant boni baiuli, religiosis  
 sarcinis occupati. Postremo quod est in trisemi gu-  
 bernator, in curru rector, præcentor in choris, *Lex*  
 in vrbe, dux in exercitu; hoc est in Mundo Deus:  
 nisi quod ceteris ærumnosum, & multiplex, & cu-  
 rarum innumerabilium videtur esse hoc ipsum, ali-  
 cuius officij principem fieri; Deo verò nec tristis,  
 nec onerosa est imperij sui cura. Namq; nobis cir-  
 cumfert & regit cunctas formas natura, quas di-  
 uersis regionibus commouens: vt est lex ciuitatis  
 semel promulgata, perpetuis obseruationû rationi-  
 bus fixa, ipsa quidem immutabilis, & eius arbitrio  
 parentum mentes agitantur, nutuq; eius & domi-  
 natione flectuntur: & scitis eius magistratus tribu-  
 nalia, principia milites frequentabunt, recuperato-  
 res iudiciis præsidébunt: decuriones *etiam* quibus est  
 ius dicendæ sententiæ, ad cõsensum publicum com-  
 meabunt: & alius ad Minutiam frumentatum ve-  
 nit: & aliis in iudiciis dies dicitur, reus purgandi se  
 necessitate, vt *in festandi studio accusator venit*; ille  
 moriturus ad supplicij locum ducitur: hic ad con-  
 iuij repotia & vespertinus comissator aduentat.  
 Sunt & publicarum epulatum apparatus, & lecti-  
 sternia Deorum, & dies festi, ludi scenici, ludique  
 Circenses. Diis sacrificatur, Geniis ministratur;  
*obis* libatione profunditur, aliusque alio fungitur  
 munere: parentq; omnes iussis legum & commu-  
 nis imperij. Videasque illam ciuitatem pariter spi-  
 rantem Panchæis odoribus, & *grauolentibus cœnis*,  
 resonantem hymnis, & carminibus & canticis:

candem etiam lamentis & ploratibus eiulantem. Ad hunc modum res agi in Mundo æstimemus. Lex illa, vel gens, ad æquitatis tenorem reducenda sit, nulla indigens correctione mutabili. Quippe sicut Mundi vniuersitas regitur, dum specularur ad omnia rector eius, atque immutabiliter incumbit, spargiturque vis illa seminibus inclusa per naturas omnium, speciesq; & genera digesta: sic faciles vitium lapsus, & palmarum ardua, persicorum *tuber*, leuitas mali *gignitur* [*dulcitas fici*,] & quæ *infelicia* propter infæcunditatem vocamus, tamen vtilia sunt alio pacto: Platani, vt ait poëta, vmbra potantibus ministrantes, acuta pinus, rasiles buxi, odora laurus, cupressorū odoratis lignū. Tandem omnium animalium agrestium & *cicurum*, pinnatarū & pedestrium, aquatiliū natura gignitur, nutritur, absumitur, parens cælestibus institutis, *πᾶν γὰρ ἐρπετόν τῶν γῆν νίμαται*, vt Heraclitus ait. Et cum sit vnus, pluribus nominibus cietur, propter specierū multitudinem, quarum diuersitate fit multiformis. & *ἀνιμῶνδε* Iupiter dicitur: quem *Ζῆνα* Græci, quod vitæ nostræ auctor sit, rectissime appellant [*Saturnum* etiam illi *κρόνον* quasi *χρόνον*, quemdam inceptum ab origine, inter terminum ad finem Tempus appellat.] Fulgurator, & Tonitrualis, & Fulminator, & iam Imbricator, & item dicitur Serenator. & plures eum Frugiferum vocant, multi. Vrbis custodem, alij hospitalalem, Amicalemq; , & omnium officiorum nominibus appellantes [*militaris*, & *triumphator*, & *propagator*, *στροπαφῶρος*] & multo plura eiusmodi apud aruspices & Romanos veteres inueniū. Orpheus verò hanc effati potestatem volens, his de eo verbis canit:

Ζεὺς πατὴρ τοῦ γένετο, Ζεὺς ὕψιστος ἀρχικέλευστος.

Ζεὺς κροφίλλῃ, Ζεὺς μέσσα, θεὸς δ' ἐκ πάντων τέτυκται.

Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε καὶ ἕραν ἄσπερόντες,

Ζεὺς ἀρσην γένετο, Ζεὺς ἀμείροτος ἔπλετο νύμφη.

Ζεὺς πτοῖα πάντων. Ζεὺς ἀνεμάτα πύρος ὀρμή.

Ζεὺς πέτρα ρίζα. Ζεὺς ἥλιος, ἠδὲ σελήνη.

Zwē

Ζεὺς βασιλεύς. Ζεὺς ἀρχὸς ἀπάντων, ἀρχικέλευτος.  
 Πάντες γὰρ κριψας αὐτῆς φάος ἐς πολὺν ἦθερ,  
 Ἐξ ἱερῆς καρδίας ἀνεπέγει το μέγμερον ῥιζόν.  
 Primus cunctorum est, & Iupiter ultimus idem,  
 Iupiter & caput & medium est. Sunt ex Ioue cuncta.  
 Iupiter est terra basis, & stellantis Olympi,  
 Iupiter & mas est, estque idem nymphea perennis.  
 Spiritus est cunctu, validusque est Iupiter ignis.  
 Iupiter est pelagi radix, est Lunaque, Solque,  
 Cunctorum rex est, princepsque, & originis auctor.  
 Nanque sinu occultans, dulces in lumine auras  
 Cuncta tulit, sacro versans sub pectore curas.

Fatum autem, quod Græci εἰμαρμῆν [ἀ]tractu  
 quodam inuicem causarum se continentium, vo-  
 lunt dici decretum. idem πεπρομένον dicunt, quod  
 omnia in hoc statu rerum definita sint, nec sit in  
 hoc Mundo aliquid interminatum. idem Fatum  
 μοῖραν vocant, quod ex partibus constet. hinc τίμη-  
 σιν, quod vnicuique attributio sua sit adscripta. Adra-  
 ftea eadem, quasi inestugibilis necessitas vltionis. Sed  
 tria Fata sunt, numerus cum ratione temporis fa-  
 ciens, si potestatem earum ad eiusdem similitudinem  
 tetemporis referas. Nam quod in fuso perfectum est,  
 præteriti temporis habet speciem: & quod torque-  
 tur in digitis, momenti præsentis indicat spatia: &  
 quod nondum [ex]colo tractum est, subactumque; cura  
 digitorum, id futuri & consequentis seculi poste-  
 riora videtur ostendere. Hæc illis conditio ex no-  
 minum eorundem proprietate cōtingit, vt sit Atro-  
 pos præteriti temporis fatum: Lachesis à fine co-  
 gnominata, quod etiã illis quæ futura sunt, finem  
 suum Deus dederit: Clotho præsentis temporis  
 habet curam, vt ipsis actionibus suadeat, ne cura  
 solers rebus omnibus desit. Deum verò ire per om-  
 nes terras, non frustra arbitrabitur, qui audiet Pla-  
 tonis hæc verba: Deus namque, inquit, sicut &  
 vera continet ratio, principia, fines, & media rerum  
 omniū penetrat, atque illustrando curis volucris  
 superfertur. Eundem Deum vltrix necessitas sem-

per & vbique comitatur, eorum qui à sacra lege discesserint, Vindex futura. quam faciet ille. mitificam, qui statim à tenero & ipsis incunabulis intellexit, & extimuit, eiq̄ue se totum dedit atque permisit.

L. APVLEII  
PHILOSOPHICORVM  
LIBER. SECVNDVS.  
DE  
DOGMA TE PLATONIS.

**P**LATONI habitudo corporis cognomen-  
tum dedit. namq; Aristocles prius nomi-  
natus. *Et Arifon* pater dictus est. ceterum  
Perictione Glauci filia mater fuit. & de  
vtrōq; nobilitas satis clara. Nam Aristo pater per  
Codrum, ab ipso Neptuno originem duxit: ab So-  
lone sapientissimo, qui legū Atticarū fundator fuit,  
maternus deriuatus est sanguis. Sunt qui Platonem  
augustiore cōceptu profatum dicant: cū quidem  
Apollinis figuratio Perictionæ se miscuisset. Mense  
etiam qui apud Atticos Thargelion dicitur, natus  
est: die, qua apud Delon Latona fertur Apollinem  
Dianamq; peperisse. Pridie Socratem genitū acce-  
pimus. Somnium etiam Soeratis *scitum fertur*. nam  
vidisse sibi *visus est* cygni pullum ex altari, quod in  
academia Cupidini consecratum est, volasse, & in  
eius gremio resedisse: & postea olōrem illum pēnis  
cælum petisse, canore musico auditus hominum  
Deorumq; mulcētem. Cū hoc Socrates in *conuen-  
tu* hominū referret; Aristo, Platonem puerum ob-  
laturus Socrati magistro, cōmodū prosequēba-  
tur. Quem vbi aspexit ille, ingeniumq; intimum de  
exteriori conspicatus est facie: Hic ille erat amici,  
inquit, de Academia Cupidinis cygnus. Talis igitur,



tur, ac de talibus Plato, nō solū heroū virtutibus præstitit, verū etiam equiperavit Diuū *potestates*. Nam *Pseusippus*, domesticis instructus documentis, pueri eius acré in percipiēdo ingeniū, & admirandæ verecundiæ indolem laudat: & pubescentis primitias labore atq; amore studēdi imbutas refert: & in viro harū incrementa virtutum & ceterarum conuenisse testatur. Ex iisdem genitoribus *Glaucus* & *Adimantus* fratres fuerunt. Doctorem habuit in prima literatura Dionysium: at in palæstra Aristonem, Argis oriundum. Tantosq; progressus exercitatio *ei* consulit, vt Pythia & Isthmia *delictata* certauerit. Picturæ non aspernatus artē. Tragædis & dithyrambis se vtilem finxit. Iamq; carminū confidentia elatus, certatorem se profiteri cupiebat; nisi Socrates humilitatē cupidinis ex eius mētibus expulisset: & verē laudis gloriā in eius animū inferere curasset. Et antea quidē Heracliti secta fuerat imbutus. Verū cū se Socrati dedisset; non solum ingenio atq; doctrina ceteros Socraticos vicit, verū etiam labore & elegātia illustravit. Sapientiam ab eo sibi traditam labore quoq; asserere nisus est: & *eleganti perque venusta* maiestate verborum plurimum *[ei]* adhibuit dignitatis. Sed posteaquam Socrates homines reliquit; quæsiuit vnde proficeret, & ad Pythagoræ disciplinam se cōtulit. Quam, etsi ratione diligenti & magnifica instructam videbat; rerum tamen cōtinentiam & castitatem magis cupiebat imitari. Et, quod Pythagoreorum ingenium adiutū aliis disciplinis sentiebat, ad Theodorū Cyrenas, vt Geometriā disceret, est profectus: & astrologiam adusq; Ægyptū iuit petitū; vt inde Prophetarū etiā ritus addisceret. Et ad Italiā iterū venit, & Pythagoreos, Eutyctū Tarentinū, & seniorē Archytam sectatus. atque ad Indos & Magos intendisset animū, nisi eum bella tūc veruissent Asiatica. Quapropter inuenta Parmenidis ac Zenonis studiosius executus, ita omnibusque admirationi sunt singula suos libros expleuit; vt primus tripartitā Philosophiam

phiam copularit: sibiq; inuicem necessarias partes, neque pugnare inter se tantummodo, sed etiam mutuis adiuuare auxiliis ostenderit. Nam quamuis de diuersis officinis hæc ei essent Philosophiæ membra suscepta, Naturalis ab Heracliticis, Intellectualis à Pythagoræis, Rationalis atq; Moralis ex ipso Socratis fonte; vnum tamen ex omnibus, & quasi proprii partus corpus effecit. Et cum principes harum familiarum impolitas sententias, & *inchoatas* auditoribus tradidissent; eas hic, cum *ratione* limando, tum *[etiam]* ad orationis augustiæ honestissimam speciem deducendo, perfectas atque etiam admirabiles fecit. Multi auditorum eius vtriusque sexus in Philosophia floruerunt. Patrimonium in hortulo, qui Academiæ iunctus fuit, & in duobus ministris, & in patera qua diis supplicabat, reliquit. Auri tantum, quantum puer nobilitatis insigne in auricula gestauit. Ceterum tres eius ad Siciliam aduentus, mali quidam carpunt, diuersis opinionibus differentes. Sed ille primo historiæ gratia, vt naturam Ætæ, & incendia concaui motis intelligeret; secundo, peritu Dionysij, vt Syracusanis assisteret, profectus est, & vt municipaleis leges eius provincie disceret. tertius eius aduentus fugientem Dionem, impetrata à Dionysio venia, patriæ suæ reddidit. Quæ autem cõsulta, quæ dogmata Græcè licet dici, ad vtilitatem hominũ, viuendiq; & intelligendi & loquendi ratione extulerit, hinc ordiemur. Nam quoniam tres partes Philosophiæ congruere inter se primus obtinuit; nos quoq; seperatim dicemus de singulis, à naturali Philosophia facientes exordium. Initia rerũ esse tria arbitratur Plato, Deum, & Materiam, rerumq; Formas, quas Ideas idè vocat: inabsolutas, informes, nulla specie vel qualitatis significatione distinctas. Sed hæc de Deo sentit. Quod sit incorporeus. is vnus, ait, apertimetros, genitor, rerumq; omniũ extortor, beatus & beatificus, optimus, nihil indigens, ipse conferens cuncta. Quæ quidè cælestè pronũtiant, indictũ, innominabilem;

bilem: & vt ait ipse ἀρχήτου, ἀκατατόμαστος. cuius naturam inuenire difficile est: si inuenta sit, in multos eam enuntiari non posse. Platonis hæc verba sunt: θεῶν ἄνρῶν μὲν οὐ πρόδιον, νοῦσι δὲ ἀδύνατον. id est: Deum quidem inuenisse haud facile est, intellexisse autem impossibile. Materiam verò improcreabilem, incorruptamque commemorat, non Ignem, neque Aquam, nec aliud de principiis [ε] absolutis elementis esse: sed ex omnibus primam figurarum capacem, factionique subiectam, adhuc rudem, & figurationis qualitate viduatam. Deus artifex conformat vniuersam. In finitam verò iccirco, quòd ei sit interminata magnitudo. Nam quòd infinitum est, indistinctum magnitudinis habet finem, atque ideò, cum viduata sit sine, infinibilis rectè videri potest. Sed neq; corpoream, neq; sanè incorpoream esse concedit. Ideo autem non putat corpus, quòd omne corpus specie qualicunque non careat. Sine corpore verò esse non potest dicere, quia nihil incorporeale corpus exhibeat: sed vi & ratione sibi eà videri corpoream. Atq; ideò nec actu solo, neq; tamen sola opinione cognitionis intelligi. Namque corporea, propter insignem euidenciam sui, simili iudicio cognosci. Sed quæ substantiam non habet corpoream, cogitationibus ea videri. vnde adulterata opinione, ambiguum Materix huius intelligi qualitatem. Ideas verò, id est formas omnium simplices, & æternas esse, nec corporales tamen, esse autem ex iis quæ Deus sumpserit, exempla rerum quæ sunt, eruntue: nec posse amplius quàm singularum specierum singulas imagines in exemplaribus inueniri: gignentiumq; omniùm ad instar ceræ, formas & figurationes ex illa exemplorum impressione signari. Τὰς ἰδέας, quas Essentias dicimus, duas esse ait: per quas cuncta gignatur, Mundusq; ipse. quarum vna, cogitatione sola concipitur: altera, sensibus subiici potest. Sed illa quæ mentis oculis comprehenditur, semper & eodem modo & sui par ac similis inuenitur, vt quæ verè sit. At enim altera opinione

nione sensibili & irrationabili æstimāda est, quam nasci & interire ait. Et, sicut superior verè esse memoratur. hanc *non esse verè* possumus dicere. Et primæ quidē Substantiæ vel Essentiæ primum Deum esse, & Mentem Formasque rerum, & Animam: secundæ Sustainiæ, omnia quæ informātur, quæque gignuntur, & quæ ab Substantiæ superioris exemplo originem ducunt. quæ mutari & conuerti possunt, labentia, & , ad instar fluminum, profuga adhuc illa, quam dixi, intelligendi substantiæ: quoniam constanti nititur robore: & quæ de ea disputantur, ratione stabili & fide plena sunt. At eius, quæ veluti umbra & imago est superioris, rationes quoque & verba, quæ de ea disputantur, *inconstanti* sunt disciplina. Initium omnium corporum Materiam esse memorauit. hanc & signari impressione Formarum. Hinc prima elementa esse progenita, Ignem & Aquam, Terram & Aëra. Quæ si elementa sunt, simplicia esse debent, neque, ad instar syllabarum, nexu mutuo copulari. Quæ istis euenit, quarum substantia multimoda potestate, *castione* conficitur. Quæ cum ordinata, permixtaque essent, ab illo ædificatore mundi Deo ad ordinem, numeris & mensuris in ambitum deducta sunt. Hæc è plurimis elementis ad vnum redacta esse. & Ignem quidem & Aëra & Aquam habere [*originem atque*] principium ex trigono, quæ fit anguli recti, non paribus angulis. Et prioris quidē formæ tres species existere: pyramidē, & octangulum, & vigeties-angulam spheram, non paribus. Terram verò, directis quidem angulis, trigonis, & vestigiis paribus esse. Et prioris quidem formæ tres species existere, pyramidem, octangulam, & vigintriangulam. Spheram & pyramidem figuram Ignis in se habere, octangulam verò Aëris, angulatam vicies spheram Aquæ dicatam esse: æquipedum verò trigonum efficere ex sese quadratum: quadratum verò cubum, quæ Terræ sit propria. Quapropter mobilem pyramidis formam Igni dedit, quod eius celeritas

celeritas agitationi videatur esse consimilis. Secundæ velocitatis octangula sphaera est. hanc Aëri detulit, qui leuitate & pernitate post Ignem secundus esset. *Vicenalis* sphaera est loco tertio, huius forma fluida & volubilis, & Aquæ similior est visa. Restat tessellarum figura: quæ cum sit immobilis, Terræ constantiam non absurdè sortita est. Et alia initia inueniri forsitan posse, aut quæ Deo nota sunt, vel ei qui sit Diis amicus. Sic de primis elementis Igne & Aqua, ceterisque, & illa consistere particulatim animalium & inanimantium corpora. Mundumque omnem ex omni Aqua, totoque Igne & Aëris vniuersitate, cunctaque Terra esse factum: & non solum nullam horum partem extra orbem relinqui, sed nihil quidem *eius extrinsecus* inueniri. Hæc autem inuicem ex se apta & connexa esse. Idcircoque in Igne atque in Terra, & Aqua & Aëre esse situs. Et, sicut Ignis Aëris cognatione coniungitur, ita humor affinitati terrenæ iungatur. Hinc vnum esse Mundum & in eo omnia: nec relictum esse locum, neque elementa superesse, ex quibus alterius Mundi corpus possit esse. Ad hæc attributa est ei perpetua iuuentus, & inuiolata valetudo. Eoque nihil præterea extrinsecus est relictum, quod corrumpere posset eius ingenium. & si superesset, non eum læderet: cum ita apud se ex omni parte compositus atque ordinatus foret, ut aduersantia & contraria naturæ disciplinaque eius officere non possent. Idcirco autem perfectissimo & pulcherrimo Mundo instar pulchræ & perfectæ sphaeræ à fabricatore Deo quaesitum est, ut sit nihil indigens: sed operiens omnia, coercensque contineat: pulcher & admirabilis, sui que similis, sibi que respondens. Hinc illi & septem motus locorum habeantur: *processus* & retrocessus dexterioris ac sinistri, sursum & deorsum nitentium, & quæ in gyrum circuitumque torquentur. *Sex superioribus remotis*, hæc vna Mûdo relicta est *sapientia & prudentia propria*, ut rationabiliter volueretur. Et hunc quidem Mundum

Mundum nunc sine initio esse dicit: aliàs originem habere, natumque esse. Nullum autem eius exordium atque initium esse, ideò quòd semper fuerit; natiuum verò videri, quòd ex his totius natura & substantia constet, quæ nascendi fortitæ sunt qualitatem. Hinc & tangitur & videtur, sensibusque corporis est obuius. Sed quod ei nascendi causam Deus præstitit, ideò *immortalis perseverantia* est semper futurus. Animam verò animantium omnium non corpoream esse, nec sanè perituram cum corpore fuerit absoluta, *omniumque* gignentium esse seniores: atque ideò & *imperitare* & regere ea quorum curam fuerit diligentiamque; *fortita*: ipsamque semper & per se moueri, agitatricem aliorum, quæ natura sui immota sunt atque pigra. Sed illam cælestem Animam, fontem animarum omnium optimam & sapientissimam, virtutem esse genitricem, subseruire *etiam* fabricatori Deo, & præstò esse ad omnia inuenta eius *pronunciat*. Verùm substantiam mentis *huius* numeris & modis confici congeminitatis ac multiplicatis *augmentis* incrementisque; per se & extrinsecus partis: & hinc fieri, vt Musica Mundus, & canore moueatur. Naturasque rerum binas esse: & earum alteram esse quæ veniat in mentem, quam quidem *ἰδέσθαι*, id est opinabilem appellat ille, & quæ videri oculis & attingi manu possit: alteram cogitabilem, & intelligibilem. detur enim venia nouitati verborum, rerum obscuritatibus seruienti. Et superiorem quidem partem mutabilem esse, ac facilem contuenti: hanc autem, quæ mētis acie videtur, & penetrabili cogitatione percipitur atque *concipitur*, incorruptam, immutabilem, constantem, eandemque, & semper esse. Hinc & duplicem rationem interpretationemque dicit. Namque illa visibilis, fortuita & muta, perseveranti suspitione colligitur: at hæc intelligibilis, verà perenni & cōstanti ratione probatur esse. Tempus verò xui esse imaginem. siquidem tempus mouetur, *perennitatis* fixa & immota est natura: & ire in eam Tempus, & in eius

ius magnitudinem *fluere* ac dissolui posse; si quan-  
 do hoc decreuerit fabricator mundi Deus. Eiusdem  
 temporis spatiis mensuras *mundanę conuersionis* in-  
 telligi. Solis quippe & Lunę globum hoc *agere*,  
 ceterasque stellas, quas [*nos non*] recte Erroneas &  
 Vagas dicimus. nostrę enim super earum cursibus  
 opiniones, disputationesque possunt in errorem  
 intellectum inducere. Ceterum ille reru ordinator  
 ita reuersiones earu, ortus, obitus, recessus, moras,  
 progressusque constituit ut ne modico quidem er-  
 rori locus esset. Dies quippe cum noctibus mensium  
 spatia complere, menses vicissim annorum orbem  
 inuoluunt: nec prius, quam signa hæc in luce [*siderea*]  
 ardere cęperunt, iniri potuerunt temporum nu-  
 meri. Perituram [*quoque*] esse obseruationem com-  
 putationis huius, si hic olim chorus antiquus ste-  
 terit, uamque, ut mensurę & reuersiones tēporum  
 noscerentur, circuitusque Mundi videretur, Solis  
*incensa* sunt lumina [*&*] vicissim ut quies desiderata  
 proueniret animaribus, opacitas est inuēta noctis.  
 Mensesque effici, cum Luna circuli sui completo  
 curriculo, ad eundem locum a quo discesserit re-  
 uertatur: Anni verò spatia concludi, cum SOL qua-  
 drinas temporum contigerit vices, & ad idem sig-  
 num fuerit inuēctus. Horum enumeratio in se re-  
 uertentium, & a se proficiscentium, intellectu cogi-  
 tationis inuenit. Esse autem stellarum nihilomi-  
 nus certos ambitus, legitimis curriculum perpetuo  
*seruatos*, quos vix hominum solertia comprehendit.  
 Vnde sit ut & Magnus ille vocitatus annus, facile  
 noscatur: cuius tempus implebitur, cum vagan-  
 tium stellarum comitatus ad eundem peruenerit  
 finem, nouumque sibi exordium & itinera per vias  
 Mundi reperauerit. Globorū verò caelestium inter  
 se nexorum per vices mutuas, omnium supremum  
 esse eum, qui *inarrabili* meatu censetur: eius am-  
 plexu ceteros coerceri. Et esse *ἀρχαῖον* primum or-  
 dinem, secundum Saturno datum, Ioui tertium,  
 Martem quartum tenere, quintum Mercurio dari,  
 sextum

sextum Veneris esse, septimum Solis itineribus  
*incendi*, octauum metiri Lunam. Exinde elementis  
 omnia ac principiis occupari. Ignem autem alius  
 superiorem esse, mox Aëris locū: hinc Aquæ pro-  
 ximū: & tunc globū Terræ in medio situm æqua-  
 lem loco, ac figurā immobilem stare. Hos astro-  
 rum ignes sphaeris affixos, perpetuis atq; indefessis  
 cursibus labi: & hos animales Deos dicit esse:  
 Sphaerarū verò ingenium ex igne coalitū & fabri-  
 catū. Jam ipsa animantiū genera in *quatuor* species  
 diuiduntur: quarum vna est ex natura ignis eius-  
 modi, qualem Solē & Lunam videmus, ceterasq;  
 siderum stellas: alterū ex aëria qualitate, hanc esse  
 Dæmonum dicit: tertium ex aqua terraq; coales-  
 cere, & mortale genus corporū ex eo diuidi Terre-  
 num atque Terrestrē. sic enim *χαίρα* censuit nomi-  
 nanda. Terrenumq; esse arborū, ceterarumq; fru-  
 gum, quæ humi fixæ vitam trahunt: Terrestria  
 verò, quæ alit ac sustinet tellus. Deorum trinag  
 nuncupat species, *quarum est prima vnus & solus sum-  
 mus* vltamundanus, incorporeus: quem patrem &  
 architectū huius *diuini* Orbis superius ostendimus.  
 Aliud genus est, quale astra habent, ceteraque nu-  
 mina, quos Cælicolas vocamus. Tertium habent,  
 quos Medioximos Romani veteres appellāt: quod  
 & sui ratione & loco & potestate Diis summis  
 sunt minores, hominum natura profectō maiores.  
 Sed omnia quæ naturaliter, & propterea rectē fe-  
 runtur, Prouidentia custodiam gubernantur, nec vl-  
 lius mali causa Deo poterit adscribi. Quare nec  
 omnia ad Fati sortem *arbitratur* esse ferenda. Ita  
 enim definiit: Prouidentia *diuinam* esse sententiam,  
 conseruatricem prosperitatis eius, cuius causa tale  
*suscipit* officium: diuinam legem esse Fatum, per  
 quod inuitabileis cogitationes Dei atque incepta  
 complētur. Ynde si quid Prouidentia *geritur*, id agi-  
 tur etiam Fato: & quod Fato terminatur, Proui-  
 dentia debet susceptum videri. Et primam quidem  
 prouidentiam esse summi exuperantissimiq; Deo-  
 rum



rum omnium qui non solum deos Cælicolas ordinavit, quos ad tutelam & decus per omnia Mundi membra dispersit; sed natura etiã mortaleis Deos, qui præstarent sapientia ceteris terrenis animantibus, ad æuitatem temporis edidit: fundatisq; legibus reliquarum dispositionũ, ad tutelam rerum quas quotidie fieri necesse est, Diis ceteris tradidit. Vnde susceptam Prouidentiam Dij secunda prouidentia ita *gnauiter* retinent; vt omnia etiam quæ *caelitus* mortalibus exhibentur, immutabilem ordinationis paternæ statum teneant. Dæmones verò, quos Genios & Lareis possumus nũcupare, ministros Deorum arbitrantur, custodesq; hominũ & interpretes, si quid à Diis velint. Nec sanè omnia referenda ad vim Fati putat: sed esse aliquid in nobis, & in Fortuna nõ nihil, & Fortunæ [*quidem*] improvidos casus ignorati à nobis fatetur. Instabile enim quiddam, & incurrens *intercedere solere*, quæ consilio fuerunt & meditatione suscepta, quæ non patiatur meditata ad finem venire. Et tunc quidem cum impedimentum *istud* vtiliter prouenit, res illa Felicitas nominatur: at vbi repugnationes istæ nociæ erunt, Infelicitas dicitur. Omnium verò terrenorum, nihil homine præstantius Prouidentia dedit. Quare ijdem homines bene pronuntiarunt, esse Animam corporis dominam. At enim cum tres partes *anima* dicat esse: Rationabile, id est mentis optimam portionem, hanc ait capitis arcẽ tenere: Irascentiam verò procul à ratione, ad domicilium cordis deductam esse, *obsequi* que eam & respondere in loco sapientiæ: Cupidinem atque Appetitus postremam [*mentis*] portionem, infernas abdominis sedes tenere; vt popinas quasdam & latrinarum latebras, diuersoria nequitia atque luxuria. Relegatam verò iccirco longius à Sapientia hanc partem videri; ne importuna vicinitas, & rationem constitutam desuper cunctorum saluti, in ipsa *cogitationum vtilitate turbaret*. Totum verò hominem in capite vultuq; esse.

Namque Prudentiam, sensusque omnes, non aliam quam illa parte corporis contineri. Cetera enim membra ancillari & *subseruire*, cibos & alia subministrare, vectare ut in sublime possit, ut dominum atque rectorem, prudentiaque eius a periculis vindicare. Sed machinamenta quibus ad sentiendas diiudicandasque *quantitates & qualitates* sensus instructi sunt, ibidem erga regiam capitis constituta esse, in conspectu Rationis; ut intelligendi atque *persentiscendi* veritas adiuuetur. Sensus vero ipsi ad ea quae sunt sensibilia, apte *compositi a natura*, intelligentiam cognatam tenent. Et primo oculorum acies gemellas perlucidas esse, & quadam luce visionis illustres, noscendi *luminis* officium tenere: Auditionem vero aëreae naturae participem, aëriis nuntiis percipere sonores. Iam Gustatus solutiores esse sensus, ideoque *humidioribus* potius & aquosis *commodatos*: Tactum etiam terrenum atque corporeum, solidiora quaecunque contingi offendi que possunt, sentire. Eorum etiam quae corrupta mutantur, *si parata intelligentia est*. In media namque regione oris nares natura constituit, quarum *bisfori* via odor cum spiritu com meat. Conuersiones autem mutationesque odoratus causas dare, easque de corruptis vel adustis, vel madefactis *sentiri*, cum quidem ea quaeruntur, vapore vel fumo exhalantur: odor in his iudicium, sensusque succedunt. Nam si *res integra* & aër purus, numquam eiusmodi auras inficiunt. Et sensus quidem ipsi nobis communes sunt cum ceteris animantibus. Ac enim *hominum* solertia eiusmodi beneficio diuino instructior *auctiorque est* quod auditus ille est visusque praestantior. Oculis namque metitus est caelum, *siderumque* circuitus, & astrorum obitus atque *ortus*, *eorsumque* cum *significatibus* spatia comprehendit. ex quo pulcerrimus & vberimus fons ille Philosophiae profluxit. Auditum vero quid homini magnificentius potuit euenire? per quem Prudentiam sapientiamque *condisceret*, numerosque orationis metiretur, ac modos faceret:

faceret: fieretq; totus ipse modulatus ac musicus? Lingua & dentium vassu, & ipsius osculi venustas accessit. quod quidem aliis animatibus ad explendam victus necessitatem, inferendasque ventri copias comparatum est: sed hominis promptuarium potius rectæ Rationis & suauissimæ Orationis hoc datum est: vt quæ Prudentia corde conceperit, ea sensa promat Oratio. Sed [ & ] totius corporis habitus & figura membrorum alia conditione sunt optima, alia longè peiora. Inferiora reguntur optimatum præstantia, & ipsa ministerium suggerunt victuale. Pedes denique *humero tenui capiti obediunt.* At Superciliorum s. pes præmuniunt Oculos; ne desuper proruat quod teneras visiones molleisque perturber. Pulmones loco, ac sui genere, cordi plurimū consulunt. Cùm exardescit Ira, trepidansque celerioribus motibus vertex cordis ipsius madens sanguine, pulmonis excipitur mollitiâ, siti, frigore. *Lienem vero iocineri non frustra esse finitimum; vt eius redundantia participatis haustibus releuet, abstergatque ea quæ sordium fuerint, purumque ac sincerum præstet.* quod maxime fibris est commodum. Ventrem gyris intestinorum circumplexum, & nexibus impeditum esse, ne esculenta & poculenta sese penetrarent; sed vt retenta paulisper utilitatem sui & sensum animantibus exhiberent: *Nam ne exhaustis & labentibus iis quæ inferuntur, momenti omnibus appetendi cibi necessitas immineret, & ad hoc vnum occupari nobis dies noctesque esset necesse;* visceribus ossa sunt recta, eadem reuincta sunt neruis. Et, tamen ea quæ sunt internuntia sentiendi, sic sunt operta visceribus, ne crassitudine sensus heberentur. Illa etiam quæ in iuuenturâ & copulis nexa sunt, ad celeritatem facilius *se mouenda,* haud multis impedita sunt visceribus. Denique ipsius Capitis verticem spectata: cõnectum tenui Cute, Capillisque hirsutum videbis, aduersum vim frigoris & caloris. At enim illæ optimæ sunt partes, quas labor subigit: vt *semma ipsa quæ*

fessitandi regio est. Quid de cibatu ipso loquat?  
 quem itinera ex utero *manantia* fibris Iecoris ad-  
 iuncta dispartunt, in cruoris *habitudinem* versum,  
 ut eum ex eo loco per omneis artus Natura solers  
 deriuari faciat. Sed è regione Cordis Venarú me-  
 tus oriuntur, per *pulmonum* spiracula viuacitatem  
 transferentes, quam de corde susceperunt: & rur-  
 sus ex illo loco diuise per membra in totum ho-  
 minem, iuuant spiritum. *Hic* illæ anhelandi vices  
 haustæ, redditæque alterno modo, ne mutuis im-  
 pediantur occurribus. Venarum diuersæ sunt qua-  
 litates, quas ad *procreandum* è regione *cornicum*, per  
 medullas Renum commear, & suscipi [in] Ingui-  
 num loco certum est: & rursus Venarum Geni-  
 tale seminium humanitatis exire. At cum totius  
 corporis [duas] dicat esse substantias; primam vult  
 videri ex Igne & Aqua & ceteris elementis: aliam  
 ex consimilibus partibus, Viscerum, Officulorum,  
 Cruoris, & ceterorum: tertiam de discrepantibus  
 diuersisque membris, id est Capite, Utero, & Arti-  
 culis disparibus. Vnde [et] Substantia, quæ de sim-  
 plicibus constat elementis, si id quod ex necessita-  
 te victus extrinsecus arrogatur, quomodo con-  
 gruit [et] generi singulorum, qualitatem corporis  
 temperiemque custodit: at illis quæ de consimili-  
 bus robur [auget] his quæ inter se disparia supra di-  
 ximus, pulcritudinem nutrit: & simul æqualitas  
 ista sicci, humidi, feruentis ac frigidi, sanitatem, vi-  
 reis, speciemque largitur: sicut illa intemperans  
 atque immoderata permixtio, singulis vniuersisque  
 vitiatis, *animal* celeri exitio *corrumpit*. Tripartitam  
 Animam idem dicit, primam eius Rationabilem  
 esse partem, aliam Excandescentiam, vel *irritabili-  
 tatem*: tertiam Appetitum, eandemque Cupidita-  
 tem possumus *nuncupare*. Sed tunc animanti sanita-  
 tem adesse, vireis & pulcritudinem, cum Ratio to-  
 tum regit, parentque inferiores duæ partes, *concor-  
 dantesque* inter se, Iracundia & Voluptas, nihil ap-  
 petunt, nihil *commouent*, quod inutile esse *duxerit*  
 Ratio.

Ratio. Eiusmodi ad *aquabilitatem* partibus animæ temperatis, corpus nulla *perturbatione* frangitur. Alioquin inuehit ægritudinem, inualentiamque & fœditatem; cum in compositæ & inæquales inter se erunt: cum Irascentiam & Consiliū subegerit sibiq; subiecit Cupiditas: aut cum dominam illiam reginamq; ratione, licet obsequete & *pacata* cupidine, Ira flagrantior vicerit. Sed Ægritudinem mentis stultitiam dicit esse, eamq; in parteis duas diuidit: quarum vnā Imperitiā nominat, alteram Insaniam vocat. & Imperitiæ morbum ex gloriosa iactatione contingere, cum eorum quorum ignarus est aliquis, *doctrinam scientiamque* mentitur: Furorē verò, pessima consuetudine & libidinosa vita solere euenire. hancq; Insaniā nominati, quam viciosa qualitas corporis *prodit*, cum ea quæ sunt Rationi parata in ipso vertice, importunis *angustiis* coartantur. At enim tunc hominem esse perfectum, cum Anima & Corpus æqualiter copulantur, & *inter se conueniunt*, sibiq; *respondent*: vt firmitas Mentis præualentibus Corporis viribus non sit inferior. Corpus verò tunc natiuis incrementis augetur, cum Valetudinis portio procurata salubritet modum necessarij victus nescit excedere: nec Valetudo obteritur magnitudine externorum laborum, nec pabuli sarcinæ immoderatus inuerti, vel non vt oportet digesti distributiq; per corpus. Tunc enim artus ac membra vigoris debiti modum & *viteis retinent*: cum id quod infertur ad totius Corporis conseruationem, veluti singillatim exequatum cunctis partibus diuiditur. Verum enim uerò cum id minimè fit, tunc sequitur exitium Corporis.

L. APVLEII  
 PHILOSOPHICORVM  
 LIBER TERTIVS.  
 DE PHILOSOPHIA:

**M**ORALIS philosophiæ caput est, Faustine fili, vt scias, quibus ad Beatam vitam perueniri rationibus possit. Verùm ad Beatitudinem ante alia Bonorum sine contingenti, vt ostendam, quæ de hoc Plato senserit. Bonorum igitur alia eximia ac prima per se dicebat esse: per præceptionem cetera fieri Bona existimabat. Prima Bona est Deus summus, Mentemq; illam quam *vous* idem vocat: secundum ea, quæ ex priorum fonte profuerent, esse animi virtutes, Prudentiam, Iustitiam, Pudicitiam, Fortitudinem. Sed his omnibus præstare Prudentiam, secundam numero ac potestate Continentiam posuit, has Iustitiâ sequi. Fortitudinem quartam esse. Differentiam hanc bonorum esse constituit. Partim diuina per se, & prima, simplicia dici Bona, alia hominû: nec eadem omnium existimari. Diuina *quapropter* esse atque simplicia, virtutes animi. Minora autem Bona, ea quæ quorundam esse quæ cum corporis cõmodis congruunt: vt illa quæ nominamus Externa: *quæ sapientibus* & cum ratione ac modo viuentibus sunt sanè Bona: stolidis & eorum vsum ignorâtibus oportet esse Mala. Bonorum primum est verû, & diuinum illud optimum, & amabile, & concupiscendum, cuius pulcritudinem rationabiles appetunt mêtes, Natura duce, instinctæ eadem ad eius ardorem: & *quod* non omnes adipisci queunt. Qui neque primi Boni adipiscendi facultatem possunt habere, ad id feruntur quod hominum est. Secundum, nec commune multis, nec quidem omnibus similiter Bonum. Namque Appetitus, & agendi aliquid Cupido, aut vero Bono incitatur, aut eo quod videatur Bonum. vnde natura duce, cognatio quædam est cum

est cum Bonis, ei Anima portioni, quæ Rationi consentit. Accidens autem bonum esse putatur, quod corpori, rebusq; venientibus extrinsecus copulatur: & illū quidem quæ natura imbutus est, ad sequendum Bonum, nō modò sibi intimatam putat, sed omnibus etiam hominibus: nec pari, aut simili modo, verū etiam vnumquemq; acceptum esse, dehinc proximis, & mox ceteris qui familiari vsu vel notitia iungūtur. Hominem ab stirpe ipsa, neque absolutè bonum, nec malum nasci; sed ad vtrumq; proclive ingenium esse, habere quidem semina quædam verarumq; rerum cum nascendi origine copulata, quæ educationis disciplina in partem alteram debeāt emicare. doctoresq; puerorum nihil antiquius curare oportet, quàm vt sint amatores virtutū: vel inter se moribus & institutis eos ad id potius imbuere, vt regere & regi discant magistra Iustitia. Quare præter cetera induci ad hoc eos oportere, vt sciant quæ sequēda fugiendaq; sint, Honesta esse, ac Turpia: illa Voluptatis, hæc Laudis. Hactenus dedecoris ac turpitudinis, Honesta eademque quæ sunt Bona, confidenter optare nos oportere. Tria genera Ingeniorū ab eo sunt comprehensā, quorū præstans, egregiū appellat vnum: alterum, deterrimum pessimumque: tertium ex vtroque medio temperatum, medium nuncupavit. Mediocritatis huius vult esse *participes* puerum docilem, & virum progredientem ad modestiā, eundemq; commodum ac venustum. Eiusmodi quippe *mediocritatis* inter Virtutes & Vitia intercedere dicebat, tertiu quiddam: ex quo alia laudāda, alia culpanda essent. Inter Scientiam validam, alteram falsam, *perficacis* vanitate iactatā: inter Pudicitiam, Libidinosamque vitam, & abstinentiam, & *temperantiam* posuit. Fortitudini ac Timori medios Pudorem & Ignauiam fecit. Horum quippe quos mediocres vult videri, neq; sinceras esse Virtutes: nec Vitia *temeraria* & intemperata, sed hinc atque inde permixta esse. Malitiam verò deterrimi & omni-

bus vitiis imbuti hominis dicebat esse, quod acci-  
dere *ensebat*, cum optima & rationabilis *portio*, &  
quæ etiam imperare ceteris debet, seruit aliis. Illa  
verò vitiorum ducatrices Iracundia & Libido, Ra-  
tione sub *iugum missa domantur*. Eandem Malitiam de  
diuersis cõstare: Abundantia, Inopiaq;. Nec solû ea  
*inaequalitatis* vitio claudicare arbitrat, sed etiam  
incumbere dissimilitudinem. Neque enim possit  
cum Bonitate congruere, quæ à semetipsa tot mo-  
dis discepet; & non solum disparilitatem, sed  
etiam *inconcinuitatem* præ se gerat. Quapropter tres  
partes Animæ, tribus dicit vitiis vrgeri. Pruden-  
tiam Indocilitas impugnat, quæ non abolitio-  
nem infert Scientiæ, sed contraria est Disciplinæ  
*discendi*. Huius duas ab eo species accepimus, Im-  
peritiam & Fatuitatem: quarum Imperitia Sa-  
pientiæ, Fatuitas Prudentiæ inueniuntur inimi-  
cæ. Iracundiam, Audacia. Eius comitatum se-  
quuntur Indignatio & Incõmobilitas: dicta Græ-  
cè *ἀναληθία*. ita enim dixerim, quæ non extin-  
guit incitamenta Irarum, sed ea stupore deficit im-  
mobili. Cupiditatibus Luxuriam applicat, id est  
appetitus voluptatem, & Desideriam, ad fru-  
endum potiendumq; *hæustus inexplebiles*. Ex hac  
manat Auaritia, atque Lasciuia: quarum altera  
Liberalitatem *coërcet*, altera immoderatus fun-  
dendo patrimoniij *prodigit facultates*. Sed Virtu-  
tes Plato habitum esse dicit *mentis optima*, & no-  
bilitate figuratæ: quæ concordem sibi, *quietum, con-*  
*stantem etiam facit eum cui fuerit fideliter intimata, non*  
*verbis modo sed etiam factis secum & cum alijs congruen-*  
*tem*. Hoc verò procliuius, si Ratio in regni sui so-  
lio constituta Appetitus & Iracundias semper do-  
mitas & in frenis habet: *ipsique* ita obediunt, vt  
tranquillo ministerio fungantur. Vnimodam ve-  
rò esse Virtutem, quod bonum suapte natura ad-  
miniculo non indiget, perfectum autem cum sit,  
solitudine debet esse contentum. Nec solum qua-  
litas, verùm etiam similitudo cum Virtutis inge-  
nio



nō coniungitur. Ita enim secum ex omni parte congruit, vt ex se apta sit, sibiq̄ue respondeat. Hinc etiam Medietates, easdemq̄ue Virtutes, ac Summitates vocat: nec solūm quōd careant redundantia & egestate, sed quōd in medietullo quodam vitiorum *sint sita*. Fortitudo quippe circumfistitur hinc Audacia, inde Timiditate. Audacia quidem confidentiæ sit abundantia; Metus verò vitium deficientis Audaciæ. Virtutum perfectæ quædam sunt, imperfectæ aliæ. Et imperfectæ sunt [ita] quæ in omnibus beneficio solo Naturæ proueniunt, vel quæ solis Disciplinis traduntur, & *magistrâ* Ratione discuntur. Eas igitur quæ ex omnibus his cōstant, dicimus esse perfectas, Imperfectas virtutes semet comitari negat. Eas verò quæ perfectæ sunt, indiuiduas sibi, & inter se cōnexas esse, ideo maximè arbitratur: quōd ei cui sit egregium ingenium, si accedat Industria, Vsus & Disciplina, quam dux rerum Ratio fundauerit; nihil relinquetur quod non Virtus administret. *Virtutes omnes* cum Animæ partibus diuisit: & illam virtutem quæ Ratione sit *nixa* & est spectatrix [*& diuidicatrix*] omniū rerum, prudentiam dixit, atque Sapientiam. quarum Sapientiam, disciplinam vult videri diuinarum humanarumq̄ue rerum: Prudentiam verò, scientiam esse intelligendorum Bonorum & Malorum, eorum etiam *que Media* dicuntur. In ea verò parte quæ iracundior habeatur, Fortitudinis sedem esse [*& viris* Animæ, neruosq̄ue ad ea implēda, quæ nobis seuerius agēda Legum imponuntur imperio. Tertia pars Mētis est Cupidiniū & Desideriorum, cui necessario Abstinētia comes est: quam vult esse seruatricem cōuenientiæ eorum, quæ natura recta prauaq̄ sunt. In homine ad Placentiam ac Mediocritatem Libido reflectitur, actusq̄ue voluptarios ratione huius dicit ac modestia cōrreceri. Per has tres Animæ parteis [*quartam virtutem*] Iustitiam æqualiter diuidentes *scientiamque* causam esse dicit, vt vnaqueque *potiore* ratione ac modo ad fungen-

fungendum munus obediat. Hanc ille heros Iustitiam modò nominat; nunc vniuersæ virtutis nuncupatione complectitur. & item Fidelitatis vocabulo nuncupatur. sed cum ei à quo possidetur est utilis, Benivolentia est: at cum foras spectat, & est fida speculatrix utilitatis alienæ, Iustitia nominatur. Est & illa Iustitia, quæ quantum vulgata diuisione virtutum locum possidet, quæ cum Religiositate, id est *ὁσιότητι* copulatur. quarum Religiositas Deum honori ac suppliciis diuinæ rei mancipata est: illa verò hominum societatis & cõcordiæ remedium atque medicina est. Duabus autè equalibus de causis utilitatem hominum Iustitia regit, quarum est prima, *ἡμετεροῦται* obseruantia, & diuisionum æqualitas, & eorum quæ pacta sunt symboliæ. ad hæc ponderum mensurarumque custos, & communiatio opum publicarum: secunda finalis est, & veniens ex æquitate partitio, vt singulis in agros dominatus congruens deferatur, ac seruetur bonis potior, minor non bonis. Ad hæc, bonus quisque Natura & industria in honoribus & officiis præferatur: pessimi ciues luce careant dignitatis. Sed ille iustus in deferendo honore, ac seruando, modus est ei qui est suffragator Bonorum, & Malorum subiugator: vt semper in ciuitate emineant quæ sunt omnibus profutura, iaceant & subiecta sint cum suis *auctoribus* vitia. Quod facilius obtinebitur, si duobus exemplis instruamur: vnus, diuini & tranquilli & beati: alterius verò religiosi & inhumani, ac merito intestabilis; vt pessimo quidem alienus, & auersus à recta viuendi ratione, facultates suas diuino illi *bono similiores* esse velit. Hinc Rhetoricæ duæ sunt apud eum partes. quarum vna est Disciplina contemplatrix bonorum, iusti tenax, apta & conueniens cum secta eius qui Politicus vult videri: alia verò adulandi scientia est, captatrix verisimilium, vsus nulla ratione collectus. Sic enim *ἀλογον περιβλέψας* elocuti sumus, quæ persuasum velit, quod *docere* nõ valeat. Hanc *ἀπὸ ξίφους*

ληκίθου

Πολιτικὸν diffiniuit Plato : quam ciuilis articuli umbram, id est imaginem nominauit. Ciuitatem, quam Πολιτικὴν vocat, ita vult à nobis intelligi, vt eam esse ex virtutum numero sentiamus : nec solum agentem, atque in ipsis *administrationibus verum* spectari ab ea vniuersa atque discerni. Nec solùm providentiam prodesse ciuilibus rebus, sed omnem sensum eius, atq; propositum, fortunatum & beatum statum facere Ciuitatis. Hæc eadem vtilitatem animæ procurat duobus modis. Altera namq; legalis est, iuridicialis altera. Sed prior consuetudinibus est exercitationi, per quam pulchritudo animæ & robur acquiritur : sicut exercitatione valetudo corporis gratiaq; continetur. Iuridicialis illa Medicinæ pars est, nam morbis animæ medetur, sicut illa corporis. Has Disciplinas vocat, plurimumque earum curationem cōmoditatis afferre profitetur. Harum imitatrices esse Coquinariam & Vnguentariam. Sed artem Sophisticam, professionemque Iuris blandam, & assentationum illecebris turpes profitentibus, inutiles cunctis. quarum Sophisticam Coquinæ coniungit. Nam vt illa Medicinæ professione interdum opinionem imprudentium captat, quasi ea quæ agit cum morborum medela conueniant. sic Sophistice imitata iuridicialem statum, dat opinionem stultis, quasi Iustitiæ studeat, quam iniquitati fauere constat. Vnguentariam verò professores iuris imitantur. nam sicut illa remedio vult esse, per quod species corporibus ac valetudo seruentur, non modò vtilitatem corporum minuit, sed robur etiam viresq; frangit, & *verum colorem* [ac desideriam] sanguinis mutat : sic hæc scientiam mutata Iuris, simulat quidem virtutem se animis augere, *eneruat autem* quod in illis natiuæ fuerit Industriæ. Virtutes eas doceri & studeri posse arbitrat, quæ ad rationabilem Animam pertinent, id est Sapientiam & Prudentiam. & illas quæ vitiosis patribus pro remedio resistunt, id est, Fortitudinem & Continentiam rationabiles quidem esse :

[sed]

[*sed*] superiores virtutes pro disciplinis haberi. Ceteras, si perfecte sunt, virtutes appellat: si semiperfecte sunt, non illas [*quidem*] Disciplinas vocandas esse censeat; sed non in totum existimat Disciplinis alienas. *Iustitiam* vero, quod trinis animae regionibus spatia sit, artem viuendi ac disciplinam putat: & nunc docilem esse, nunc vsu & *experiendo* prouenire. Bonorum autem quaedam sui gratia asserit appetenda, ut beatitudinem, ut bonum Gaudium: alia non sui gratia, ut Medicinam: alia sui & alterius, ut Prouidentiam, ceteras que virtutes, quas & sui causa expetimus, ut praestantes per se, & honestas: & alterius, id est beatitudinis, quae est virtutum exoptatissimus fructus. Hoc pacto etiam mala quaedam sui causa *fugitanda* sunt, alia ceterorum, pleraque & sui & aliorum: ut stultitia, & eiusmodi vitia, quae & sui causa vitanda sunt, & eorum quae accidere ex his possunt: id est Miseriae atque infelicitates. Eorum quae appetenda sunt, quaedam absolute bona dicimus, quae semper atque omnibus cum astant, inuehunt commodam: ut virtutes, quarum Beatitas fructus est: alia quibusdam, nec cunctis, vel perpetuo bona: ut Vires, Valitudo, Diuitiae, & quaecumque Corporis ac Fortunae sunt. Pari pacto, & eorum quae declinanda sunt, quaedam omnibus ac semper videri mala, quoniam nocent atque obsunt: ut sunt Vitia, & Infortunia: quaedam aliis, nec ea semper nocere: ut Aegritudinem, Egestatem, & similia. Sed Virtutem liberam, & in nobis sitam, & nobis voluntate *appetendam*. Peccata vero esse non minus libera, & in nobis sita, non tamen ea suscipi voluntate. Namque ille virtutis spectator, cum eam penitus intellexit bonam esse, & benignitate praestare, ad eam affectabit profectio, & sectandam existimabit sui causa. ut item ille qui senserit Vitia non solum turpitudinem existimationi inuehere, sed nocere alio pacto, fraudique esse: qui potest sponte ad earum confortium se *ingerere*? Sed si ad huiusmodi Mala pergat, ac sibi *usuram* eorum vtilem credit: deceptus errore, & imagine Boni sollicitatus

citatus quidem, sciens verò ad Mala præcipitatur. Discereps quippe à communi sententia, si non quidem ignores, quid inter pauperiem ac diuitias interfit: & cum hæc in pro. liui sita sint, nec pauperies honestatem, vel turpitudinem diuitiæ allaturæ sint, si egestatem rerum victui necessariarum copiis præferas, ineptire videaris. & adhuc illud absurdus, si quis sanitatem corporis spernat, eligens morbos. Sed illud postremæ dementiæ est, eum qui Virtutis pulchritudinem oculis Animæ videbit, vtilitatemque vsu & ratione perspexerit, non ignarus quantum dedecoris atque incommodi adipiscatur ex participatione vitiorum; tamen additum se velit vitiis. Corporum sanitatem, Vireis, Indolentiam, ceteraque eiusmodi Bona extraria, item Diuitias, & cetera quæ Fortunæ commoda ducimus, ea non simpliciter Bona nuncupanda esse. Nam si quis ea possidens, vsu se abdicet, ea illi inutilia erunt: si quis autem eorum vsu conuerterit ad malas artes, ea illi etiam noxia videbuntur. [*Si quis autem in abusus, obnoxius erit vitiis qui ea possidet, habere hoc etiam cum obit non potest.*] Vnde colligitur, Bona hæc simpliciter dici non oportere: nec etiam ea quæ sunt morbosa, vt Pauperiem, ceteraque existimari Mala oportet. Nam qui tenuis est, si modificetur [*in sumptibus*] nullam noxam ex eo sentiet: & qui recte pauperie sua vtitur, non solum nihil capiet incommodi, verum ad toleranda cetera melior atque præstantior fiet. Si igitur nec habere pauperiem, neque eam ratione regere contrarium est: Paupertas [*per se*] malum non est. Voluptatè verò neque Bonum esse absolutè, neque simpliciter Malum: sed eam quæ sit honesta, nec pudendis rebus, sed gloriosis actibus veniat, non esse fugiendam: illam verò, quæ aspernatur Natura ipsa, turpi delectatione quæsitam, vitari oportere censebat. Sollicitudinem & Laborem, si naturabiles essent, & ab ipsa virtute descenderent, & essent pro aliqua præclara administratione susceptæ, appetibiles dicebat esse: sed si

sed si aduersum Naturam turpissimarum rerū causa gignerentur, malas *intestabilēque* esse. Non sola vitia voluntate accidere animis, & *venire* corporibus, sed esse medium quemdam statū: qualis est, cum abest Tristitia, nec tamen Lætitiam adesse sentimus. Ex his quæ in nobis sunt, primum Bonum atque laudabile est Virtus, Bonum studentī. Ideo Honestum appellari oportet. solum quippe quod Honestum est, Bonum. *ducimus*, ut & Malum, Turpe, & merito, quod turpe est, bonū non potest dici. Amicitiam aut sociam, eamque consensu consistere: reciprocāq; esse, ac dilectionis vicē reddere, quando *aqualiter redamat*. Hoc Amicitiaē commodo prouenit, cum amicus eum quem diligit, pariter ac se cupit prosperis rebus potiri. Æqualitas ista non aliter prouenit, nisi similitudo in utroque *parili caritate conueniat*. Nam ut *pares* paribus irresolubili nexu iunguntur: ita discrepantes, & inter se disiuncti sunt, nec aliorum amici. Inimicitiarum autē vitia gignuntur ex Maliuolentia per morum dissimilitudinem, & distantiam vitæ, & sectas, atque ingenia contraria. Alia etiam Amicitiaē genera dicit esse: quātū pars Voluptatis gignitur causa, pars Necessitatis. Necessitudinis & Liberorum amor Naturæ congruus est: ille alius abhorrrens ab humanitatis clementia, qui vulgo Amor dicitur: & est Appetitus *arsens*, cuius instinctu per Libidinē capti amatores corporū, in eo quod viderint, totū hominem putant. Eiusmodi calamitates animarum, Amicitias idem appellari verat, quod nec mutæ sunt, [sed] nec reciprocari queant, ut ament, quæ redamantur: nec constantia illis assit, & diuturnitas desit: Amoresque eiusmodi *sanitate* ac penitentia terminentur. Plato tres Amores hoc genere diuinerat, quod sit vnus diuinus, cum incorrupta Mente & Virtutis ratione conueniens, non penitendus: alter degeneris animi, & corruptissimæ voluptatis: tertius ex utroque permixtus, mediocis ingenij, & cupidinis modicæ. Animas verò

fusciore

fusciore impelli cupidine *corporum*, unumque illis  
 propositum esse, vt eorum vsura potiantur, atque  
 eiusmodi voluptate & delectatione ardorem suum  
 mulceant. Illæ verò facete & urbanae sunt. Ani-  
 mas bonorum deamare, & studere illis, factumque  
 velle *vti quamplurimum possuntur* bonis artibus, & me-  
 liores præstantioresq; reddantur. Medias ex utroq;  
 constare: nec delectationibus corporis prorsus ca-  
 rere, & lepidis animarum ingeniis capi posse. Vt  
 igitur ille Amor *terribilissimus* ac inhumanissimus atq;  
 turpis, non ex rerum natura, sed ægritudine corpo-  
 rali, morboque colligitur: sic ille diuinus, Deorum  
 munere beneficioq; cōcessus, aspirante cælesti Cu-  
 pidine in animos hominū *credatur* venire. Est Amo-  
 ris tertia species, quam diximus mediam, diuinā  
 atque terreni proximitate collectus, nexuque &  
 consortio parili copulatus: &, vt Rationi propin-  
 quus est diuinus ille; *ita terrenus ille cupidini* iunctus  
 est Voluptatis. Culpabilium autem virorum qua-  
 tuor formæ sunt: quarum prima Honoripetarum  
 est, sequens Abstemiorum, tertia Popularis, Ty-  
 rannicæ dominationes vltima. Quapropter eue-  
 nit primum illud Mentibus vitium, cum vigor  
 Rationis elanguerit, superiorq; [ & ] robustior fue-  
 rit Animæ portio in qua Ira dominatur: Oligar-  
 chia dicitur. Ea sic nascitur, cum propter pessimum  
*partem* eius partis Animæ quæ ex Cupiditatibus  
 constat, non solum rationabilis & Irascentiæ loca  
 possidentur, sed etiam eius quæ non necessarias  
 Cupidines acunt. Hunc talem Plato Lucricupidi-  
 nem, atque Accipitrem pecuniæ nominauit: Qua-  
 litas popularis existit, cum indulgentia cupidines  
 laboratæ, non solum iustis desideriis exatdescunt  
 sed his *etiam* quæ obuia atque occurrantes, & illam  
 consiliariam, & illam alteram *rationem* animam  
 conditionibus suis presserunt. Tyrānidis est luxu-  
 riosa & plena libidinis vita: quæ ex [ *finitis* & ] di-  
 uersis & illicitis voluptatibus conflata, mente tota  
 dominatur. *Qui sit autem non pessimus, cum cum,* non  
 d solum

solum turpem & damnosum & contéptorem deo-  
 rum, & immoderatam & inhumanam atque inso-  
 ciabilem vitam ait *viuere, sed nec cum proximis se-  
 cùmue congruere, atque ideo non modò à ceteris,  
 verùm etiam à se discrepare: nec alijs tantùm, sed  
 [etiam] sibi inimicum esse. & iccirco hunc talé neq;  
 bonis, nec omnino cuiquam, nec sibi quidè ami-  
 cum esse: sed illum pessimum videri, quòd nulla  
 malignitatis superlatio possit excedere. Húc talem  
 numquam in agendis rebus expedire se posse, non  
 solum propter *inscientiam*, sed quòd ipse etiam sibi-  
 met sit ignotus, & quòd perfecta malitia seditio-  
 nem mentibus pariat: impediens incepta eius, atq;  
*mediata* consilia, nec permittens quidquam eorum  
 quæ vult. *Pessimo* quapropter deterrimoque, non ea  
 tantum vitia quæ secundum naturam sunt, patiunt  
 execrabilitatem, vt est inuidia, vt est de alie-  
 nis incommodis gaudium: sed etiam quæ Natura  
 non respuit. Voluptatem dico, atque ægritudi-  
 nem, desiderium, amorem, misericordiam, metum,  
 pudorem, iracundiam. Iccirco autem hoc euenit,  
 quòd immoderatum ingenium, in quacumq; pro-  
 tuerit, modum non habet, atque ideo semper ei aut  
 deest aliquid, aut redùdat. Hinc eiusmodi hominis  
 amor omni tenore corruptus, quòd non solù effre-  
 natis cupiditatibus & *inexplebilis* siti haurire auct  
 omnia genera voluptatis, sed quòd *ipso etiam* formæ  
 iudicio, irrationabili errore distrahitur: ignoras ve-  
 ram pulcritudinè, & corporis effætam & eneruam  
 & fluxam cutem deamans. nec saltem coloratos  
 sole aut exercitatione solidatos, & opacos um-  
 bra, vel molles desidia, sed cura nimia *medullatos* ar-  
 tus magni facit. Non spòte grassari malitiam mul-  
 tis modis constat. Namque *iniuriam*, inordinatam  
 passionem & ægritudinem mentis esse ait. vnde li-  
 quidò arbitratur, homines non sponte ferri. *Quis*  
 enim tantum mali voluntate sulciperet, vt in op-  
 rina mentis suæ parte scelus & flagitium sciens  
 veheret? Cùm ergo possessio mali ab imprudenti-  
 bus*



bus capiturivsum eius & adiones oportet ab ignorantibus sustineri: Iccircoq; prius est nocere quam noceri. Quid enim his rebus nocetur quæ sunt valiores, corporis & externi? quæ vel inminui possunt, vel fraudibus interire: illæis potioribus, quæ ad ipsam attingunt Animam. Sed nocere his longè prius esse. Ex quo intelligi potest, quòd animis bonis eo vitio perniciæ inferitur: plusque sibi obest qui alium cupit perditum, quàm illi nocet aduersum quem talia machinatur. & cum noceri alteri malorum omnium noxium sit: multo grauius est, si qui nocet, abeat impune: grauiusq; & acerbius est omni supplicio, si noxio impunitas differatur, nec hominum interim animaduersione plectatur. Siquidem grauius est acerbißimorum morborum carere medicina, medentes fallere: nec vri, nec secari eas partes, quarum dolore incolumitati residuarum partium consulatur. Quare vt optimi medici conclamatis desperatisq; corporibus non adhibent medentis manus, ne nihil profutura ratio doloribus spatia promulget: ita eos quorum anime vitiiis imbutæ sunt, nec curari queunt, medicina sapientia eos mori præstat. Namque eum cui nec ex natura nec ex industria, rectè viuendi studium conciliari potest, vita exillimat Plato esse pellendum: vel si cupido vitæ eum teneat, oportere sapientibus tradi, quorum arte quadam ad rectiora flectatur. Et est sanè melius talem regi, nec ipsum [regendi] alios habere potestatem: nec dominari, sed subire seruitium, impotem ipsum aliorum addici potestati, parendi potius quàm iubendi officia sortitum. Virum pessimum non solum deteriorem esse dicebat, quòd distrahatur semper additione vitiorum, etsi desiderium æstibus differtur: qui quanto plurium cupidior sit, tanto egentior sibi met, & propterea aliis videri potest. Sperata quippe, atque exoptata vix pauca, & cum maxima arumna proueniunt. Hisque flagrantiores cupidines floresq; succedunt, nec futuris tantummodo angitur malis, verum etiam præteritis trāsactisq; torquetur.

Quos omnem morte sola ab eiusmodi malis deduci posse manifestum est. Sed ad primè bonos, & sine mediocritate deterrimos, paucos admodum, *varioresque*, & ut ipse ait, numerabiles esse: eos autem qui nec plane *quidem* optimi, nec oppidò deterrimi sint, sed quasi mediè morati, plures esse. Sed neque superiores obrinere recta omnia, neque inferiores in omnibus labi. Horum vitia nec grauata, nec intempestiua sunt, aut minimum criminosa. quorum substantia est ex redundantia vel defectu. quibus & ad probationis integritas & modus est. & qui inter laudem vituperationemque; mediam viam *valentes, rerum* capeſſendarum eiusmodi studio excitantur: ut nunc boni atque honesti eos ratione inuitent: nunc inhonesta lucra & turpes illiciant voluptates. Talibus viris nec amicitiarum fides perseveret, & amores non semper improbi, nec honesti tamen, eorum animos incurrit. Perfectè sapientem esse non posse dicit Plato, nisi ceteris ingenio præstet, artibus & prudentiæ partibus absolutus, atque *iam tum à pueris* imbutus: factis congruentibus & dictis assuetus: purgata & *effecata* animi voluptate: eiectis ex animo hinc abstinentia atque doctrinis ex rerum scientia eloquentiaque; venientibus. Eum qui per hæc profectus fidenti & securo gradu virtutis via graderetur, adeptum solidam viuendi rationem, repente fieri perfectum: hoc est, repente præteriti futurique; cui vltimas partes attingere, & esse quodammodo intemporalem. Tum post hæc ut his exclusis, insertisque; & immixtis omnibus quæ ad beatam vitam fuerunt, non ex aliis pendere, nec ab aliis deferri sibi posse, sed in sua manu esse, sapiens rectè putat. Quare nec in secūdis rebus effertur, nec contrahitur in aduersis: cum se ornamenti suis ita instructum sciat, ut ab iis nulla vi segregetur. Hunc talem non solū inferre, sed ne referre quidem oportet iniuriam. Non enim eam contumeliam putat, quam improbus faciat: sed eam non putat, quam patientia firmiter toleret. *Qua quidem nature lege*  
in ani-

in animo eius sculptum sit, quod nihil horum possit nocere sapienti, quæ opinantur ceteri mala esse. Equidem sapientem illum, conscientia sua fretum, securum & confidentem in omni *vita futurum. quod omnia* accidentia reputet, ad meliores rationes *trahens*: & quod nihil morose vel difficulter excipiat, sibiq; persuaserit pertinere res suas ad immortales Deos. *Iam* ille diem *mortis* suæ propitius nec inuitus expectat: quod de animæ immortalitate confidat. Nam vinculis liberata corporis, sapientis anima remigrat ad Deos: & pro merito vitæ purius castiusue transactæ, hoc ipso deorum se conditioni conciliat. Eundem sapientem optimum nominat, ac bonum, ac prudetem rectè arbitratur: cuius sanè cõsilia cum factis rectissimis cõgruunt, & cui principia profecta sunt à iusti ratione. Ad hoc sapientem & fortissimum dicit esse, *ut* qui vigore mentis ad omnia perpetièda sit paratus. Inde est quòd fortitudinem neruos animi, ipsasq; ceruices ait: *ut ignauiam anima* ait imbecillitatè esse finitimam. Diuitem hunc solum quidem rectè putat: quippe cum thesauris omnibus pretiosiores solus videatur possidere *virtutes; spes etiam, quia* solus sapiens opes potest in vñibus necessariis regere, videri ditissimus debet. Nam ceteri, quatinus sũt opibus affluentes, tamen quòd vel vñum earum nesciant, vel deducant eas ad pessimas partes, inopes videntur. Egestatem namq; non abstinentia pecuniæ, sed præsentia immoderatarum cupidinũ gignit. Philosophum oportet, si nihil indigens erit, & omni fortunæ contumax, & superior iis quæ homines acerba toleratu *arbitrantur*; nihil sic agere, quàm ut semper studeat animam corporis consortio sepeare: & ideo existimandum philosophiam esse mortis affectũ, consuetudinẽque moriendi. Bonos omnes inter se oportet amicos esse, etsi sunt minùs noti: & potestate ipsa, qua mores eorum sectæq; conueniunt, amici sunt habendi. paria quippe à similibus non abhorrent. Vnde inter solos bonos fidem amicitia

esse constat. Sapiencia boni amatorem adulescentem facit, sed eum qui probitate ingenij sit ad artes bonas promptior. Nec deformitas corporis talem poterit abigere appetitum. Nam cum ipsa anima complacita sit, homo totus adamat: sed cum corpus expetitur, pars eius deterior est cordi. Iure igitur putandum est, eum qui sit *ignarus* bonorum, cupitorem quoque eiusmodi rebus esse. Is enim solus boni desiderijs accenditur, qui bonum illud oculis animi videt: hoc est, esse sapietem. Istud vero quoniam qui est *ignarus*, osor quoque nec amicus virtutum sit necesse est. Nec frustra hic talis amator est turpium voluptatum. Sapiens non modo mere voluptatis quidem alicuius gratia veniet ad agendum, nisi praesto fuerint honesta emolumenta virtutis. Hunc eundem cum huiusmodi voluptate oportet vitam vivere honestam, & admirabilem, plenamque laudis & gloriae: neque hanc modo rerum causa ceteris omnibus praeferi, verum etiam iucunditate & securitate solum & semper frui. Nec angetur carissimis orbatus affectibus, vel quod ex se omnia sunt apta quae ad beatitudinem pergunt: vel quod decreto & lege rectae rationis interdicitur eiusmodi afflictatio. Et quid si de tali se causa discruciet, illam aegritudinem vel propter eum qui est emortuus suscipiat, quasi in peiore sit parte: aut sua gratia, quod tali necessitudine doleat se privatum esse? Sed neque obiti causa lamentationes suscipi oportet si sciamus illum neque aliquid mali passum: ac si fuerit bonae voluntatis, etiam melioribus aggregatur. Neque enim alieni gratia, ut qui in se reponit omnia, nec cuiusquam absentia virtutis esse indigens potest, cuius perpetuam possessionem sibi vindicat. Igitur sapiens non erit tristis. Sapientiae finis est, ut Dei meritis sapiens prouehatur: hancque futuram eius operam, ut aemulatione vitae ad Deorum actus accedat. Verum hoc ei poterit prouenire, si virum perfecte iustum, piū, prudentem se praebet. Unde non solum in prospectandi cogitatione, verum

verum etiam agendi opera sequi cum conuenit, quæ Diis atque hominibus sunt probata. Quippe cum summius Deorum cuncta hæc non solum cogitationum ratione consideret, sed prima, media & vltima obeat, compertaque intime *prouida* ordinationis vniuersitate & constantia regat. Verum enim uerò illud omnibus beatum videri, cui & bona suppetunt, & quemadmodum carere vitiiis debeat, callet. Vna quidē beatitudo est, cum ingenij nostri præsentia tutamur, quæ perficimus: alia cum ad perfectionem vitæ nihil deest, atq; ipsa sumus contemplatione contenti. Vtrarumq; autē felicitatum origo & ex virtute manat, & ad ornamentum quidem genialis loci est virtutis. Nullis extrinsecus eorū quæ bona dicimus, adiuuiculis indigemus. Ad usum autem vitæ cōmunis, corporis cura, & eorū quæ extrinsecus veniunt, præiudiciis opus est: ita tamen, vt hæc eadē fiant virtute meliora, cuiusq; suffragio beatitudinis cōmodis copuletur, sine qua hæc in bonis minimè sunt habenda. Nec frustra est, quòd sola virtus fortunatissimos potest facere; cum absq; hac ex aliis prosperis nō possit felicitas inueniri. Sapietē quippe pedisequum & imitatorē Dei dicimus, & sequi arbitramur Deum, id est τὸν Θεόν. Non solum autē oportet, dū vitam colit, digna discere, nec ea agere quæ eorū maiestati displiceāt, verum & tūc cum corpus relinquit, quod nō faciet inuito Deo. Nam etū in eius manu est mortis facultas, quamuis sciat se terrenis relictis cōsecuturum esse meliora; nisi perpetiendū [esse] iustū lex diuina decreuerit, acceriire tamen eum mortem non debere. *& si antea illa vitæ ornamenta cohonestāt, honestiorem tamē & rumorū secundū oportet esse, cum securus de posteritatis suæ vita, ad immortalitatē Animam ire permittit, quæ quod piè vixerit, præcipit fortunatorū habitaturam locū, Deorū choreis Semideūmq; permittam.* De ciuitatum verò cōstitutione, & de obseruatione regēdarum rerum publicarū, ita iubet Plato. *Iam principio ciuitatis definit*

formam ad hunc modū: ciuitatem esse cōiunctio-  
nem [*inter se*] hominum plurimorū, in quibus sunt  
regentes, alij *ceteriores* coniuncti inter se concordia,  
& inuicem sibi opem atque auxilium deferentes,  
iisdem legibus, rectis tamen, officia sua temperan-  
tes; vnamque ciuitatem, iisdem mōenibus illam  
futuram, & eadem velle & nolle incolarum *men-  
tes* assueuerunt. Quare suadendum fundatoribus  
rerum publicarum, vt vsque ad id locorum, plebes  
suas *ad eundem rectorem* noti omnes esse possint, nec si-  
bimet incogniti. sic enim fiet, vt omnes vna mente  
sint, & quumq; sibi factum velint. Magnam sanē ci-  
uitatem non habitantium multitudine, eorumque  
magnis viribus vti oportet. Vires enim non corpo-  
ris, nec pecuniæ, collectas dominatione multo-  
rum, arstimandas putat, cum vecordia impoten-  
tiaq;: sed cum decreto communi virtutibus omni-  
bus ornati viri incolæ, & omnes fundati legibus  
obsequuntur. Ceteras verò, quæ non ad hunc mo-  
dum forent constitutæ, non arbitrabatur sanas ci-  
uitates. Eas demum fundatas ratione dicebat esse,  
quæ ordinatæ ad instar animarum forent: vt pars  
optima, quæ sapientia prudentiaq; præcellit, impe-  
raret multitudini: & vt illa totius habet curā cor-  
poris, ita prudentiæ delectus tueatur vniuersæ com-  
moda ciuitatis. Fortitudo etiā, pars virtutis secun-  
da, vt vi sua adpetētiā castigat, & reprimat; ita in  
ciuitate vigilet, excubitorum loco quidem, militet  
iuuentus pro vtilitate cunctorum. Sed inquietos  
& indomitos, ac propterea pessimos ciues refrenet,  
contineat, ac si necesse sit, frangat potioris cum  
cōsiliij disciplina. Illam verò desideriorum tertiam  
partem plebi & agricolis parem *ducit*, quam existi-  
mat moderatis vtilitatibus sustinēdam. Atenim  
republicam negat posse *subsistere*, nisi is qui impe-  
raret habeat sapientiæ studium; aut is ad imperan-  
dum *deligatur*, quem esse inter omnes sapientissi-  
mum cōstet. *Moribus etiam huiusmodi* cunctos ciues  
imbuendos esse dicit, vt iis in quorum tutelam  
atque

atque fidem respública vlla credatur, auri atq; argenti habendi cupido nulla sit. Nec specie communi priuatas opes adpetât, nec huiusmodi hospitia succedant, vt ceteris ianua non reclusa; cibos victumque ita sibi curent; vt acceptam mercedem ab his quos protegunt, communibus epulis insumant. Matrimoniaque non priuatim maritanda esse, sed fieri communia, despondentibus eiusmodi nuptias publicæ ciuitatis sapientibus & magistratibus, & sorte quadam ei negotio præditis: idque præcipuè curantibus, ne dispares sui, vel inter se dissimiles copulentur. His *admittitur* utilis necessariaque confusio, vt permixta nutrimenta puerorum, ignotorum adhuc, agnitionis parentibus afferat difficultatem: vt, dum suos liberos nesciunt, omnes quos viderint eius ætatis, suos credant; & veluti communium liberorum omnes omnium sint parètes. Hæc ipsorum connubiorum quaritur tempestiua coniunctio. cuius futuram stabilem fidem credit, si cum harmonia Musicæ dierum consonent numeri: & qui de talibus nuptiis erût orti, studiis congruentibus imbuentur, & optimis disciplinis communi præceptorum magisterio docebuntur, non virile tantummodo, verum etiam feminarum, quas vult Plato omnibus partibus, quæ propriè virorum putantur, coniungendas esse, bellicis etiam, quippe cum vtrisque natura vna sit, eandem esse virtutem. *Eiusmodi* ciuitatem nullis extrinsecus latis legibus indigere. regia quippe prudentia & eiusmodi institutis ac moribus, quibus dictum est, fundata, ceteras leges nõ requirat. Et hanc quidem, vt figmentum aliquod veritatis, exempli causa per se compositam vult esse Rempublicam. Sed & alia optima quidè, & satis iusta, & ipsa quidem specie, & dicis causa ciuitas fabricata, non vt superior sine euidèti. sed iam cum aliqua substantia in hac non suo nomine, & de statu & de cõmodo ciuitatis requirès originis eius principia & fundamenta disponit: sed eò tendit, quem-

admodum civilis gubernator eiusmodi locum, conuentus que multitudinum nactus, iuxta naturam presentium rerum & conuenarum, debeat facere ciuitatem plenam bonarum legum & morum bonorum. In hac equidem easdem puertorum nutritiones, easdem vult esse artium disciplinas. Sed in connubiis & partibus & *patrimoniis*, ac domibus desciscit à *prioris obseruatione* Reipublicæ, matrimonia priuata & singularia *faciens*, [*procorum quoque*] *ipforum*. Et si in cōtrahendo matrimonio consulere *ex voluntate sua* debeant; vniuersæ tamen ciuitatis principibus, vt communiis cōmodi causam decernit spectandam esse. Quare & dices inferiores nuptias non recusant, & locupletum consortiū inopes consequantur: & si vires opum [non] congruunt, ingenia tamē diuersa miscēda esse: vt iracundo tranquilla iungatur, & sedato homini incitatio mulier applicetur, vt talibus obseruationum remediis, soboles natura discrepante confecta, *morum* prouentu meliore coalescat: & ita compositarum domorum opibus ciuitas *augeatur*. Puerperia quoque ipsa *morum* dissimili seminio concepta, cum vtriusque iustar similitudinis traxerint, neque illis vigorem in rebus gerendis, neque tamen spectandis consilium defuturum. Instituendos verò esse eos, vbi cunq; ciuitatis parētes censuerint. Domos verò & possessiones habeant priuatas, vt queunt singuli, quæ quidem nec immensum augeti per auaritiam, nec prodigi per luxuriam, aut deserri per negligentiam sinant. Legesque ciuitati huic promulgari iubet, & legum inoderatorem, cum aliquid tale concipiet, ad contemplandas virtutes hortatur. Imperitandi autem modum eum esse vtilem censet, qui ex tribus fuerit temperatus. Nec enim vel optimatiū, vel etiam popularis imperij solos & meros status vtilis arbitratur; nec impunitas rectorū culpas relinquit: sed magis cēset his debere cōstare *nationem*, qui sint potiores potestate. Et alij publicarum rerum status definiti ab eo *putantur nitentes ad bonos mores & super ea publica quæ vult*



vult emendatione constare, *rectors mātus*, ut prius residuo leges compleat, aut vitiosas leges correctas velit. Enim mores perniciosos, & disciplinas corrumpentes commoda ciuitatis ad meliora conuerterit, à quibus si consilio & suadela defraudata multitudo deficiat non poterit, abducenda tamen ab incepto vi & ingratis. In actiōsa verò ciuitate describit, quemadmodum simul omnis hominum multitudo bonitate & iustitia conducta habeatur. Hi tales complectentur proximos, honores custodient, intemperantiam atcebunt, iniuriam refrenabūt: prudentiæ ornamentisq; ceteris vitæ honores maximos deferentes. Nec temerè multitudo cōuolet ad eiusmodi rerum publicarum status, nisi qui optimis legibus & egregiis institutis fuerint educati, moderati erga ceteros, inter se cōgruentes. Quatuor culpabilium ciuium genera sunt. vnum eorū qui sunt honore præcipui: alterum paucorum, penes quos rerum est potestas: tertium omnium: vltimum dominationis tyrannicæ. Et primum quidem *confis*, cū prudentiores viri per magistratus seditiosos ciuitate pelluntur, deferturq; potestas ad illos qui sunt manu tantummodo strenui: nec ij qui blandiore consilio agere res possint *adipiscuntur imperij facultatem*, sed qui turbidi violentique sunt. Paucorum verò status obtinetur; cū inopes, criminosi, multi simul paucorum diuitum potentia subiacentes, dederint se, atque permiserint: omnemq; regendi potestatem nec mores boni, sed opulentia fuerit consecuta. Popularis autem factio roboratur, cū inops multitudo [*vrius*] obtinuerit aduersus diuitum facultates: Lexq; iussu populi fuerit promulgata, ut ex æquo liceat omnibus honores capessere. Ad hæc, tyrannis illa, singulare dominationis caput, tunc oritur, cū is qui leges contumacia sua ruperit, simili legum coniuratione adoptatus imperium inuaserit: constituens deinceps, ut omnis ciuium multitudo desiderijs eius & cupiditatibus parens, obsequium suum tali sine moderetur.

## PHILOSOPHICORVM

LIBER QVARTVS,

## DE DEO SOCRATIS.

**Q**VI me voluistis dicere ex tempore, acci-  
 pite rudimentū, post experimentum. Quip-  
 pe, prout mea opinio est, bono periculo pe-  
 riculum faciam, postquam *re probata* medi-  
 tata sum ducturus *in cogitata*. Nec enim metuo ne in  
 friuolis displiceam, qui in grauioribus placui. Sed  
 ut me omnitariam noueritis: & in isto, ut ait Luci-  
 lius, *rhedio & incondito* experimini, an idem sim  
 repentinus, *qui & preparatus*; si qui tamen *uestriam*  
 nondum subitaria ista nostra cognoscitis, quæ sci-  
 licet audietis, pari labore quo scribimus, venia pro-  
 pèsiore *quàm* legimus. Sic enim ferè assolet apud  
 prudenteis viros esse *quod in operibus elaboratu, iudica-*  
*gio restrictior*; in rebus subitariis venia prolixior.  
 Scripta enim pensiculatis & examinatis; repentina  
 autem noscitis simul & ignoscitis, nec iniuria. Illa  
 enim quæ scripta legimus, *etiam* tacentibus nobis  
 talia erant qualia illata sunt: hæc verò quæ impræ-  
 sentiarum, & quasi *vobiscum partienda* sunt, talia erūt  
 qualia vos illa fauendo feceritis. Quanto enim ex-  
 inde orationi modificabor, tanto à vobis in maius  
 tolletur. Vos enim animaduerto libenter audire.  
 Proinde in *vestra manu* situm est, vela nostra sinua-  
 re, & *mittere*; ne pendula & flaccida, néue restricta  
 & caperata sint. At ego, quod Aristippus dixit, ex-  
 periar: Aristippus ille Cyrenaicæ sectæ repertor,  
 quodq; malebat ipse, Socratis discipulus. Eum qui-  
 dam tyrannus rogauit, Quid illi Philosophiæ stu-  
 dium tam impensum tamque diutinum profuisset?  
 Aristippus respondit: Ut cum omnibus, inquit, ho-  
 minibus

minibus securè & intrepidè fabularet. Verbo sub-  
 bito sumpta est sententia, quia de repentino obor-  
 ta est, *quasi* velut in *maceria* lapides temerario inter-  
 iectu poni necesse est: neque interiecto intrinsecus  
 pondere, neque *collimato* pro fronte situ, neque co-  
 hibentibus ad regulam lineis. Quippe qui *structor*  
 orationis huiusegomet, non *à meo monte* lapidem *dis-*  
*rectim* casum afferam, probè omnifariam compla-  
 natum *lauster*, ex *optimis horis* ad vnguem coæqua-  
 tum: sed *cuique* operi accõmodem, vel inæqualita-  
 te aspera, vel læuitate lubrica, vel angulis eminula,  
 vel rotundo volubilia, sine regulæ correctione, &  
 mensuræ parilitate, & perpendiculi solertia. Nulla  
 enim res potest esse eadem festinata simul & exa-  
 minata: nec esse quidquam omnium, quod habeat  
 & laudem *diligentia simul*, & gratiam celeritatis.  
 Præbui me quorundam voluntati, qui oppidò vo-  
 luerunt quæ à me desiderabantur vt dicerem ex  
 tempore. Et est herculè formido ne id mihi euene-  
 rit, quod coruo suo euenisse Æsopus fabulatur. Id  
 erit, ne dum laudem hanc nouam *capto*, *paruam illam*  
 quam antè peperit, cogar amittere. Sed de Apologo  
 quæritis. non pigebit aliquid fabulari. Coruus &  
*vulpis* vnam offulam simul viderant; eamq; raptum  
 festinabāt pari studio, impari celeritate: vulpes cur-  
 su, coruus volatu. Igitur ales *bestiam* præuenit, & se-  
 cundo flatu, *propasit* *utrinque* *pennis* *pralabatur* & *an-*  
*ticipat*, atq; ita præda simul & victoria *latus*, *sublime*  
 euectus, in quadã proxima quercu, in summo eius  
 cacumine tutus sedit. Eò quoque *tamen vulpis*, *quia*  
*lapidem nequibat*, dolum iecit, namque eandem arbo-  
 rem successit: & subsistens, cum supernè *raptorem*  
 præda ouantè videret, laudare astu adorta est. Næ  
 ego inscita, quæ cū alite Apollinis frustra certaue-  
 rim, quippe *cui iam pridem corpus tam concinnum est,*  
*vt neque oppidò paruum, neque nimis grande sit,*  
*sed quantum satis ad vsuam decoremque: pluma*  
*mollis, caput argutum, rostrum validum. Iam ipse*  
*[ales] oculu persequax, vnguisbus pertinax.* nam de colore  
 quid

quid dicam? Nam cum duo colores præstabiles forent, piceus & niueus, quibus inter se nox cum die differunt: vtrumque colorem Apollo suis alitibus condonauit: candidum oloxi, nigrum coruæ. Quod vtinam sicuti cygno cæcum indulset, ita huic quoque vocem tribuisset! ne tam pulchra ales, quæ ex omni auitio longè præcellit, viduata *delicia* facundi Dei, muta viueret & elinguis. Id verò vt coruus audit, hoc solum sibi præ ceteris deesse, dum vult clarissimè clangere, vt ne id saltem oloxi concederet; oblitus offulx quæ mordicus retinebat, toto rictu hiiuit, atque ita quod volatu pepeterat, cantu amisit. enimuerò *vulpis* quod cursu amiserat, altu recuperauit. Eandem istam fabulam in pauca cogamus, quantum potest fieri cohibiliter. Coruus vt se vocalem probaret, quod solum deesse tantæ eius formæ *vulpis* simulauerat, *græcè* adortus, præda quam ore gestabat *indultricem* composuit. Iam dudum scio, quod hoc significatu *flagitatis* [vt cetera Latina materia persequamur. Nam & in principio vobis diuersa petentibus, ita memini polliceri, ] vt neutra pars vestrum, nec qui Græcè nec qui Latinè petebatis, dictionis huius expertes abiretis. Quapropter si ita videtur satis oratio nostra attici illauerit. Tempus est in Latium demigrare de Græcia. Nam & quæ ilionis huius fermè media tenemus: vt, quantum mea opinio est, pars illa posterior per illa Græca quæ anteuertit, nec argumentis sit effectior nec sententiis rarior, nec exemplis pauperior, nec oratione defectior.

Plato omnem Naturam rerû, quod eius ad animalia præcipuè pertineat, trifariâ diuisit: censuitq; summos Deos, summum, *medium*, *infimum*. Fac intelligas nõ modò loci disclusionem, verum etiam Naturæ dignitate: quæ & ipsa neq; vno, neq; gemino modo, sed pluribus cernitur. Ordini tamen manifestius fuit à loci dispositione. Nam, perinde vt maiestas postulabat, Diis immortalibus cælum dicauit, quos quidem Deos cælices partim visu vsurpamus; alios intellectu vestigamus. Ac visu quidem cernimus,

Vos è

— Vos o clarissima mundi

*Lumina, labentem celo que ducit u annum.*

Nec modò ista præcipua: Solem diei opificem, Lunamque Solis æmulam, noctis decus: seu corniculata, seu diuidua, seu *pretumida*, seu plena sit: varia ignium face, quanto longius faceffat à Sole, tanto longiùs collustrata: pari incremento itineris & luminis, mēsem suis *auctibus* ac dehinc paribus dispendiis *astimans*: sua illa proptio, seu perpeti candore, ut Chaldaei arbitrantur, parte luminis compos, parte altera, causa fulgoris, pro circūuersione oris discoloris, multiuaga pollens, speciem sui variat: seu tota proprii candoris expers, alienæ lucis indiga, denso corpore, seu læui, ceu quodâ speculo radiis Solis *obstiti vel aduersi usurpat*, & ut verbis utar Lucretij,

*Notam inelat de corpore lucem.*

Vtraque harum vera sententia est. *Nam hoc postea video*, cur neque de Sole neque de Luna quisquam Græcus aut Barbarus facilè coniectauerit Deos esse: nec modò istos, ut dixi, verùm etiam *vix Stellæ*, quæ vulgò *Vagæ* ab imperitis nuncupantur: quæ tamen inflexo & certo & statò cursu meatus longè ordinatissimos diuinis vicibus æternos efficiunt. Varia quippe *curriculi* [specie, sed una semper & æquabili pernitate, tunc progressiua, tum autem regressiua mirabili] vicissitudine assimulant pro situ & flexu, & *abstituto* circulorum. quos probè caller qui signorum ortus & obitus comperit. In eodem visibiliu Deorum numero, cætera quoque sidera, qui cum Platone sentis, locato: Arcturum, Geminos, Leonem, aliosq; itidè radianteis Deos, quibus cæli chorum comptum & coronatum suda tempestate visimus, pictis noctibus, seuera gratia, toruo decore: suspicientes in hoc perfectissimo mudi, ut ait Ennius, clypeo, miris fulgoribus variata cælamina. Est aliud genus Deorū, quod natura visibus nostris denegauit, nec non tamen intellectu eos *rimabundi* contemplantur, acie mētis acrius cōtemplantes. Quo-  
rum

rum in numero sunt illi duodecim numero, situ  
nominum in duos versus ab Ennio coartati:

*Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,  
Mercurius, Iovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.*

ceterique id genus, quorum nomina quidem sunt  
nostris auribus iam diu cognita: *potentia* verò ani-  
mis *coniectata*, per varias utilitates in vita agenda  
*animaduersa* in iis rebus *quas* eorum singuli curant.  
Ceterum *profana* Philosophiæ turba imperitorum,  
vana sanctitudinis, priua veræ rationis, inops reli-  
gionis, impos veritatis, scrupulosissimo cultu, in-  
solentissimo spiritu pars in superstitionem, pars in  
contemptum tumida. Hos namq; cunctos Deos, in  
sublimi ætheris vertice locatos, ab humana conta-  
gione procul discretos, plurimi, sed non ritè, véné-  
rantur: omnes, sed inscie, metuunt: pauci, sed impiè,  
diffitentur. Quos Deos Plato existimat *naturas* in-  
corporaleis, animalcis. *neque sine vllis* neq; exordio,  
sed prorsus ac retro *æternas*, corporis contagione  
sua quidem natura *venotas*, ingenio ad summâ bea-  
titudinem *perfecto*, nullius extrarij boni participa-  
tione, sed ex *se* bonas & ad omnia competentia *sibi*  
*prompto* nutu, facili, simplici, libero absoluto, quo-  
rum parètem, qui omnium rerum dominator atq;  
auctor est, *solutum* ab omnibus nexibus patièdi ali-  
quid gerendive, nulla vice ad alicuius rei mûnia  
obstrictum. Cur ergo nûc dicere exordiat? cum Pla-  
to cælesti facundia præditus, *æquiparabilia* Diis im-  
mortalibus differens, frequentissimè prædicet, hunc  
solum maiestatis *inædibilis* quadam *nimietate* *ineffa-  
bili*, nò posse penuria sermonis humani quavis ora-  
tione vel modicè comprehendi, *vix à sapientibus* vi-  
ris, cum se vigore animi quantum licuit à corpore  
*mouerunt* intellectum huius *Dei*: id quoq; interdum  
velut in *artissimis* tenebris, *rapidissimo* coruscamine  
lumen candidum intermicare. Missum igitur hunc  
locum faciam, in quo non *mihi* quidem tantum, sed  
ne Platoni quidem meo *quiserunt* vlla verba pro  
amplitudine rei suppetere. Quid igitur faciam in  
rebus

rebus mediocritatem meam, & quidem longè superantibus: *receptum* canam, tandemque orationem de cælo in terram deuocabo, in qua præcipuè animal homines sumus. quamquam plerique se, incuria *bella disciplina*, ita omnibus erroribus deprauant, ac piacularibus sceleribus *incubuerunt*, & propè exesa mansuetudine generis sui immanè efferarunt; vt possit videri nullum animal in terris homine potestius. Sed nunc non de errorum disputatione, sed de Naturæ distributione disseramus.

Igitur homines ratione *plaudētes*, oratione pollētes, immortalibus animis, moribundis mēbris, leuibus & anxiiis mentibus, brutis & obnoxiiis corporibus, dissimillimis moribus, similibus erroribus, peruicaci audacia, pertinaci spe, casto labore, Fortuna caduca, *singillatim* mortales, *cuncti* tamen vniuerso genere perpetui, vicissim sufficiēda prole mutabiles, volucris tempore, tarda sapiētia, cita morte, querula vita terras incolunt. Habetis interim bina animalia: Deos ab hominibus plurimū differentes, loci sublimitate, vitæ perpetuitate, naturæ perfectione, nullo inter se propinquo communicatuscū & habitacula summa ab infimis tanta *intercapedo* fastigij *dispercat*, & viuacitas illic æterna & indefecta sit, hic caduca & subsiciua: & ingenia illa ad beatitudinem sublimata sint, hæc ad miseras infirmata. Quid igitur nullo ne *connexu* Natura se *vinxit*, sed in diuinam & humanam partē seiugatam esse & interruptam & veluti debilem passa est? Nam, vt idem Plato ait, Nullus Deus miscetur hominibus, sed hoc præcipuum eorū sublimitatis specimen est, quod nulla *adrectatione* nostra *contaminantur*. Pars eorū *tantummodo* obtutu hebeti visuntur, vt Sidera: de quorū adhuc & magnitudine & coloribus homines ambigunt: *ceteri autem solo intellectu*, neque prompto noscuntur. Quod quidē mirari super *dis* immortalibus nequaquam *congruerit*; cum alioquin & inter homines qui Fortunæ munere opulentia elatus, & vsque ad regni mutabilem suggestum & pendulum

pendulum tribunal euectus est, raro aditus, & longe remotis arbitris in quibusdam dignitatis suae penetralibus degens. Parit enim conuersatio contemptu, raritas conciliat ipsa rebus admittationem. Quid igitur, orator obiecerit aliquis *post istam caelestem quidem sed paene inhumanam tuam sententiam patefaciam?* si omnino homines à Diis immortalibus procul repelluntur, atque ita in hac terrae tartara relegantur, ut omnis sit illis aduersus caelestes Deos communio denegata; nec quisquam eos è caelorum numero velut pastor vel equisitis vel bosequa, *ecu balantium* vel hinnientium vel mugientium greges interuisat, qui ferocibus moderetur, morbidis medeatur, egenis opiculetur: *nullus iniquis Deus humanis rebus interuenit.* Cui igitur preces allegabo? cui *uotum* nuncupabo? cui victimam caedam? quem miseris auxiliatorem, quem bonis fautorem, quem aduersatorem malis *in omni* vita ciebo? quem denique, quod frequentissimum est, *[iurjurando arbitrum adhibebo? an ut Virgilianus Ascensus, Per caput hoc iuro per quod pater ante solebat? At enim, o sula, pater tuus hoc iurjurando uti poterat]* inter Troianos stirpe cognatos, & fortasse an inter Graecos praelio cognitos. At inter *Rutilos* recens cognitos, si nemo huic capiti crediderit, quis pro te Deus fidem dicet? An, *ut ferocissimo Mezentio, [dextra & telum, quippe hac sola aduenerat quibus propugnabat,*

*Dextra mihi Deus] & telum quod misit e libro?*

Apagelis tam cruentos Deos: dexteram caedibus feisam, telumque sanguine rubiginosum. utrumque idoneum non est, propter quod adiures, *neue per ista iuretur*, cum sit summi Deorum hic honor proprius. Nam & iurjurandum *[Iouis iurandum]* dicitur, ut ait Ennius. Quid igitur *[sensis?]* *Iurato* per Ionem lapidem, Romano vetustissimo ritu? Atqui, si Platonis vera sententia est, numquam se Deum cum homine communicare; facilius me auerit lapis quam Iupiter, non *[usque adeo.]* Respondebit enim Plato *[pro] sententia sua*, mea voce: *Non usque adeo sciunctos &*  
*alic-*



alienatos à nobis Deos prædico, vt *be* vota quidem  
*nostra* ad illos] arbitrer peruenire. Neq; enim illos fa-  
 ciis rerū humanarū, sed contrectatione sola remo-  
 ui. Cæterū sunt quædam diuinæ mediæ potesta-  
 tes, inter summum æthera & infimas terras, in isto  
 intersitæ aëris spatio, per quas & desideria nostra  
 & merita ad Deos commeant. hos Græco nomine  
 δ'ἀστυρας nuncupant: inter terricolas calicolasq; ve-  
 ctōres, hinc precum, inde donorū. qui vltro citroq;  
 portant, hinc petitiones, inde suppetias: ceu quidā  
 vtriusque interpretes & salutigeri. Per hos eosdem,  
 vt Plato in Symposio autumat, cuncta denūtiata,  
 & Magorū varia miracula, omnes q; præsigiorum  
 species reguntur. Eorum quippe de numero præditi  
 curant *singula* eorū, *proinde* vt est cuiq; tributa pro-  
 uincia: vel somniis confirmandis, vel extis fuscu-  
 landis, vel præpetibus gubernandis, vel osiñibus  
 erudiendis, vel vatibus inspirandis, vel fulminibus  
 iaculandis, vel nubibus eoruscandis, ceterisq; adeo  
 per quæ futura dinoscimus. Quæ cuncta cælestium  
 volūtate & numine & auctoritate, sed Dæmonum  
 obsequio & operas] & ministerio fieri arbitrādum est. Ho-  
 rum enim munus & opera] atq; cura est, vt Annibali som-  
 nia orbitatem oculi comminarentur, Flaminio ext] spi-  
 cia periculum cladis prædicent; Attio Nauio auguria  
 miraculum cotis addicant. ita vt nonnulli regni futuri  
 signa præcurrant. vt Tarquinius Priscus aquila ob-  
 umbretur ab apice; Seruius Tullius flamma collu-  
 minetur à capite. postremò cuncta ariolūm præsu-  
 gia, tonitorum piacula, fulguratorum bidentalìa, carmi-  
 na Sibyllarū. quæ omnia, vt dixi, mediæ quæpiam  
 potestates inter homines ac Deos obeunt. Neque  
 enim pro maiestate Deūm cælestium fuerit, vt eo-  
 rum quisquam vel Annibali somnium pingat, vel  
 Flaminio hostiā corroget, vel Accio Nauio nauē veli-  
 fiet, vel Sibyllę fatiloquia versificet: vel Tarquinio  
 velit apicē] *vapeſe* sed] reddere: Seruio verò inflāmare  
 verticem, nec exurere. Nō est operæ diis superis ad  
 hæc descendere. Mediorū diuorū ista sortitio est. qui

in *aëris* plagis terræ conterminis, nec minus confinibus cælo, perinde versantur, vt in quacunque parte naturæ *propria animalia*, in æthere *volantia*, in terra *gradientia*. Nam cum quatuor sint elementa notissima, veluti quadrifariam natura magnis partibus *disternata sint quadã*, sintque propria animalia terrarum & flaminarum; *siquidem Aristoteles* auctor est, in fornacibus flagrantibus quadã propria animalia *pennis* apta volitare, totumque æuum suum in igni *diuersari*, cum eo exoriri, cumque eo extinguere: præterea cum tot vaga sidera, vt iam prius dictum est, sursum in æthere hoc est in ipso liquidissimo ignis ardore compareant; cur hoc solum *quartum* elementum Aëris, quod tanto spatio interitum est, cassum ab omnibus, desertumque à cultoribus suis Natura pateretur? quin in eo quoque aëre animalia gignerentur, vt in igne flammida, in vnda fluxa, in terra glebulenta? Nam *quidẽ qui* aues aëri attribuat, falsum *sententia* meritissimò dixeris. quippe *que aues* nulla earum ultra Olympi verticem sublimatur. qui cum excellentissimus omnium perhibeatur, tamen altitudinem perpendiculari si metiare, vt Geometræ autumant, stadia \*\* altitudo fastigii nõ æquiperat; cum sit aëris *agmen* immensum vsque ad citima Lunæ *helicemque*. porro ætheris sursum versus exordium est. Quid igitur tanta vis aëris, quæ ab *humillimis* Lunæ anfractibus, usque ab summũ Olympi verticẽ interiacet? quid *sandem*? vacabitne animalibus suis, atque erit ista Naturæ pars mortua ac debilis? Imò enim si sedulo aduertas, ipsæ quoque *aues terræstræ* animal, non aërium, rectius perhibeantur. *Est enim semper* illis victus omnis in terra. ibidem pabulum, ibidem cubile. tantum *quidã* aëra proximum terræ *volitãdo* transuerberant. Ceterum cum illis fessa sunt remigia pennarum, terra ceu portus est. Quod si manifestum flagitat ratio, debere propria etiam animalia in aëre intelligi; superest vt quæ tandẽ & cuiusmodi ea sint, disseramus. Igitur terrena nequaquam,

quam, deurgunt enim pondere: sed nec *flamma*,  
 ne sursum versus calore rapiantur. Temperanda  
 ergo nobis pro loci medietate media natura; ut ex  
 regionis ingenio sit & *cultoribus* eius ingeniū. Cedō  
 igitur mente formemus, & gignamus *animis* id ge-  
 nus *corporum* tertia quædam animalia quæ *neque tam*  
 bruta quàm terrea, neq; tam leuia quàm atherea,  
 sed quodammodo vtrimque sciugata. velut enim  
 vtrimque commixta sint, siue amolita, seu modi-  
 ficata vtriusque rei participatione. Sed facilius ex  
 vtroq; quàm ex neutro intelligētur. Habeant igitur  
 hæc Dæmonum corpora & modicum ponde-  
 ris, ne ad superna incedant: & quid leuitatis, ne ad  
 Inferna præcipitentur. Quod, ne vobis videar poë-  
 tico ritu incredibilia cōfingere, dabo primū exem-  
 plum huius libratæ medietatis. Neque enim procul  
 ab hac corporis subtilitate nubes concretas vide-  
 mus. quæ si vsque adeo leues forent, ut ea quæ om-  
 nino carent pondere, numquam infra iuga, ut sæ-  
 penumero animaduertimus, *grauata*, caput editi  
 montis ceu quibusdam curuis torquibus corona-  
 rent. Porro si suapte natura *spissa ac tam graues* fo-  
 rent, ut nulla illas *vegetioris* leuitatis admixtio sub-  
 leuaret; profecto non secus quàm plumbi globus,  
 & lapis, suapte vi caducæ terris illiderentur. Nunc  
 enim uero pendulæ & mobiles, huc atque illuc, vice  
 nauium, in aëris pelago ventis gubernantur: paulu-  
 lum immutantes proximitate & longinquitate.  
 Quippe si aliquo humore fecundæ sunt, veluti ad  
*fatum* edendum, deorsum degrassantur. Atque *ideo*  
 humectiores humiliter meant, Aquilonis agmine  
 tractu segniores: sudis verò sublimior cursus, &  
 tum lanarum velleribus similes aguntur, *cans* agmi-  
 ne, volatu perniciose. Nonne audis quid super *toni-*  
*tru* Lucretius facundissimè disserat;

*Principio tonitru quatiuntur cæcula cæli,  
 Propterea quia concurrunt sublime volantes  
 Aetherea nubes, contra pugnantes ventis.  
 Nec sit enim sonitus cæli de parte serenas;*

*Verum, ubicunque magis denso sunt agmine nubes,  
Tant magis hinc magno fremitus sit murmure saepe.*

Quod si nubes sublimè volitant, quibus omnis & exortus & terminus & retro defluxus in terras est; quid tandem censet Dæmonum corpora, quæ sunt concreta multo minus, & tanto subtiliora? Non enim sunt ex hac sæculenta nubecula, tumida caliginè conglobata, sicuti nubium genus est; sed ex illo purissimo aëris liquido & sereno elemèto coalita; eoque nulli hominum temerè visibilia: nisi diuinitus speciem sui offerant, quòd nulla in illis terrena soliditas locum luminis occuparet, qui nostris oculis possit obistere, qua soliditate necessario offensa acies immoretur; sed fila corporum possident rara & splendida & tenuia, vsq; adeò vt radios omnis nostri rigoris & raritate transmittant, & splendore reuerberent, & subtilitate frustrentur. Hinc illa *Minerua Homerica*, quæ medijs cæcibus Græcum cohibendò Achilli interuenit, versum Græcum *illam si paulisper operiamini*, Latinè enuntiabo. atque adeò hic sit impresentiarum. *Minerua* igitur, vt dixi, *Achilli moderando*, iussu *Iunonis* aduenit,

*Soli perspicua est, aliorum nemo tuetur.*

Hinc & illa *Vergiliana Iuturna*, quæ medijs milibus auxiliabunda fratri conuersatur, *Miserique viris, nec cernitur ulli.* prorsus quod *Plautinus* miles super clypeo suo gloriatur, *Præstringens oculorum aciem hostibus.* Ac ne ceteros longius persequar, ex hoc ferme Dæmonum numero poëtæ solent, haudquaquam procul à veritate, osiores & amatores quorundam hominum deos fingere: hos prosperare & euehere; illos contra auersari & affigere. Igitur & misereri, & indignari, & angi, & latari, omnemque humani animi faciem pati: ac simili motu cordis & salo mētis ad omneis cogitationū æstus fluctuare. Quæ omnes turbule tempestatésque procul à Deorum cælestiū tranquillitate exulant. Cuncti enim cælités, semper eodem statu mētis, æterna æquabilitate potiuntur. quæ numquam illis nec ad dolorem  
nec

nec ad voluptatem finibus suis pellitur. nec quocumque à sua perpetua secta ad quempiam subitum habitum dimouetur, nec alterius vi; nam nihil est Deo potentius: *nec sua sponte; nam nihil est Deo perfectius.* Porro autem qui potest videri perfectus fuisse, qui à priore statu ad alium rectiorem statim migratit? cum præsertim nemo capessat noua, nisi quem pœnituit priorum. Non enim potest subsequi illa *mutata ratio*, sine præcedentium infirmatione. Quapropter debet Deus nullam perpeti vel operis, vel amoris temporalem perfunctionem; & iccirco nec indignatione, nec misericordia cōtingi, nullo angore contrahi, nulla alacritate gestire; sed ab omnibus *animi passionibus* liber, nec dolere vumquam, nec aliquando lætari, nec aliquid repentinum velle vel nolle. Sed & hæc cuncta, & id genus cetera Dæmonum mediocritati ritè congruunt. Sunt enim inter nos ac Deos, vt loco regionis, ita ingenio métis interstiti: habentes communem cum Superis immortalitatem, cum inferis passionem. Nam, perinde vt nos, pati possunt omnia *animarum* placamenta vel incitamenta: & ira incitantur, & misericordia stectuntur, & donis inuitantur, & precibus leniuntur, & contumelijs exasperantur, & honoribus mulcentur, alijsq; omnibus, ad similem nobis modum, variant. Quippe, vt sine comprehendam, Dæmones sunt genere animalia, ingenio rationabilia, animo passiuæ, corpore aëria, tempore æterna. Ex his quinque quæ commemorauī, tria à principio eadem nobiscum, quartum proprium, postremū comunē cum Diis immortalibus habēt. sed differunt ab his passione. Quæ propterea passiuæ non absurdè, vt arbitror, nominaui, quòd sint iisdem quibus nos perturbationibus *mentis* obnoxij. Vnde & religionum diuersis obseruationibus, & factorū varijs supplicijs fides impertiēda est. Etsi nōnulli sunt ex hoc diuorū numero, qui nocturnis vel diurnis, promptis vel occultis, lætioribus vel tristioribus hostijs, vel ceremonijs vel ritibus gaudeant: vti Ægyptia numina fermè plangot-

plangoribus, Græca plerumq; choreis, Barbara autem strepitu cymbalistarum & tympanistarum & choraularum. Itidem pro regionibus & cetera in sacris differunt, *longa varietate pomparû, agmina, myseriorum silentia, sacerdotum officia, sacrificantium obsequia: item Deorû effigia & exuvia, templorû [religiones &] regiones, hostiarû cruores & colores. Quæ omnia pro cuiusq; more loci solemnia & rata sunt, vt plerumq; in somniis & vaticinationibus & oraculis comperimus sæpenumero indignata numina, si quid in sacris socordia vel superbia negligatur, cuius generis mihi exempla affatim suppetunt. sed adeò frequentata & celebrata sunt, vt nemo ea commemorare adortus sit, quin multo plura omiserit quàm recensuerit. Itcirco *superfedebo impræsentiæ huius rebus orationem occupare. Quod si non apud omnes certam fidem, at certè penes euictos notitiam promiscuam possident, Id potius præstiterit Latine dissertare: varias species demonû a Philosophis perhiberi, quo liquidius & plenius de prælagio Socratis, deq; eius [amico] numine cognoscatis. Nam quodâ significatu & animus humanus, etiam nunc in corpore situs, Daemon nuncupatur.**

— *D. in hunc ardorem mentibus addunt*

*Euryale? an sua cuique deus sit diua Cupido?*

Igitur & bona Cupido animi, bonus Deus est. Vnde nonnulli arbitrantur, vt iam prius dictum est, *evdæmonas* dici beatos, quorû demon bonus, id est, animus virtute perfectus est. quem nostra lingua, vt ego interpretor, haud sciam an bono, certè quidem meo periculo, poteris Genium vocare: *quod si Deus, qui est animus sui cuique, quamquam sit immortalis, tamen quodammodo cum homine gignitur: vt ea preces, quibus Genium precamur ad coniunctionem nostram. Nec desunt qui videantur mihi obtestari, corpus atque animum duobus nominibus comprehendentes, quorum communio & copulatio sumus. Est & secundo significatu species Demonum animus humanus erroribus stipendiis vitæ corpore suo*

suo *abjurans*. hunc vetere Latina lingua reperio *Lemurem* dictitatum. Ex hisce ergo Lemuribus, qui *posterorum* suorum cutam sortitus, *placato* & quieto numine domum possidet, Lar dicitur familiaris, qui verò *ob* aduersa vitæ merita, nullis bonis sedibus *incerta* vagatione ceu quodam exilio punitur, inane terriculamentū bonis hominibus, ceterum noxiam malis, *id genus* pleriq; *Larua* perhibet. Cū verò incertum est quæ *cuique* sortitio euenerit, vitrum Lar sit an Larua; nomine *Manem* deum nuncupant, *scilicet* & honoris gratia Dei vocabulum additum est. Quippe *tantum* eos Deos appellat, qui ex *eodem* numero iuste ac prudenter vitæ cutriculo gubernato, pro numine postea ab hominibus præditi, fanis & cerimoniis vulgò *aduertuntur*: vt in Bæotia Amphiarus, in Africa Mopsus, in Ægypto Osiris, *aliis* alibi gentiū, Æsculapius vbique. Verum hæc omnis distributio eorū Dæmonum fuit qui quondam in *corpore humano* fuere. Sunt autem non *posterioro* numero, *præstantiori* longè dignitate, *Superius* aliud *augustiusque* genus Dæmonum, qui semper à corporis compedibus & nexibus liberi, *certis* potestatibus *curantur*. Quorum è numero Somnus atq; Amor, diuersam inter se vim possident: Amor vigilandi, Somnus soporandi. Ex hac ergo *sublimiori* Dæmonum copia Plato autumat singulis hominibus in vita agenda testes & custodes singulos additos, qui nemini conspicui, semper adsint, *arbitri* omnium non modo *actorum*, *verumetiam* cogitatorum. At vbi vita edita remeandum est: eundem illum qui nobis præditus fuit, *rapere* & trahere veluti custodiam suam ad iudicium, atque illic in causa dicenda assistere: si qua commentatur, redarguere: si qua vera dicat, asseuerare, prorsus illius testimonio ferri sententiã. Proinde vos *omnes* qui hæc Platonis diuinam sententiam me interprete auscultatis, ita animos vestros ad quæcunque vel agenda vel meditanda formate, vt sciatis nihil *hominis* præ istis custodibus nec intra animum nec foris esse secreti, *quin* omnia curiose

curiosè ille participet, omnia visat, omnino intelligat, in ipsis penitissimis mentibus vice conscientiae diuersetur. Hic, què dico, prorsus custos, singularis prefectus, domesticus speculator, [*proprius curator, intimus cognitor, assiduus obseruator,*] indiuiduus arbiter, inseperabilis testis, malonũ improbator, bonorum probator, si ritè animaduertatur, sedulo cognoscatur, religiosè colatur, ita vt à Socrate iustitia & innocentia cultus est: in rebus incertis *prospector*, dubijs præmonitor, peticulosus tutator, egenis opitulatur. qui tibi queat tum *in somniũ*, tum *in signũ*, tum etiam fortasse corã, cum vsus postulat, mala auertere, bona prosperare, humilia sublimare, nutantia fulcire, obscura clarare, [*secunda regere,*] aduersa corrigere. Non igitur mirum si Socrates, vir apprimè perfectus, & Apollinis quoque testimonio sapiens; hunc Deum suum cognouit & coluit, ac propterea eius custos, & *prope*, vt ita dicam, par contubernio; [*familiaris, cuncta quæ arceda sunt aruit, quæ cauenda præcauit;*] & præmonenda præmonuit: sicubi tamè interfectis Sapientiæ officijs, non consilio, sed præfugio indigebat; vt vbi dubitatione claudicaret, diuinatione cõsisteret. Multa sunt enim, [*multa*] de quibus etiã sapietes viri ad atiolos & oracula cursitèt. An non apud Homerũ vt quodam ingenti speculo clarius cernis hæc duo distributa, seorsum Diuinationis, seorsum Sapientiæ officia. Nam cum duo columina totius exercitus dissident, Agamemnõ regno polles, & Achilles bello potès, desideraturq; vir facundia laudatus, & peritia memoratus, qui Atridæ superbiã, sed & Pelidæ ferociam compefcatur, [*atque eos auctoritate aduertat*] exemplis moneatur, oratione permulceatur; quis igitur tali in tempore est ad dicendum exhortatus? Nempe Pylus orator, eloquio comis, experimētis cautus, senectã venerabilis, cui omnes sciebant corpus annis hebere, animum prudentia vigere, verba dulcedine affluere. Itidem cum rebus creperis & adflētis spectatores diligēdi sunt, qui nocte intempesta castra hostium penetrant, nõnne

Ulysses



Vlyſſes cū Diomede *diriguntur?* veluti conſilium & auxiliū, mens & manus, animus & gladius? Enimvero in Aulide *deſidibus &* obſeſſis, ac *tadio* abnuentibus, difficultas belli, & facultas itineris, & tranquillitas maris, & clemētia ventorū, per fibrarum notas, & alitum vias, & ſerpentum eſcas *explorate*, *Tacent nempe mutuo* duo illa ſapientiæ *Graia* ſumma cacumina, Ithaceniſis & Pylius: Calchas autem longē præſtabilis *ariolari*, ſimul alites & altaria & *arborum cōtemplatus eſt illū*, ſua diuinatione & tempeſtates flexit, & claſſem deduxit, & decennium prædixit. Non ſecus etiā in Troiano exercitu cū diuinatione res indigent: tacet ille ſapiens ſenatus, nec audet aliquid pronuntiare vel *Hector*, vel *Lampo*, vel *Clytias*: ſed omnes ſilētio auſcultant aut ingrata auguria *Heleni*, aut *incredita* vaticinia Caſſandrę. Ad eundem modum Socrates quoque, ſieubi locorum alienæ ſapientiæ [*officijs*] conſultatio ingruerat, ibi ſui dæmonis præſagio regebatur. verū eius monitis ſedulō obediebat, eoque erat *deo ſuo* longē acceptior. *Quod autē* incepta Socrati [*quæpiā*] Dæmon ille fermē prohibitum ibat, numquā *adhortatū* quodammodo ratio prædicta eſt. Enimvero Socrates, utpote vir apprimē perfectus ex ſeſe, & ad omnia cōgruentia ſibi officia promptus, nullo adhortatore vñquam indigebat: at verō prohibitore nonnunquā: ſi quibus fortē conatibus eius periculū ſubeſſet, ut monitus *præcaueret*, *omitteret* cœpta, *impræſentiarūque* tutius vel *potius* capeſſeret, vel alia via adotiretur. In huiuſcemodi rebus, ut *Plato dicit*, vocem quāpiam diuinitus exortam dicebat *ſe* audire. ita enim eſt apud Platonē. ne quiſquam arbitretur omnia cum vulgō loquentium captāſſe. Quippe etiā ſemotis arbitris, *uno* cū Phædro extra pomerium, ſub quodā arboris opaco vñbraculo, ſignum illud *ac vñtium* ſenſit, ne prius tranſcenderet illius amnis modicum fluentum, quā *inrepiſtum* inclinatum amore retinendum placāſſet: cū præterea ſi omnia obſeruitaret, aliquando eorum nonnulla

nulla etiam *hortamenta* haberet; & videmus plerisque  
 [ *vsuente*, qui nimia omnium *superstitione* ] non suo pte  
 corde sed alterius verbo reguntur: ac per *angiporta*  
 reptantes, consilia ex alienis vocibus colligunt, &  
 vt ita dixerim, nō animo sed auribus cogitant. Ve-  
 rū enim uerō vt ista sunt, certē hui omniū ario-  
 lorum vocem audiunt, sapenūmero auribus suis  
*vsierpant vocem*, de qua nihil *cūclentur*: quam sciunt  
 ex ore humano profectam. At enim Socrates non  
 vocem sibi, sed vocem, *quampiam*, dixit *oblatam*. quo  
 additamento profectō intelligas, non vsitatam vo-  
 cem, nec humanam significari, *quæ* si foret, frustra,  
*quampiam*, *quin* potius aut vox, aut certē cuiuspiam  
 vox diceretur; vt ait illa Terentiana meretrix:

*Audire vocem visa sum modò militis.*

Qui verò vocem dicit se *quampiam* audiuisse: aut  
 nescit vnde ea orta sit, aut in ipsa aliquid addubi-  
 tat, aut eam quiddā insolitum [ & *arcanum* ] demon-  
 strat habuisse. Ita & Socrates eam quidē sibi, ac di-  
 uinitus editam tempestiuē aiebat. Quod equidem  
 arbitror non modò auribus verū etiam oculis si-  
 gnum Dæmonis sui vsurpasse. Nam frequētius non  
 vocem, sed signum diuinam sibi oblatum præ se  
 ferebat. Id signū potest & ipsius [ *dæmonis species fuisse*, ]  
 quam solus Socrates cerneret, ita vt Homericus  
 Achilles Mineruam. Credo plerosque vestrum hoc  
 quod modò dixi *cūclantius* credere, & impediō mi-  
 rari formam Dæmonis Socrati visitatam. At enim  
 Pythagoricos mirari oppidò solitos, si quis se *nega-  
 ret* vniquam vidisse Dæmonem, *satis*, vt reor, ido-  
 neus auctōr est Aristoteles. Quod si cuius potest  
 euenire facultas contemplandi diuinam effigiem:  
 cui non apprimē potuerit Socrati *obtingere*, quem  
 cuius amplissimo numini Sapientiæ dignitas *co-  
 equaretur*? Nihil enim est Deo similis & gratius,  
 quam vir animo perfectē bonus: qui hominibus *ce-  
 teris* antecellit, quam ipse à diis immortalibus di-  
 stat. Quin potius nos quoque Socratis exemplo  
 & commemoratione erigimur? ac nos studio  
 Philo-

Philosophiæ pari, similitum numinum *cauentes permittimus*, de quo quidem nescio qua ratione *dirapimur*. Et nihil æquè miror quàm cum omnes & cupiant optime viuere, & sciant non *alia* re quàm *animo viuui*, nec fieri posse quin *si* optimè viuas, animus colendus sit; *tamen animum* suum non colant. At si quis velit acriter cernere; oculi curandi sunt quibus cernitur: si velis perniciousiter currere; pedes curandi sunt quibus curritur: itidem si pugillare validè velis, brachia vegetanda sunt quibus pugillatur. Similiter in omnibus *ceteris membris*, sua cuique cura pro studio est. Quod cum omnes facillè perspiciant; nequeo satis mecum reputare, & *proinde* ut res est admirari, cur non etiam animum suum ratione excolant. Quæ quidem ratio viuendi omnibus æquè necessaria est, non ratio pingendi, nec ratio pfallendi; quas quiuis bonus *uir* sine vlla animi vituperatione, sine turpitudine, sine labe contempserit. Nescio ut Ismenias tibiis caneres; sed non pudet me tibicinem non esse: nescio ut Apelles [*coloribus*] pingere, ut Lysippus fingere; sed non pudet me non esse significem. & idem *in ceteris* artibus ne omnes prosequar, licet tibi nescire, nec *pudeat*. Enimuero die sodes, nescio bene viuere ut Socrates, ut Plato, ut Pythagoras vixerunt; nec pudet me nescire bene viuere. numquam hoc dicere audebis. Sed *in primis* mirandum est, quod ea quæ minimè videri volunt nescire, discere tamen negligunt, & eiusdem artis disciplinam simul & ignorantiam detrectant. Igitur *si cotidiana* eorum æra dispungas; inuenies *in* rationibus multa prodigè profusa, & in semet nihil: in sui dico Dæmonis cultum; qui cultus non aliud quàm Philosophiæ sacramentum est. Planè quidem villas opipare extruunt, & domos ditissimè exornant, & familias numerosissimè comparant; sed *in* istis omnibus, in tanta affluentia rerum, nihil est *præterquam* ipse dominus *pudendum*. nec iniuria. cumulata enim habent, quæ sedulo percolunt; ipsi autem horridi, *in-*  
ulti,

*culti, indollique* circumeunt. Igitur illas ædificiorum species, in quas patrimonia sua profuderunt, amoenissimas & extructissimas [*& ornatisimas*] deprehendas: *villas* æmulas urbium cõditas, *domus* vice templorum exornatas, familias numerosissimas & calamistratas, opiparam supellectilè, omnia affluètia, omnia *opulenta*, omnia ornata, præter ipsum dominum; qui solus, Tantalii vicè, in suis diuitiis inops, egens, pauper, non quidem *fluentem illum* fugitiuum captat, & fallacis vndæ sitim, sed veræ beatitudinis, *id est, secundæ vitæ & prudentiæ fortunatissimæ* esurit & sitit. Quippe non intelligit, *equè diuites* spectari solere, vt equos mercamur. Neque enim in emendis equis phaleras cõsideramus, & baltei polimina inspiciamus, & ornatisimæ cervicis diuitias contemplamur; si ex argento & auro & gemmis monilia variè gaze dependent; si plena artis ornamenta capiti & collo circumiacent; si frena cælarata, si ephippia fucata, cingula aurata sint; sed istis omnibus *exuuiis amotis*, equum ipsum nudum & solum corpus eius & animum *contemplamur*. vt sit ad speciem honestus, & *ad cursum* vegetus, & *ad vectutam* validus. iam primùm in corpore si sit

*Argutum caput & breuis aluus, obesaque terga.*

*Luxuriè que thorii animosum pectus honesti.*

Præterea, si duplex agitur per lumbos spina. Volo enim nõ modò perniciousè, verùm etiam permolliè peruehat. Similiter igitur & in hominibus contemplandis noli illa aliena æstimare, sed ipsum hominem penitus considera: ipsum, vt meum Socratem, pauperem specta. Aliena autem voco, quæ parentes pepererunt, & quæ Fortuna largita est. quorum nihil laudibus Socratis mei admisceo: nullam generositatem, nullam profapiam, nullos longos natalis, nullas inuidiosas diuitias. Hæc enim cuncta, vt dixi, aliena sunt. Sate *Protaomio*, gloria est, qui talis fuit, vt nepotem eius non puderet. Igitur omnia similiter aliena numeres licebit. Generosus est? parentes laudas. Diues est? non credo Fortunæ. Magis ista

gis ista dinumero. Validus est? ægritudine fatigabitur. Pernix est? abibit in senectutem. Formosus est? expecta paulisper; & non erit. At enim bonis artibus doctus & apprimè est eruditus, & quantum licet homini sapiens, & boni consultus. tandem aliquando ipsum virum laudas. Hoc enim nec à patre hereditarium est, nec casu pendulum, nec à suffragio adminiculum, nec à corpore caducum, nec ab ætate mutabile. Hęc omnia meus Socrates habuit, & ideo cetera habere contempsit. Quin ergo & tu ad studium Sapientiæ te ingeris, vel properas altam, vt nihil alienum in laudibus tuis audias: sed vt, qui te volet nobilitare, æquè laudet vt Attius Vlissem laudauit in Philoçteta suo, in eius Tragœdiæ principio:

*Incluse, parua predite patria,  
Nominè celebri, claròque potens  
Pellore. Achiuu clastibus ductor,  
Grauis Dardanijs gentibus ultor,  
Laertiade.*

Nouissimè patrem memorat. Ceterùm omnes laudes eius viri audistis. Nihil inde nec Laertes sibi, nec Anticlea, nec Acrisius vindicat. Hęc enim tota, vt vides, laudis huius propria Vlissi possessio est. Nec aliud te in eodem Vlisse Homerus docet, qui semper ei comitem voluit esse Prudentiam: quam poëtico rieu Mineruam nuncupauit. Igitur, hac eadem comitante, omnia horrenda subiit, omnia aduersa superauit. Quippe ea adiutrice Cyclopi specus introuit; sed egressus est: Solis boues vidit; sed abstinuit: ad Inferos demeauit; sed ascendit. eadem Sapiencia comite, Scyllam præternauigauit; nec abreptus est: Charybdi conspectus est; nec retentus est: Circes poculum bibit; nec mutatus est: ad Lotothagos accessit; nec remansit: Sirenes audiuit; nec accessit.

ILLVSTRI VIRO  
 AVGERIO GISLENIO  
 BVSBEQVIO  
 PETRVS COLVIVS D.

**N**E vinam, **BVSBEQVI** vir Amplissime, si illius singularis humanitatis tua qua tu in bonos eruditosq; omnes propensissimus semper, obliuisci unquam possum: utpote quam & coram non semel duntaxat admiratus sum, & reapse, nullo merito meo fateor, aliquando etiam expertus. Quare sapius animus mihi fuit testanda voluntatis, qua debitum meū fieri vellem non soluere; nouare potius nomen quam expungere. Et iam quidem cum in **L. APVLEIO** emendanda illustrandaq; aliquantulum subiectis horis laborassem, eamq; opellam reipublica nostra iuuanda lucem adspicere vellem; nemini potius alij quam tibi eam, quantulacumq; quidem est, dandam dicandam existimaui. Nam & plus ab homine quoque extraneo ignotoq; merentur illustres illa passim celebresq; virtutes tue, perq; eas res gesta in rem totius olim Christiani orbis. Quas non ego primus sim qui commemorare velim, aut possum. Dixere enim de iis iam dudum alij, quibus uberior ampliorq; dicendi copia est, & quorum in verbis auctoritas maior. Illud adhuc mirari satis nunquam potui, te, inter tot difficiles spinosasq; de rebus publicis curas, vegetam istam viridemq; senectutem tuam in amantioribus Musarum pratis libenter retere; immo etiam, rarum in tui ordinis viris hoc auro exemplum, è quibusque melioris nota scriptorum lectis herbis verbisq;, ad miscendas diluendasq; altiores austrioresq; cogitationes illas, sapidiorem quemlibet, ut ita dicam, colligere nonnunquam & exprimere succum. Intor quos Apuleius noster postremo loco locandus nequaquam videtur: scriptor gultus non vulgaris, & recondita latentisq; doctrina. Quod te omnium minime lateat, Belgica nostra clarissimum lumen, qui eum vere affimas, quia capis; & ab ineptis sciolorum obstrigilantium, quorum mihi optima quaeque, utpote qua non intelligit, suggillare poter vindicare calumniis. Quocirca litterarium hoc munusculum, primusq; inuenientis ingenij nostri fatua non ingratus tibi, spero, erit: & uel Inuidiam ipsam non timebis,

Quæ sibi **BVSBEQVI** præscripsit pagina nomen.

Vale vir ter Maximo, Idib. Sextilib. Cl. Io. LXXXVII.

L. APV-

J

L. APVLEII  
**METAMORPHOSEON**  
 SIVE  
**DE ASINO AVREO**  
 LIBER PRIMVS.



T ego tibi sermone isto Milesio varias fabulas conferam, auresque tuas beniuolas le-  
 pido susurro permulceam; modo si papyrus Ægyptiam  
 tu argutia Nilotici calami inscriptam non spreueris in-  
 spicere. Figuras fortunæque  
 hominum in alias imagines cõuersas, & in se rux-  
 sum mutuo nexu refectas, vt mireris, hic exor-  
 dior. Quis ille, paucis accipe. Hymettos Attica, &  
 Isthmos Ephyraea, & Tænaros Spartiaca, glebæ  
 felices ætænum libris felicioribus conditæ, mea  
 vetus profapia est. Ibi, inquam, in Attide primis  
 pueritiæ stipendiis merui: mox in vrbe Latia ad-  
 uena studiorum Quiritium indigenum sermonem  
 ærumnabili labore, nullo magistro præeunte ag-  
 gressus, excolui. En ecce præfamur veniam, si quid  
 exotici ac forensis sermonis rudis locutor offen-  
 dero, iam hæc quidem ipsa vocis inmutatio, de-  
 sultoria scienciæ stilo, quem accessimus, respõdet.  
 Fabulam Græcanicam incipimus, lector intende;  
 letaberis. Thessaliam, nam & illic originis mater-  
 næ nostræ fundamenta à Plutarcho illo inelyto,  
 ac mox Sexto Philosopho nepote eius prodita  
 gloriã nobis faciunt: eam Thessaliam ex negotio  
 petebam. Postquam ardua montium, & lubrica  
 vallium, & roscida cespitû, & glebosa camporum  
 emerfi; me equo indigena per albo vehens, iam eo  
 quoque admodû fesso, vt ipse etiam fatigationem  
 A seden-

sedentariam incessus vegetatione discuterem, in  
 pedes desilio. equi sudorem frōte curiose extrico,  
 aures remulceo, frenos detraho, in gradum lenem  
 sensim proneho: quoad lassitudinis incommodum  
 alui solitum ac naturale præsidium eliquaret. Ac,  
 cum is ientaculum ambulatorium, prata que præ-  
 terit, ore in latus detorto pronus allectat, duobus  
 comitibus, qui fortè paululū processerant, tertium  
 me facio. Et dum ausculto quid sermonis agitare-  
 tur; alter exerto cachinno, Parce, inquit, in verba  
 ista hæc tam absurda, tamque immania mentien-  
 do. Isto accepto, sititor alloqui nouitatis, Immo  
 verò, inquam, impartite sermone non quidem cu-  
 riosum, sed qui velim scire vel cuncta, vel certè  
 plurima: simul iugi, quod infurgimus, asperitudi-  
 nem fabularum lepida iocūditas leuigabit. At ille  
 qui cœperat, Næ, inquit, istud mendacium tam  
 verum est, quàm si qui velit dicere, magico susur-  
 ramine amnes agiles reuerti, mare pigrum colli-  
 gari, vêtos inanimes expirare, Solem inhiberi, Lu-  
 nam despumari, stellas euelli, diem tolli, noctem  
 teneri. Tunc ego in verba fidentior, Heus tu, in-  
 quam, qui sermouem ieceras priorem, ne pigeat  
 te, vel tædeat reliqua pertexere. Et ad alium: Tu  
 verò crassis auribus, & obstinato corde respuis  
 quæ forsitan verè perhibeantur. Minus herculè cal-  
 les prauissimis opinionibus ea putari mendacia,  
 quæ vel auditu noua, vel visu rudia, vel certè supra  
 captum cogitationis ardua videantur. quæ si pau-  
 lo accuratius exploraris, nō modò compertū eui-  
 dentia, verum etiam factū facilia senties. Ego de-  
 nique vesperna, dū polentæ caseatæ offulam gran-  
 diorem in conuiuas æmulos contruncare gestio,  
 mollitiæ cibi glutinosi faucibus inhaerentis, & ima-  
 gula spiritus detinentis, minimò minus interij. Et  
 tamen Athenis proximo, & ante Pœcilen porticū  
 isto gemino obtutu circulatorum aspexi eque-  
 stem spatham præacutam mucrone infesto deuor-  
 rasse; ac mox eundem inuitamento exiguæ stipis  
 vena-



venatoriam lanceam, qua parte minatur exitium, in ima viscera cōdidisse. Et ecce ponè lanceæ ferum, quâ bacillum inuersi teli ad occipitium per inguinem subit, puer in mollitiem decorus insurgit: inque flexibus tortuosis eneruam & exossam saltationem explicat, cum omnium qui aderamus admiratione. Diceres Dei medici baculo, quod ramulis semiampulatis nodosum gerit, serpentem generosum lubricis amplexibus inhaerere. Sed iam cedo tu, sodes, qui cœperas, fabulam remetire. Ego tibi solus hîc pro isto credâ, & quod ingressu primum fuerit stabulum, prædjo participabo. Hîc tibi merces posita est. At ille: Istud quidem quod polliceris, æqui bonique facio. verum, quod inchoaueram, porrò exordiar. Sed tibi prius deierabo Solem istum videntē Deum, me vera comperta memorare. nec vos vltcrius dubitabitis, si Thessaliam proximam ciuitatem perueneritis: quod ibidem passim per ora populi sermo iacteretur, quæ palam gesta sunt. Sed vt prius noritis qui sim, & cuiatis, & quo quæstu teneam, audite. Ægiensis quidem sum Ætneo melle, vel caseo, & huiuscemodi cautionarū mercibus per Thessaliam, Ætoliam, Bœotiam vltro citro discurrens. Comperto itaque, Hyparæ, quæ ciuitas cuncta Thessaliæ antepollet, esse cascum recentem, & sciti saporis admodum commodo pretio distrahi, festinus adcurri, id omne præstinaturus. Sed, vt fieri assolet, sinistro pede profectum me spes compendij frustrata est. Omne enim pridie Lupus negotiator magnarius cœmerat. Ergo igitur inefficaci celeritate fatigatus, commodum vespera oriente ad balneas processeram. Ecce Socratem contubernalem meum conspicio, humi sedebat scissili palliastro semiamicus, panē alius, lurore ac misera macie deformatus: qualia solent Fortunæ detertima stipēs in triuiis erogare. Hunc talem, quamquam necessarium & summè agnitum, tamē dubia mente propius accessi. Hem, inquam, mi Socrates, quid istud? quæ facies? quod

flagitium? At verò domi tuæ iam defletus & con-  
 clamatus es. Liberis tuis tutores iuridici prouin-  
 cialis decreto dati. vxor præsolutis feralibus ofên-  
 ciis luctu & marore diutino deformata diffletis  
 panè ad extremam captiuitatem oculis suis, do-  
 mus infortunium nouarum nuptiarum gaudiis à  
 suis sibi parentibus hilarare compellitur. At tu hic  
 laruale simulacrum cum summo dedecore nostro  
 viferis. Aristomene, inquit, næ tu Fortunarum lu-  
 bricas ambages, & instabiles incursiones, & reci-  
 procas vicissitudines ignoras! Et cum dicto futili  
 centunculo faciem suam, iamdudum punicantem  
 præ pudore, obtexit; ita vt ab vmbilico pubetenus  
 cetera enudaret. Nec denique perpeffus ego tam  
 miserum ærumnæ spectaculum, iniecta manu vt  
 adsurgat enitor. At ille, vt erat capite velato, Sine  
 sine, inquit, fruatur diutius tropæo Fortuna, quod  
 fixit ipsa. Effeci sequatur: & simul vnani è duabus  
 laciniis meis exuo, eumque properè, vestio dicam,  
 an contego? & illico lauacro trado. quod vnctui,  
 quod tetsui opus, ipse præministrò: sordium enor-  
 mem eluuiem effrico. Probè curatù ad hospitium,  
 lassus ipse, fatigatum ægerrimè sustinens perduco.  
 lectulo refoueo, cibo satio, poculo mitigo, fabulis  
 permulceo. Iam ad lubentia procliuius est sermo-  
 nis & ioci, & scitum est cauillum: iam dicacitas  
 rinnula; cum ille imò de pectore cruciabilem su-  
 spiritum ducens, dextra sæuiente frontem replau-  
 dens, Me miserum, inquit: qui, dum voluptatem  
 gladiatorij spectaculi satis famigerabilis cōsector,  
 in has ærumnas incidi. Nam, vt scis optimè, secun-  
 dum quæstum Macedoniam profectus, dum men-  
 se decimo ibidem attentus nummator reuertor  
 modico prius quàm Larissam accederem, per tran-  
 situm spectaculū obiturus, in quadam auia & la-  
 cunosa conualli à vastissimis latronibus obsessus,  
 atque omnibus priuatus tandem euado: &, vt pote  
 vltimè affectus, ad quamdam cauponam Meroen-  
 zaurum, sed admodù scitulā, deuorto. ei que causas  
 & pere-

& peregrinationis diuturnæ, & domitionis anx-  
 iæ, & spoliationis diurnæ dum miserè refero; me  
 satis quàm humanè tractare adorta cæna grata  
 atque gratuita, ac mox vrigine percita, cubili suo  
 applicat. Et statim miser, vt cum illa acquieui,  
 ab vnico congressu annosam ac pestilentem con-  
 traho. & ipsas etiam lacinias, quas boni latro-  
 nes contegendo mihi cōcesserant, in eam contuli:  
 operulas etiam, quas adhuc vegetus sagariam fa-  
 ciens merebam; quò me ad istam faciem, quã pau-  
 lo antè vidisti, bona vxor & mala Fortuna perdu-  
 xit. Pol quidem tu dignus, inquam, es extrema su-  
 stinere, si quid est tamen nouissimo extremius, qui  
 voluptatem Veneream, & scortum scorteum Lari  
 & liberis prætulisti. At ille digitum à pollice pro-  
 ximum ori suo admouens, & in stuporem attoni-  
 tus, Face tace, inquit, & circumspiciens tutamen-  
 ta sermonis, Parce, inquit, in feminam diuinam,  
 ne quam tibi lingua intemperante noxam contra-  
 has. Ain tandem? inquam: potens illa & regina  
 caupona quid mulieris est? Saga, inquit, & diuini-  
 potens cælum deponere, terram suspèdere, fontes  
 durare, montes diluere, Manes sublimare, Deos  
 infimare, sidera extinguere, Tartarum ipsum illu-  
 minare. Oro te, inquam, aulaum tragicum dimo-  
 ueto, & siparium scenicum complicato: & cedo  
 verbis communibus. Vis, inquit, vnū vel alterum,  
 immò plurima eius audire facta? Nam, vt se ament  
 effiētum non modò incolæ, verùm etiam Indi vel  
 Æthiopes vtrique, vel ipsi Antichthones, folia  
 sunt artis, & nugæ meræ. Sed, quod in conspectu  
 plurium perpetravit, audi. Amatorem suum, quòd  
 vi aliam temerasset, vnico verbo mutauit in fe-  
 ram castorem: quòd ea bestia captuari metuens,  
 ab insequentibus repræcissione genitalium libera-  
 tur vt illi quoque simile, quòd Venerem habuit in  
 aliam, proueniret. Cauponem quoque vicinum,  
 atque ob id æmulum, deformauit in ranam. & nūc  
 senex ille dolium innatans vini sui aduētores pri-

stinos in fece submissus officiosis ronchis raucus appellat. Alium de foro, quòd aduersus eam locutus esset, in arietem deformauit. & nunc aries ille causas agit. Eadem amatoris sui vxorem, quòd in eam dicacalè probrum dixerat, iam in sarcinam prægationis obsepto vtero, & repigrato fœtu, perpetua prægatione damnauit. Et, vt cuncti numerât, octo annorum onere misella illa, velut elephantum paritura, distēditur. **Q**uæ quum, subinde ac multi nocerētur, publicitus indignatio percrebuit; statutumque est vt in eam dicaltera seuerissimè saxorum iaculationibus vindicaretur. **Q**uod consilium virtutibus cantionum anteuortit. Et, vt illa Medea, vnius dieculæ à Creonte impetratis induciis, totam eius domum, filiamque cum ipso sene flammis coronalibus deusserat: sic hæc deuotionibus sepulcralibus in scrobem procuratis, vt mihi temulenta narrauit proximè, cunctos in suis sibi domibus tanta numinum violentia clausit; vt toto biduo non claustra perfringi, nō fores euelli, non denique parietes ipsi quiuerint perforari: quoad mutua hortatione consonè clamitarent, quàm sanctissimè deierantes, sese neque ei manus admolituros; & si qui aliud cogitarit, salutare laturos subsidium. Sic illa propitiata totam ciuitatem absoluit. At verò cæterus illius auctorem nocte intempesta, cū tota domo, id est, parietibus & ipso solo, & omni fundamento, vt erat clausa, ad centesimum lapidem in aliam ciuitatem summo vertice mōtis exasperati sitam, & ob id ad aquas sterilem transtulit. Et quoniam densa inhabitantium ædificia locum nouo hospiti nō dabant; ante portam proiecta domo discessit. Mira, inquā, nec minus Içua, mi Socrates memoras. Deniq. mihi quoque non paruā incussisti sollicitudinē, immò verò formidinē, iniecto nō scrupulo, sed lancea, ne quo numinis ministerio similiter vsa sermones istos nostros anus illa cognoscat. Itaq. maturius quieti nos reponamus; & somno leuata lassitudine noctis,

tis, antelucio aufugiamus istinc quam pote longissimè. Hæc adhuc me suadete, insolita vinolètia, ac diurna fatigatione pertentatus bonus Socrates, iam sopitus stertebat altius. Ego verò adducta fore pessulisq. firmatis, grabatulo etiam ponè cardines supposito & probe aggesto, s. per eum me recipio. Ac primùm præ metu aliquantisper vigilo, dein circa tertiam termè vigiliam paululù conuiueo. Cōmodum quieueram: & repètè impulsu maiore, quam vt latrones crederes, ianua referantur, immo verò fractis & euulsis funditus cardinibus prosternuntur. Grabatulus alioqui breviculus, & vno pede mutilus ac putris impetus tanti violentia prosternitur: me quoque euolutù & excussum humi recidès in inuersum cooperit ac regit. Tunc ego sensu naturaliter quosdã affectus in cōtrarium prouenire. Nam vt lacrymæ sæpiculè de gaudio prodeunt; ita & in illo nimio pauore risum nequiuu continere, de Aristomene testudo factus. Ac dum in infimù deiectus, obliquo aspectu quid rei sit grabatuli solertia munitus oppetior; video mulieres duas altioris ætatis. Lucernam lucidam gerebat vna, spongiam & nudù gladiù altera. Hoc habitu Socratem bene quietum circumstetere. Inht illa cum gladio: Hic est, soror Panthia, carus Endymion: hic caramitus, meus, qui diebus ac noctibus ætatulam meam illudit: hic est qui meis amoribus subterhabitis, non solum me diffamat probris, verùm fugam instruit. At ego scilicet Vlyssi astu deserta vice Calypsonis ætinã solitudinè flebo. Et porrecta dextera, meq. Panthia: suæ demonstrato, At hic, inquit, bonus consiliator Aristomenes, qui fugæ huius auctor fuit, & nunc morti proximus, iam humi prostratus grabatulo succubans iacet, & hæc omnia conspicit, impunè se relaturum meas contumelias putat. Faxo eum serò, immò statim, immò verò iam nunc, vt & præcedentis dicacitatis, & instantis curiositatis pæniteat. Hæc ego vt accepi, sudore frigido miser perfluo, tremore viscera quatior;

vt grabatulus etiam succussus & inquietus super  
 dorsum meum palpitando saltaret. At bona Pan-  
 thia, *Quin* igitur, inquit, soror, hunc primum bac-  
 chatim discerpimus, vel, membris eius destinatis,  
 virilia defecamus? Ad hæc Meroë, sic enim reapse  
 nomen eius, tunc fabulis Socratis conuenire sen-  
 tiebam: Immo, ait, supersit hic saltem, qui miselli  
 huius corpus parua contumulet humo. Et capite  
 Socratis in alterum dimoto latus, per iugulum si-  
 nistrum capulotenus gladium totum ei demergit,  
 & sanguinis eruptionem vterculo admoto exci-  
 pit diligenter; vt nulla stilla compareret vsquam.  
 Hæc ego meis oculis aspexi. Nam etiam, ne quid  
 demutaret credo à victimæ religione, immis-  
 sã dextera per vulnus illud ad viscera penitus, cor mi-  
 seræ contubernalis mei Meroë bona scrutata pro-  
 tulit: cum ille impetu teli præsecata gula, vocem,  
 immò stridorem incertum per vulnus effunderet,  
 & spiritum rebulliret. *Quod* vulnus, quàm maxi-  
 mè patebat, spongia offulciens Panthia: Heus tu,  
 inquit, spongia, caue in mari nata, per fluuium  
 trãseas. His editis, ab imo remoto grabatulo, vari-  
 cus super faciem meã residentes vesicam exonerãt;  
 quoad me vrinæ spurcissimæ madore perluerent.  
 Commodum limen euaserant: & fores ad pristi-  
 num statum integræ resurgunt; cardines ad fora-  
 mina resident; postes ad repagula redeunt; ad clau-  
 stra pessuli recurrunt. At ego, vt eram nunc etiam  
 humi proiectus, inanis, nudus, & frigidus, & lo-  
 tio perlitus, quasi reces vterò matris editus, immò  
 verò semimortuus, verum etiam ipse mihi super-  
 uiuens & postumus, vel certè destinatæ iam cruci  
 candidatus, *Quid*, inquam, me fiet, vbi iste iugu-  
 latus manè paruerit? Cui videbor verisimilia di-  
 cere, proferens vera? Proclamares saltem suppe-  
 tatum, si resistere vir tantus mulieri nequibas.  
 Sub oculis tuis homo iugulatur, & siles? Cur au-  
 tem te simile latrocinium non peremit? Cur saxa  
 cruce litas, vel propter indicium sceleris, arbitro  
 pepercit?

pepercit? Ergo quoniam euasisti mortem, nunc illo redi. Hæc idemtidem mecum replicabam: & nox ibat in diem. Optimum itaque factum visum est anteluculo furtim euadere, & viam, licet trepido veltigio, capessere. Sumo sarcinulam meam, & subdita clauis pessulos reduco. At illæ probæ & fideles ianux, quæ sua sponte deseratæ nocte fuerant, vix tandem & ægerrimè tunc clauis suæ crebra immissione patefiunt. Et, Heus tu, vbi es? inquam, valuas stabuli absolue: antelucio volo ire. Ianitor ponè stabuli ostium humi cubitâs, & iam nunc semisomnus, Quid tu, inquit, ignoras latronibus infestari vias, qui hoc noctis iter incipis? Hem, & si tu, alicuius facinoris tibi conscius scilicet, mori cupis; nos cucurbitæ caput nō habemus, vt pro te moriamur. Non lōgè, inquam, lux abest. Sed & præterea, quid viatori de summa pauperie latrones auferre possunt? An ignoras inepte, nudum nec à decem palæstritis despoliari posse? Ad hæc ille marcidus & semisopitus, in alterum latus euolutus, Vnde autem, inquit, scio, an conuectore illo tuo, cum quo serò deuerteras, iugulato, fugæ mandes præsidium? Illud horæ memini me, terra dehiscente, ima Tartara, inque his canem Cerberum profus esuriētē mei prospexisse. Ac recordabar profectō, bonam Meroen non misericordia iugulo meo pepercisse, sed sæuitia cruci me reseruasse. In cubiculum itaque reuersus, de genere tumultuario mortis mecum deliberabam. Sed cū nullum aliud telum mortiferū Fortuna, quàm solum mihi grabatulum subministraret: iam iam grabatule, inquam, animo meo carissime, qui mecum tot ærumnas exantlasti, conscius & arbiter quæ nocte gesta sunt, quem solum in meo reatu tettem innocentia citare possum: tu mihi ad Inferos festinanti subministra telum salutare. Et cum dicto restim, qua erat iutextus, aggredior expedire: ac rigillo quod fenestræ subditum altriuscus prominebat iniecta atque obdita parte funiculi, &

altera firmiter in nodum coacta, ascenso grabatulo, ad exitium sublimatus, & missio capite laqueum induo. Sed dum pede altero fulcimentum, quo sustinebar, repello, ut ponderis deductu restis ad gulam adstricta spiritus officia discluderet; repente putris alioquin & vetus funis dirumpitur. Atque ego de alto decidens, Socratem, nam iuxta me iacebat, superruo, cumque eo in terram deuoluor. Et ecce in ipso momento ianitor introrumpit, exerte clamitans: Vbi es tu, qui alta nocte immodicè festinabas, & nunc stertis inuolutus? Ad hæc, nescio an casu nostro, an illius absono clamore experrectus Socrates, exurgit prior: &, Næ, inquit, meritò stabularios hos omnes hospites detestantur. Nam iste curiosus dum importunè irrumpt, credo studio rapiendi aliquid, clamore vasto, marcidum alioqui, me altissimo somno excussit. Emergo lætus atque alacer, insperato gaudio perfusus: &, Ecce, inquam, ianitor fidelissime, comes & pater meus, & frater meus, quem nocte ebrius occisum à me calumniabaris. Et cum dicto Socratem deosculabar amplexus. At ille, olore alioqui spurcissimi humoris percussus quo me Lamia illæ infecerant, vehementer asperratur. Apagete, inquit, fœtorem extremæ latrinæ. Et causas cœpit huius oloris comiter inquirere. At ego miser, adfecto ex tempore absurdo ioco, in alium sermonem intentionem eius denuò diriuo: & iniecta dextera, Quin imus, inquam, & itineris maturini gratiam capimus? Sumo sarcinulam: & pretio mansionis stabulario persoluto, capeffimus viam. Aliquantulum processeramus: & iam iubaris exortu cuncta collustrantur; & ego curiose sedulo arbitrabar iugulum comitis, qua parte gladium delapsum videram, & mecum, Vesane, aio, quin poculis & vino sepultus extrema somniaffi. Ecce Socrates integer, sanus, incolumis. Vbi vulnus? spongia vbi? postremò cicatrix tam alta, tam recens? Et ad illum, Næ meritò, inquam, medici

fidi



fidi cibo & crapula distentos saeva & grauiasomniare autumnant. Mihi denique, quod poculis uesperimini temperaui, nox acerba diras & truces imagines obtulit; ut adhuc me credam cruore esse humano aspersum, atque impiatum. Ad haec ille subridens, At tu, inquit, non sanguine sed lotio perfusus es. Verumtamen & ipse per somnium iugulari visus sum mihi. Nam & iugulum istum delui, & cor ipsum mihi auelli putauit; & nunc etiam spiritu deficior, & genua quatior, & gradu titubo, & aliquid cibatus refouendo spiritu desidero. En, inquam, paratum tibi adest ientaculum. Et cum dicto maticam meam humero exuo; caseum cum pane prope ei porrigo: & Iuxta platanum istam resideamus, aio. Quo facto, & ipse aliquid indidem sumo. Eumque auidè esitentem aspiciens aliquanto intentiore acie, atque pallore buxodolentem video. Sic denique eum vitalis color turbauerat; ut mihi praeter metu nocturnas etiam Furias illas imaginanti, frustulum panis, quod primum sumpseram, quamuis admodum modicum, mediis faucibus inhaereret, ac neque deorsum demeare neque sursum remeare posset. Nam & breuitas ipsa comitantium metum mihi cumulabat. Quis enim de duobus comitum alterum sine alterius noxa peremptum crederet? Verum ille, ut satis detruncauerat cibum, sitire impatienter coeperat. Nam & optimi casei bonam partem auidè deuorauerat, & haud ita longè radices platanilenis fluuius in speciem placidae paludis ignauus ibat, argento vel vitro aemulus in colorem. En, inquam, explere latice fontis lacteo. Ad surgit: & oppertus paululum planiorem ripae marginem, complicitus in genua appronat se, auidus adfectans poculum. Nec dum satis extremis labiis summum aquae rorem attigerat: & iugulo eius vulnus dehiscit in profundum patorem; & illa sponsia repente de eo deuoluitur; eamque paruus admodum comitatur cruor. Denique

cor:

corpus exanimatum in flumen pænè cernuat : nisi altero ego eius pede retento, vix & ægrè ad ripam superiorem attraxi. Vbi defletum pro tempore conitem misellum arenosa humo in amnis vicinia sempiterna contexi. Ipse trepidus, & eximie metuens mihi, per diuersas & auias solitudines aufugi : & quasi conscius mihi cædis humanæ, relicta patria & Lare, vltroneum exilium amplexus, nunc Ætoliæ, nouo contracto matrimonio, colo. Hæc Aristomenes. At ille comes eius, qui statim initiò obstinata incredulitate sermonem eius respuebat, Nihil, inquit, hac fabula fabulosius, nihil isto mēdacio absurdus. Et ad me conuersus, Tu autem, inquit, vir, vt habitus & habitudo demonstrant, ornatus, accedis huic fabulæ? Ego verò, inquam, nihil impossibile arbitror; sed vtcunque fata decreuerunt, ita cuncta mortalibus prouenire. Nam & mihi & tibi, & cunctis hominibus multa vsuuenire mira, & pænè infecta; quæ tamē ignaio relata fidē perdant. Sed ego huic & credo hercules, & gratas gratias memini, quod lepidæ fabulæ festiuitate nos auocauit : asperam denique ac prolixam viam sine labore & tædio euasi. Quo beneficio etiam illū vectorem meum credo lætari, sine fatigatione sui me vsq. ad istam ciuitatis portam, non dorso illius, sed meis auribus prouecto. Is finis nobis & sermonis & itineris communis fuit. Nam comites vtrique ad villulas proximas læuorsum abiere. Ego verò quod primū ingressu stabulum conspicatus sum accessi, & de quadam anu canpona illico percōtor: Estne, inquam, Hypata hæc ciuitas? Annuuit. Nostine Milonem quemdam è primoribus? Arrisit. Et verè, inquit, primus istic perhibetur Milo, qui extra urbem totam, & pomerium colit. Remoto, inquam, ioco parens optima, dic oro & cuiatis sit, & quibus deuersetur ædibus. Vidēsne, inquit, extremas fenestras, quæ foris urbem prospiciunt, & altrinsecus fores proximum respicientes angiportum?

Iuibi

Inibi iste Milo deuersatur, ampliter nummatus, & longè opulentus, verùm extremæ auaritiæ, & fordis infimæ, infamis homo: fœnus denique copiosum sub arrabone auri & argenti crebiter exercens; exiguo Lare inclusus, & ærugini semper intentus; cum vxorem etiam calamitatis suæ comitem habeat. Neque præter vnicam pascit ancillulam: & habitu mendico semper incedit. Ad hæc ego risu subiicio: Benignè, inquam, & perspicuè Demeas meus in me consuluit, qui peregrinatem cum tali viro conciliauit, in cuius hospitio nec fumi nec nidoris nebulam vererer. Et cum dicto modicò secus progressus, ostium accedo, & ianuam firmiter oppessulatam pulsare vocaliter incipio. Tandem adolescentula quædam procedens, Heus tu, inquit, qui tam fortiter fores verberasti, sub qua specie mutuari cupis? An tu solus ignoras, præter aurum argentumque nullum nos pignus admittere? Meliora, inquam, ominare: & post responde. Dic oro an intra ædes herum tuū offenderim? Planè, inquit: sed quæ causa quæstionis huius? Litteras ei à Corinthio Demea scriptas ad eum reddo. Dum annuntio, inquit, hæc, ibidem opperitor. Et cum dicto rursus foribus oppessulatis, intrò capessit. Modicò deinde regressa patefactis ædibus, Rogat te, inquit. Intuli me: cumque accubatem exiguo admodum grabatulo, & commodum cænare incipientem inuenio. Assidebat pedes vxor, & mensa vacua posita. cuius monstratu: En, inquit, hospitium. Bene, ego: & ilico ei litteras Demeæ trado. Quibus properiter lectis, Amo, inquit, meum Demeam, qui mihi tantum conciliauit hospitem. Et cum dicto iubet vxorem decedere, utque in eius locum assideam iubet. meque etiam nunc verecundia contantem arrepta lacinia detrahens, Adside, inquit, istic. nam præmeru latronum nulla est fibula; anne sufficietem supellectilem parare nobis licet? Feci. Et sic: Ego te, inquit, etiam de ista corporis speciosa habitu dine

dine, deque hac virginali prorsus verecundia, generosa stirpe proditum & recte coniiicerem. Sed & meus Demeas eadem litteris pronuntiat. Ergo breuitatem gurgustioli nostri ne spernas peto. Erit tibi adiacens & ecce illud cubiculum, honestum receptaculum, fac libenter deuerferis in nostro. Nam & maiorem domum dignatione tua feceris: & tibi specimen gloriosum arrogaris, si contentus Lare paruulo, Thesei illius cognominis patris tui virtutes æmulaueris, qui non est aspernatus Hecales anus hospitium tenuæ. Et vocata ancillula: Fotis, inquit, sarcinulas hospitis susceptas cum fide cõde in illud cubiculum: ac simul è promptuario oleum vnctui, & lintea tersui, & cetera huc eidem vsui profer ocyter: & hospitem meum produc ad proximas balneas. satis arduo itinere atque prolixo fatigatus est. His ego auditis, mores atque parsimoniam ratiocinās Milonis, volensque me artius ei conciliare, Nihil, inquam, rerum istarum, quæ itineris vbique nos comitantur, indigemus. Sed & balneas facile percontabimur. Planè quod est mihi summè præcipuum, equo, qui me strenuè peruexit, fœnum atque ordeum, acceptis istis numulis, tu Fotis emito. His actis, & rebus meis in illo cubiculo conditis, pergens ipse ad balneas, vt prius aliquid nobis cibatum prospicerem, forum cupedinis peto: inque eo piscatum opiparem expolitum video. Et percontato pretio, quod centum numis indicaret aspernatus, viginti denarios præstinaui. Inde me commodum egredientem continuatur Pythias, cõdiscipulus apud Athenas Atticas meus: qui me post aliquantum multum temporis amantè agnitum inuadit, amplexusque ac comiter deosculatus: Mi Luci, ait, sat pol diu est, quod interuisimus te. At hercules exinde cum à magistro digressi sumus. Quæ autem tibi causa peregrinationis huius? Crastino die scies, inquam. Sed quid istud? voti gaudeo. Nam & lixas & virgas, & habitum prorsus magistratui congruentem in te video.

deo. Annonam curamus, ait, & ædilem gerimus: & si qui obsonare cupis, utique cōmodabimus. Abnu: bam: quippe qui iam cænæ affatim piscatum prospexeramus. Sedenim Pythias, visa sportula, succussisque in aspectum planiorem piscibus, At has quisquilias quanti parasti? Vix, inquam, piscatori extorsimus accipere viginti denarios. Quo audito, statim arrepta dextra postliminio me in forum cupedinis reducēs, Et à quo, inquit, istorum nugamenta hæc comparasti? Demonstro seniculum in angulo sedentem. Quem confestim pro ædilitatis imperio voce asperrima increpans, inquit: Iam iam nec amicis quidem nostris, vel omnino vllis hospitibus parcitis? Quid tam magnis pretiis pisces friuolos venditatis, & florem Thesaliam regionis instar solitudinis & scopuli edulium caritate deducitis? sed nō impunè. Iam enim faxo scias, quemadmodum sub meo magisterio mali debeant coerceri. Et profusa in medium sportula, iuber officialem suum insuper pisces incidere, ac pedibus suis totos obterere. Qua contentus morum seueritudine meus Pythias, ac mihi ut abirem suadens, Sufficit mihi, ô Luci, inquit, seniculi tanta hæc contumelia. His actis consternatus, ac proflus obstupidus, ad balneas me refero, prudentis condiscipuli valido consilio & numis simul priuatus & cæna: lautusque ad hospitium Milonis, ac dehinc cubiculo, me reporto. Et ecce Fotis ancilla, Rogat te, inquit, hospes. At ego iam inde Milonis abstinentiæ cognitor, excusauit comiter: quod via vexationem non cibo, sed somno censerem deluendam. Isto accepto pergit ipse, & iniecta dextra, clementer me trahere adoritur. Ac dum contor, dum modestè renitor; Non prius, inquit, discedam, quàm me sequaris. Et dictum iureiurando secutus, iam obstinationis suæ me ingratis obedientem perducit ad illum suum grabatulum. & residenti, Quàm saluè agit, inquit, Demas uoster? quid vxor, quid liberi, quid vernaculi?

Narro

Narro singula. Percōtatur accuratius causas etiam peregrinationis meæ. quas vbi probe protuli; iam & de patria nostra, & eius primoribus, ac denique de ipso præfide scrupulosissime explorans, vbi me post itineris tam sæui vexationem, sentit fabularum quoque serie fatigatum, in verba media somnulentum desinere, ac nequidquam defectum iam in certa verborum salebra balbutire; tandem patitur cubitum concedere. Euasi aliquando rancidi senis loquax & famelicum cōuiuium, somno, non cibo grauatus: cænatus solis fabulis. Et in cubiculum reuersus, optatæ me quieti reddidi.

L. APVLEII

## METAMORPHOSEON

SIVE

## DE ASINO AVREO

LIBER SECVNDVS.

**V**T primùm nocte discussa, Sol nouus diem fecit; & somno simul emersus & lectulo, anxius alioquin, & nimis cupidus cognoscendi quæ rara miraque sunt: reputasque me media Thessaliæ loca tenere, quò artis Magicæ natua cantamina totius orbis consono ore celebrentur, fabulamque illam optimi comitis Aristomenis de situ ciuitatis huius exortam, suspensus alioquin & voto simul & studio, curiosè cuncta considerabam. Nec fuit in illa ciuitate, quod aspiciens, id esse crederem quod esset, sed omnia prorsus ferali murmure in aliam effigiem translata; vt & lapides quos offenderem, de homine duratos, & aues quas audirem, indidem plumatas, & arbores quæ pomerium ambirét, foliatas similiter, & fontanos latices de corporibus humanis fluxos crederem. Iam statuas & imagines incessuras, parietes locuturos, boues & id genus pecua dictura præsa-

præfagium; de ipso verò cælo, & iubaris orbe sub-  
 bitò venturum oraculum. Sic attonitus, immò ve-  
 rò cruciabili desiderio stupidus, nullo quidem ini-  
 tio vel omnino vestigio cupidinis meæ reperto,  
 cuncta circuibant. Tamen dum luxu temulento  
 similis ostiatim singula pererro, repètè me uescius  
 forum cupedinis intuli. Et ecce mulierem quam-  
 piam frequenti stipatam famulatione ibidem gra-  
 dientem accelerato vestigio comprehédo. Aurum  
 in gemmis, & in tunicis, ibi inflexum, hic intex-  
 tum matronam profectò confitebatur. Huius ad-  
 hærebat lateri senex, iam grauis in annis, qui vt  
 primùm me conspexit: Est, inquit, hercules hic  
 Lucius: & offert osculum. & statim, incertum  
 quidnam, in aurem mulieris obganniit. Quin, in-  
 quit, etiam, ipse parètem tuam accedis & salutas?  
 Vereor, inquam, ignotæ mihi femina. Et statim  
 rubore suffusus reiecto capite restiti. At illa obtu-  
 rum in me conuersa, En, inquit, sanctissimæ Sal-  
 uia matris generosi probitas. sed & cetera cor-  
 poris inexplicabiliter ad regulam, qua diligenter  
 aliquid adtingunt, sunt congruentia. Inenormis  
 proceritas, succulenta gracilitas, rubor tempera-  
 tus, flauum & in affectatum capillitiû; oculi cæsi  
 quidem, sed vigiles, & in aspectus micantes pror-  
 sus aquilinos, quoquò versum floridi: speciosus &  
 immeditatus incessus. Et adiecit: Ego te, Luci,  
 meis istis manibus educaui: quidni? parentis tuæ,  
 non modò sanguinis, verùm alimoniarum etiam  
 socia fui. Nam ex familia Plutarchi ambæ progna-  
 ta sumus, & eandem nutricem simul bibimus, &  
 in nexu germanitatis vnà coaluimus; nec aliud  
 nos quàm dignitas discernit: quòd clarissimas illa,  
 ego priuatas nuptias fecimus. Ego sum Byrrhena  
 illa, cuius fortè sapiculè nomé inter tuos frequen-  
 tarum educatores retines. Accede itaq. hospitium  
 fiducia, immò verò iam tuû propriû Larem. Ad-  
 hæc ego, iam sermonis ipsius mora rubore digesto,  
 Absit, inquam, parens, vt Milonem hospitem sine  
 vlla

vlla querella deferam. Sed planè, quod officiis integris potest effici, curabo sedulò. Quotiens itineris huius ratio nascetur, numquam erit vt nò apud te deuortar. Dum hunc & huiusmodi sermonem altercamur, paucis admodum confectis passibus, ad domum Byrrhenæ peruenimus. Atria lógè pulcherrima, columnis quadrifariam per singulos angulos stantibus, attollebant statuas Palmaris deæ. facies quaquà pinnis explicitis sine gressu pilæ volubilis, inimitabile vestigium plantis roscidis decitantes, nec vt maneant inhærent; & iam volare creduntur. Ecce lapis Parius in Dianam factus tenet librata totius loci medietatem: signum perfectè luculentum, veste reflatum, procursum vegetum, introeuntibus obuium, & maiestate numinis venerabile. Canes vtrinqueseccus Deæ latera muniunt; qui canes & ipsi lapis erant. His oculi minantur, aures rigent, nares hiant, ora sæuiunt. & sicunde latratus de proximo ingruerit, cum putabis de faucibus lapidis exire. & in quo summum specimen operæ fabrilis egregius ille signifex prodidit, sublatis canibus in pectus arduis pedes imi resistunt, currunt priores. Ponè tergum Deæ saxum insurgit, in speluncæ modum muscis & herbis, & foliis, & virgulis, & sicubi pampinis, & arbusculis alibi de lapide florentibus. splendet intus umbra signi de nitore lapidis. Sub extrema saxi margine poma & vuç faberrimè politæ dependent, quas ars æmula naturæ veritati similes explicuit. putes ad cibum inde quædam, cum mustulétus auctumnus maturum colorem afflauerit, posse decerpi. Et, si fontes, qui Deæ vestigio discurrentes in lenem vibrantur vndam, pronus aspexeris, credes illos, vt vite pendentes racemos, inter cetera veritatis, nec agitationis officio carere. Inter medias frondes lapidis Actæon simulachrum, curioso obtutu in dorsum proiectus, iam in ceruum ferinus, & in saxo simul & in fonte loturam Dianam opperiens visitur. Dum hæc idemtidem rimabundus eximie de-

lector:



lector: Tua sunt, inquit Byrrhaena, cuncta quæ vides. Et cum dicto ceteros omnes sermone secreto decedere præcepit. Quibus dispulsis omnibus, Per hanc, inquit, Deam ô Luci carissime, vt anxie tibi metuo, &, vtpote pignori meo, longè prouisum cupio. Caue tibi, sed caue fortiter à malis artibus, & facinorosis illecebris Pamphiles illius, quæ cum Milone isto, quem dicis hospitem, nupta est. Maga primi nominis, & omnis carminis sepulchralis magistra creditur; quæ surculis & lapillis, & id genus triuolis inhalatis, omnem istam lucem mundi sideralis imis Tartari & in vetustum chaos mergit. Nam cum quemquam conspexerit speciosæ formæ iuuenem, venustate eius sumitur, & illico in eum & oculum & animum detorquet. Serit blanditias, innadit spiritum. Amoris profundi pedicis æternis alligat. Tunc minus morigeros & viles fastidians, in saxa & in pecua, & quoduis animal puncto reformat: alios verò prorsus extinguit. Hęc tibi trepido, & cauenda censeo. Nam & illa vrit perpetuum, & tu per ætatem & pulcritudinem capax eius es. Hęc mecum Byrrhaena satis anxia. At ego curiosus alioquin, vt primùm artis Magica semper optatum nomen audiui; tantum à cautela Pamphiles abfui, vt etiam vltro gestirem talis magisterio me volens ampla cum mercede tradere, & prorsus in ipsum Barathrum saltu concito præcipitare. Festinus denique & vecors animi, manu eius velut cathena quadam memet expedio: &, SALVE properè addito, ad Milonis hospitium perniciouser euolo. Ac dum amenti similis accelero vestigium; Age, inquam, ô Luci euigila, & tecum esto. Habes exoptatam occasionem, & voto diutino poteris fabulis miseris explete pectus. Aufer formidines puerileis; cominus cum re ipsa gauiter congregere; & à nexu quidem Venereo hospitis tuæ tempera, & probi Milonis genialem torum religiosus suspice. Verùm enimuerò Fotis famula petatur annexè, nam &

forma scitula, & moribus ludicra, & prorsus argu-  
 tula est. Vespero quoque cum somno concederes,  
 & in cubiculum te duxit comiter, & blandè lectu-  
 lo collocavit, & satis amanter cooperuit: & oscu-  
 lato tuo capite, quàm inuita discederet vultu pro-  
 didit; demique saepe retrorsa respiciens substitit.  
 QUOD BONVM FELIX ET FAVSTVM. Itaque,  
 licet salutare non erit, Fotis illa tentetur. Hęc me-  
 cum ipse disputans fores Milonis accedo, &, quod  
 aiunt, pedibus in sententiam meam vado. Nec ta-  
 men domi Milonem, vel vxorem eius offendo,  
 sed tantum caram meam Fotidem: quæ suis do-  
 minis parabat viscum fartim concisum, & pulpam  
 frustatim collectam ad pascua virulenta. & qui-  
 dem naribus iam mihi ariolabar tucetum perquam  
 sapidissimum. Ipsa linea tunica mundulè amicta &  
 russea fasciola pranitente altiusculè sub ipsas pa-  
 pillas succintula, illud cibarium vasculum floridis  
 palmulis rotabat in circulum; & in orbis flexibus  
 crebra succutiens, & simul membra sua leniter il-  
 lubricans, lumbis sensim vibrantibus, spinam mo-  
 bilem quatiens placidè, decenter vndabat. Isto aspe-  
 ctu dehinc obitupui, & mirabundus steti. stete-  
 runt & membra quæ iacebant antè. Et tandem  
 ad illam, Quàm pulchrè, quamque festinè, inquam,  
 Fotis mea, ollulam istam cum natibus intorques?  
 quàm mellitum pulmentum apparatus? Felix, & cer-  
 tius beatus, cui permiseris illuc digitum intingere.  
 Tunc illa lepida alioquin & dicacula puella, Dis-  
 cede, inquit, miselle, quàm procul à me foculo  
 discede. Nam si te vel modicè meus igniculus af-  
 flauerit, vreris intimè, nec vllus extinguet ardo-  
 rem tuum, nisi ego; quæ dulcè condiens, & ollam  
 & lectulum suaue quaterere noui. Hęc dicens, in  
 me respexit, & risit. Nec tamen ego prius inde  
 discessi, quàm diligenter omnem eius exploras-  
 sem habitudinem. Sed quid ego de ceteris aio?  
 cum semper mihi unica cura fuerit caput capil-  
 lumque sedulo & publicè & prius intueri, & domi  
 postea

postea perfrui? Sicque iudicij huius apud me certa & statuta ratione, vel quod præcipua pars ista corporis in aperto & perspicuo posita prima nostris luminibus occurrit; & quòd in ceteris membris floridæ vestis hilaris color, hoc in capite nitor natius operatur. Denique pleræque indolem gratiasque suas probaturæ, lacinias omnes exuunt, amicula dimouent: nudam pulcritudinem suam præbere se gestiunt, magis de cutis roseo rubore quam de vestis aureo colore placituræ. At verò, quod nefas dicere, neque sit huius rei vllum tam dirum exemplum, si cuiuslibet eximie pulcherrimæque femine caput capillo exspoliaueris, & faciem natua specie naueris; licet illa celo deicta, mari edita, fluctibus educata, licet, inquam, Venus ipsa fuerit, licet omni Gratiarum choro stipata, & toto Cupidinum populo comitata, & baltheo suo cincta, cinnama fragrans, & balsama rorans, calua processerit: placere non poterit nec Vulcano suo. Quid cum capillis color gratus, & nitor splendidus illucet, & contra Solis aciem vegetus fulgurat, vel placidus renitet, ac in contrariam gratiam variat aspectum? & nunc ut aurum eoruscans in leuem deprimitur umbram; nunc coruina nigredine carulos columbarum colli flosculos amulatur; vel nunc guttis Arabicis obunctus, & pectinis arguti dente tenui discriminatus, & pone versum coarctus amatoris oculis occurrens, instar speculi, reddit imaginem gratiorem? Quid? cum frequenti sobole spissus cumulat verticem, vel proluxa serie porrectus dorso permanat? Tanta denique est capillamenti dignitas, ut, quamuis auro, veste, gemmis, omni que cetero mundo exornata mulier incedat; tamen nisi capillum distinxerit, ornata non possit abire. Sed in mea Fotide, non operosus, sed inordinatus ornatus addebat gratiam. Vberes enim crines, leniter emissos, & ceruice dependulos, ac deinde per colla dispositos, sensimque sinuato patagio residentes, paulisper ad finem cõglobatos

in summum verticem nodus aditrixerat. Nec diutius quivi tantum cruciatum voluptatis eximia sustinere. sed pronus in eam, qua sine summum cacumen capillus ascendit, mellitissimum illud fauuium impressi. Tum illa ceruicem intorsit, & ad me conuersa limis & morsicantibus oculis ait: Heus tu scholastice, dulce & amarum gustulum carpis. Caue ne nimia mellis dulcedine diutinam bilis amaritudinem cōtrahas. Quid istic, inquam, est, mea festiuitas, cum sim paratus, vel vno sauiolo interim recreatus, super istum ignem porrectus assari? Et cum dicto artius eam complexus, cœpi sauari. Iamque æmula libidine in amoris parilitatem congermanescenti mecum, iam patentis oris inhalatu cinnameo, & occurstantis linguæ illisu nectareo prona cupidine adlubescente: Pereo, inquam, immo iam dudum perij, nisi tu propitiaris. Ad hæc illa, rursus me deosculato, Bono animo esto, inquit. Nam ego tibi mutua voluntate mancipata sum. nec voluptas nostra differetur ulterius, sed prima face cubiculum tuum adiero. Abi ergo, ac te præpara. tota enim nocte tecum fortiter & ex animo præliabor. His & talibus obganitis sermonibus inter nos, discessum est. Commodum meridies accesserat: & mittit mihi Byrrhena xeniola, porcum optimam, & quinque gallinulas, & vini cadum in ætate pretiosi. Tunc ego vocata Fotide, Ecce, inquam, Veneris hortator & armiger Liber aduenit ultro. vinum istud sorbeamus hodie omne; quod nobis restinguat pudoris ignauiam, & alacrem vigorem libidinis incutiat. hæc enim sitarchia nauigium Veneris indiget sola; ut in nocte peruigili & oleo lucerna & vino calix abundet. Diem ceterum lauacro, ac dein cænæ dedimus. Nam Milonis boni concinnaticiam mensulam rogatus accubueram, quam pote tutus ab vxoris eius aspectu, Byrrhenæ monitorum memor. & perinde in eius faciem oculos meos ac si in Auernum lacum formidās deieceram. Sed assidue  
respi-

respiciens præministrantem Foridem, inibi recreabar animo. Cùm ecce iam vespera lucernâ intuens Pamphile, Quàm largus, inquit, imber aderit crastino! Et percontanti marito qui cõperisset istud? respondit sibi lucernam prædicere. Quod dictum iphus Milo risu secutus, Grandem, inquit, istam lucernæ Sibyllam pascimus, quæ cunëta cæli negotia, & Solem ipsum de specula candelabri conuertetur. Ad hæc ego subiiciens, Sunt, aio, prima huiusce diuinationis experimenta: nec mirum. Licet modicum istum igniculum, & manibus humanis laboratum, memorem tamen illius maioris & caelestis ignis, velut sui parentis, quid esset editurus in ætheris vertice, diuino præfatio & ipsum scire, & nobis enuntiare. Nam & Corinthis nunc apud nos passim Chaldaeus quidam hospes mitis totam ciuitatem responsis turbulentat, & arcana factorum stipibus emerendis edicit in vulgum. qui dies copulam nuptialem adfirmet; qui fundamenta mœnium perpetuet; qui negotiatori commodus; qui viatori celebris; qui nauigiis opportunus: mihi denique prouentum huius peregrinationis inquitenti multa respondit, & oppidò mira & satis varia. Nunc enim gloriâ satis floridam, nunc historiam magnam, & incredendam fabulam, & libros me facturum. Ad hæc renidens Milo, Qua, inquit, corporis habitu dine præditus, quòue nomine nuncupatus hic iste Chaldaeus est? Procerus, inquam, & suffusculus, Diophanes nomine. Ipse est, ait, nec ullus alius. Nam & hic apud nos multa multis similiter effatus, non paruas stipes, immò verò mercedes optimas cõsecutus. Fortunam seuam, an seuam verius dixerim, miser incidit. Nam die quadam, cùm frequentis populi circulo septus, coronæ circumstantium fata donaret, Cerdo quidam nomine negotiator accessit, eum diem commodum peregrinationi cupiens. Quem cùm electum destinasset illi, iam deposita crumena, iam profusis numulis, iam dinumeratis

centum denariis, quos mercedem diuinationis auferret; ecce quidam de nobilibus adolescētulus à tergo arrepiens, eum lacinia prehēdit, & conuersum amplexus osculatur artissimè. At ille vbi primum consauatus eum, iuxta se vt assideret effecit; attonitus est repentinæ visionis stupore, & præsentis negotij, quod gerebat, oblitus, inficit ad eum: Quàm olim equidem exoptatus uobis aduenis? Respondit ad hæc ille alius: Commodum vespera oriēte. Sed vicissim tu quoque frater mihi memora, quemadmodum exinde, vt de Eubœa insula festinus enauigasti, & maris & viæ confeceris iter. Adhæc Diophanes ille Chaldæus egregius, mente viduus, necdum suus, Hostes, inquit, & omnes inimici nostri, tam duram, immò verò Vlyssæam peregrinationem incidant. Nam & nauis ipsa, qua uehebamur, varijs turbinibus procellarum quassata, vtroque regimine amisso, ægrè ad vterioris ripæ marginem detrusa, præceps demersa est: & nos, omnibus amissis, vix euatauimus. Quodcumque vel ignotorū miseratione, vel amicorum beniuolentia extraximus, id omne latrocinialis inuasit manus: quorum audaciæ repugnās etiam cui nomē est Arisuatus, vnicus frater meus, sub istis oculis miser ingulatus est. Hæc eo adhuc narrante mœlto, Cerdo ille negotiator correptis numulis suis, quos diuinationis mercedi destinauerat, protinus aufugit. Ac dehinc, tunc demum Diophanes expergitus, sensit impudentiæ suæ labem: cū etiā nos omnes circumsecus in clarum cachinnum videret effusos. Sed tibi planè, Luci domine, soli omnium Chaldæus ille vera dixerit; sisque felix, & iter dexterum porrigas. Hæc Milone diutinè fermocinante, tacitus ingemiscebam: mihi que non mediocriter succensebam, quod vltro inducta serie importunarū fabularum, partem bonam vesperæ, eiusque gratissimum fructū amitterem. Et tandem denique deuorato pudore, ad Milonem aio: Ferat suam Diophanes ille Fortunam,

nam, & spolia populorum rursus conferat masam  
 pariter ac terram: mihi verò fatigationis hesternæ  
 etiam nunc faucio, da veniam maturius concedam  
 cubitum. Et cum dicto facesso, & cubiculum meum  
 contendo. Atque illic deprehendo epularum dis-  
 positiones satis concinnas. Nam & pueris extra li-  
 men, credo ut arbitrio nocturni gannitus ablega-  
 rentur, humi quam procul distratum fuerat. & gra-  
 batulum meum assistit mensula cænæ totius ho-  
 nestas reliquias tolerans; & calices boni, iam in-  
 fuso latice semipleni, solam temperiem sustinètes:  
 & lagena iuxta orificio cessim dehiscènte patescens,  
 facilis hauritu, profus gladiatoris Veneris ante-  
 cænia. Commodum cubueram; & ecce Fotis mea,  
 iam domina cubitum reddita, iacta proximat rosa  
 ferta, & rosa soluta in sinu tuberante. Ac me pres-  
 sum deosculato, & corollis reuincto, ac flore pro-  
 spero, arripit poculum: ac desuper aqua calida in-  
 iecta, porrigit bibam, idque modicum. Prius quam  
 totum exorberem, elementer inuadit: ac relictum  
 paululatim labellis minuens, meque respiciens,  
 sorbillat dulciter: sequens & tertium inter nos vi-  
 cissim & frequens alternat poculum. Cum ego iam  
 vino madens, nec animo tantum, verum etiam  
 corpore ipso ad libidinem inquietus alioquin &  
 petulans, etiam faucius paulisper inguinum sine,  
 lacinia remota, impatientiam Veneris Fotidi meæ  
 monstrans: Miserere, inquam, & subueni matu-  
 rius. Nam, ut vides, prælio, quod nobis sine feriali  
 officio indixeras, iam proximante vehementer  
 intentus, ubi primam sagittam sæui Cupidinis in  
 ima præcordia mea delapsam excepi, arcum meum  
 & ipse vigor attendit. & oppidò formido ne ner-  
 uus rigoris nimietate rumpatur. Sed, ut mihi mo-  
 rem plenius gesseris, in effusum laxa crinem, &  
 capillo fluenter vndante, ede complexus amabi-  
 les. Nec mora, cum cibariis vasculis raptim remo-  
 tis, lacinis cunctis suis renudata, crinibusque dis-  
 solutis ad hilarem lasciuiam, in speciem Veneris,

quæ marinos fluctus subit, pulchrè reformata; paulisper etiam glabellum feminal rosea palmula potius obumbrans de industria, quam tegens verecundia, Præliare, inquit, & fortiter præliare. Nec enim tibi cedam, nec terga vortam. Comminus in aspectum, si vir es, dirige; & grassare nauiter, & occide moriturus. Hodierna pugna nõ habet missionem. Hæc simul dicens, insoenso grabatulo, super me sensim residens, ac crebrò subliliens, lubricisque gestibus mobilem spinam quatiens, pendulæ Veneris fructu me satiauit; vsque dum lassis animis, & marcidis artubus defatigati, simul ambo corruimus inter mutuos amplexus animas anhelantes. His & huiuscemodi collustationibus ad confinia lucis vsque petuigiles egimus, poculis interdum lassitudinem refouentes, & libidinem incitantes, & voluptatem integrantes. Ad cuius noctis exemplar similes astruximus alias plusculas. Fortè quadam die mecum magnopere Byrtheua cõtendit apud eam canulæ interellem: &, cùm impendio excusarem, negavit veniam. Ergo igitur Fotis erat adeunda, deque nutu eius consilium, velut auspicium, petendum. Quæ, quamquam inuita quod à se vngue latius digrederet, tamen comiter amatoriam militiam breuem commeatum indulxit. Sed heus tu, inquit, cane regrediare cæna maturius. Nam vesana factio nobilissimorum iuuenum pacem publicam infecit: & passim trucidatos per medias plateas videbis iacere. nec præsidis auxilia longinqua leuare ciuitatem tanta clade possunt. Tibi verò Fortunæ splendor, insidias contemptus etiam peregrinationis poterit afferre. Fac sine cura, sis inquam, Fotis mea. Nam præter quod epulis alienis voluptates meas anteferrent, metum etiam istum tibi demam maturata regressione. Nec tamen incomitatus ibo. nam gladio solito cinctus altrinsecus, ipse salutis meæ præsidia gestabo. Sicque paratus cænæ me committo. Frequens ibi numerus epulorum, &, vtpote apud priuatum femi-



feminam, hos ipse ciuitatis. Et opipares cibi, & ebore nitentes lecti, aureis vestibus intecti; ampli calices, varia quidē gratiæ, sed pretiositatis vnus. Hic vitrū fabre sigillatum, ibi crystallum impunctum; argentum alibi clarum, & aurum fulgurans, & succinum mirè cauatum in lapides, vt bibas: & quidquid fieri non potest, ibi est. Diribitores plufculi, splendide amicti: fercula copiosa. puellæ scitulè ministrantes, pueri calamistrati pulchrè indusiati, gemmas formatas in pocula vini vetusti frequenter offerentes. Iam illacis luminibus epularis sermo percrebuit: iam risus adfluens, & ioci liberales, & cauillus hincinde. Tum insit ad me Byrrhena: Quàm commodè versaris in nostra patria? Quod sciam, templis & lauacris, & ceteris operibus longè cunctas ciuitates antecellimus. Vtensilibus præterea pollemus affatim. Certè libertas otiosa, & negotioso quidem aduenæ Romana frequentia; modesto verò hospiti quies villatica: omni denique prouinciæ voluptarij secessus sumus. Ad hæc ego: Vera memoras, nec vsquã gentium magis me liberū quàm hic fuisse crecidi. Sed oppidò formido cæcas & ineuirabiles latebras Magiæ disciplinæ. nam ne mortuorum quidem sepulcra tuta dicuntur: sed & bustis & rogis reliquiæ quædam, & cadauerum præsegmina ad exitiabiles viuentium Fortunas petuntur. Et cantatrices ancillæ in ipso momento choragij funeris, perpeti celeritate alienâ sepulturam anteuertunt. His meis addidit alius: Immò verò istic nec viuentibus quidem vllis parcitur. Et nescio qui simile passus, ore vndique omnifariam deformato truncatus est. Inter hæc, per conuiuium totum inlicentiosus cachinnus effunditur: omniumque ora & obtutus in vnum quempiam angulo secubantem conferunt. Qui cunctorum obstinatione confusus, indigna murmurabundus, cum vellet exurgeret: Immò, mi Telephron, Byrrhena inquit, & subsiste paulisper, & more tuæ vrbانيتatis fabulam illam  
tuam

tuam remectere; ut & filius meus iste Lucius Lepidi sermonis tui perfruatür comitate. At ille: Tu quidem domina, ait, in officio manes sanctæ tuæ bonitatis; sed ferenda non est quorundam insolentia. Sic ille commotus. Sed instantia Byrrhenæ, quæ cum adiuratione suæ salutis ingratis cogebat effari, perfecit ut vellet. Ac sic aggeratis in cumulum stragulis, & effultis in cubitum, sub erectusque in torum, porrigit dexteram, & instar oratorum conformat articulum; duobusque infimis conclusis digitis, ceteros eminentes porrigit, & infesto pollice clementer subrigens, infit: Thelephron pupillus ego Mileto profectus ad spectaculum Olympicum, cum hæc etiam loca provincie famigerabilis adire cuperem, peragrata cuncta Thessalia, fuscis aubibus Larissam accessi. Ac dum singula pererrans, tenuato admodum viatico, paupertati meæ fomenta conquirō; conspicor medio foro procerum quemdam senem, insistebat lapidem, claraque voce prædicabat, **SI QUI MORTVVM SERVARE VELLE**T, **DE PRETIO LICERETVR.** Et ad quempiam prætereantium, Quid hoc, inquam, compertior? hiccine mortui solent aufugere? Tace, respondit ille. Nam oppidò puer, & satis peregrinus es, meritoque ignoras Thessaliæ te consistere, ubi sagæ mulieres ora mortuorum passim demorficant: eaque sunt illis artis magicæ supplementa. Contra ego, Et quæ tu, inquam, dic fodes custodia ista teralis? lamprimùm, respondit ille, perpetem noctem eximiè vigilandum est, exertis & incõniuis oculis semper in cadauer intèris; nec acies usquam deuertenda, immò ne obliquanda quidem. Quippe cum deterrimæ versipelles, in quoduis animal ore conuerso, latentè obrepant; ut ipsos etiam oculos Solis & Iustitiæ facile frustrentur. Nam & aues, & vrsus, canes & mures, immò verò etiam muscas induunt. Tunc diris cantaminibus somno custodes obruunt. Nec quisquã definire poterit, quantas latebras nequissimæ mulie-

res pro libidine sua comminiscuntur. Nec tamen huius tam exitiabilis operę merces amplior, quàm quaterni vel seni ferme offeruntur autei. Ehem, & quod pænē præterieram, si qui non integrum corpus mane restituerit, quidquid inde decerptum diminutumque fuerit, id omne de facie sua defectū sarcire compellitur. His cognitis, animum meum commaseulo: & illico accedens præconem, Clamare, inquam, iam desine. Adest custos paratus: cedo præmium. Mille, inquit, numi deponentur tibi. Sed heus iuuenis, caue diligenter vt primatis ciuitatis huius filij cadauer à malis Harpyiis probè custodias. Ineptias, inquam, mihi narras, & nugas meras. Vides hominem ferreum, & insomnem, certè perspicaciorem ipso Lynceo, vel Argo, & oculum rotum. Vix finieram: & illicò me produxit ad domum quampiam, cuius ipsis foribus obseptis, per quamdam breuem posticulam intronocat me, & cōclauē quoddam obseratis liminibus. Umbrosam demonstrat matronam flebilē, fusca veste contestam. quam propter adsitēs, Hic, inquit, auctoratus ad custodiam mariti tui fidenter accessit. At illa crinibus antepēdulis hinc inde dimotis, etiam in marore luculentam profertens faciem, meque respectans, Vide, oro, inquit, quàm expergitè munus obeas. Sine cura sis, inquam; modo corollarium idoneū comparas. Quo placito, ocyter surrexit, & ad aliud me cubiculum inducit. Ibi corpus splendentibus linteis coopertum, introductis quibusdam septem testibus, manu reuelat; & diutinè visu præflecto, obtestata fidem præsentium, singula demōstrat anxie, membra contestata de industria quodam tabulis prænorante. Ecce, inquit, nasus integer, incolumes oculi, saluæ aures, illibatæ labiæ, mentū solidum. **VOS IN HANC REM BONI QUIRITES TESTIMONIUM PERHIBETOTE.** Et cum dicto, consignatis illis tabulis, faceffit. At ego, iube, inquam, domina cuncta quæ sunt vsui necessaria,

nobis

nobis exhiberi. At quæ, inquit, ista sunt? Lucerna, aio, prægrandis, & oleum ad lucem luci sufficiens, & calida cum cænophoris & calice, cænarumque reliquiis discus ornatus. Tunc illa capite quassanti, Abi, inquit, fatue, qui in domo funesta cænas & partes requiris; in qua totiugis iam diebus ne fumus quidem visus est vllus. An istic comissatum te venisse credis? Quin fumis potius loco congruentes luctus & lacrymas? Hæc simul dicens, respexit ancillam: &, Myrrhene, inquit, lucernam & oleum trade confestim. Et incluso custode cubiculo protinus facessit. Desolatus ad cadaueris solatium, perfrictis oculis & obarmatis ad vigiliis, animum meum permulcebam cætationibus. Cùm ecce crepusculum, & nox prouecta, & nox altior, & deinde concubia altiora, & iam nox intempesta, mihi que oppidò formido cumulatior quidem: cùm repente introrepens mustela contra me constitit, obtutumque acerrimum in me destituit; ut tantillulum animalis præ nimia sui fiducia mihi turbauerit animum. Denique sic ad illam: Quin abis, inquam, impurata bestia, te que ad tui similes musculos reconcis, antequam nostri vim presentariam experiaris? quin abis? Terga vortit, & cubiculo protinus exterminatur. Nec mora, cùm me somnus profundus in imum Barathrum repente demergit; ut ne deus quidem Delphicus ipse facile discerneret, duobus nobis iacentibus, quis esset magis mortuus. Sic inaninis & indigens alio custode pæne, ibi non eram. Commodum noctis inducias cantus perstrepebat cristatæ gallorum cohortis. Tandem expergitus, & nimio pauore perterritus, cadauer accurro; &, admoto lumine, reuelataque eius facie, rimabar singula, quæ cuncta conuenerant. Ecce vxor misella flens, cum hesternis testibus introrupit anxia; &, statim corpori superruens, multumque ac diu deosculata, sub arbitrio luminis recognoscit omnia. Et conuersa, Philodespotum requirit astorem; & ei præcipit

bono

bono custodi redderet sine mora præmium. Et ob-  
 lato statim, Summas, inquit, tibi iuuenis gratias  
 agimus: & hercules ob sedulum istud ministe-  
 rium, inter ceteros familiares dehinc numerabi-  
 mus. Ad hæc ego insperato lucro diffusus in gau-  
 dium, & in aureos refulgentes, quos idemtidem  
 manu mea ventilabam, attonitus, Immò, inquam,  
 domina, de famulis tuis vnum putato; &, quoties  
 operam nostram desiderabis, fidenter impera. Vix  
 effatum me statim familiares omnes nefariù ex-  
 crati, raptis cuiusquemodi telis, insequuntur. Pu-  
 gnis ille malas offendere, scapulas alius cubitis im-  
 pingere, palmis infestis hic latera suffodere; calci-  
 bus insultare, capillos dittrahere, vestem discinde-  
 re. Sic in modum superbi iuuenis Adoni, vel mu-  
 steluatis pipletis laceratus atque discerptus, domo  
 proturbor. Ac, dum in proxima platea refouens  
 animum, infausti atque improuidi sermonis mei  
 serò reminiscor: dignum me pluribus etiam ver-  
 beribus fuisse meritò cōsentio. Ecce iam vltimùm  
 defletus atque conclamatus processerat mortuus,  
 rituque patrio, vtpote vnus de optimatibus, pom-  
 pa fune is publici ductabatur per forum. Occurrit  
 ad latus quidam mæstus in lacrymis, genialem  
 ranitiam reuellens senex: &, manibus ambabus  
 inuadens torum, voce contenta quidem, sed assi-  
 duis singultibus impedita, Per hanc vestram,  
 inquit, *Quirites*, per pietatem publicam, perem-  
 pro ciui subsistite, & extremum facinus in nefa-  
 riam scelestamque istam feminam seueriter vind-  
 dicare. Hæc enim, nec vllus alius, miserum adule-  
 scentem sororis meæ filium in adulteri gratiam,  
 & ob prædam hereditariam extrinxit veneno. Sic  
 ille senior lamentabiles questus singulis instrepe-  
 bat. Sæuire vulgus interdum, & facti verisimilitu-  
 dine ad criminis credulitatem impelli. Concla-  
 mant ignem, requirunt saxa; paruulos ad exitium  
 mulieris hortatur. Emeditatis ad hæc illa fletibus,  
 quamque sanctissimè poterat, adiurans cuncta  
 numina,

numina, tantum scelus abnuebat. Ergo igitur senex ille: Veritatis arbitrium in diuinam prouidentiam reponamus. Zachlas adest Ægyptius, propheta primarius, qui mecum iamdudum grandi præmio pepigit, reducere ab inferis spiritum, corpusque istud postliminio mortis animare. Et cum dicto iuuenem quempiam linteis amiculis intertuctum, pedesque palmeis baxeis indutum, & adusque de raso capite, producit in medium. Cuius diu manus deosculatus, & ipsa genua contingens, Miserere, ait, sacerdos: miserere per cælestia sidera, per Inferna numina, per naturalia elementa, per nocturna silentia, & adepta Coptica, & per incrementa Nilotica, & arcana Memphitica, & sinistra Phariaca. Da breuem Solis vsuram, & in æternum conditis oculis modicam lucem infunde. Non obnitimur, nec terræ rem suam denegamus; sed ad vltionis solatium, exiguum vitæ spatium deprecamur. Propheta sic propitiatus, herbulam quampiam ter ob os corporis, & aliam pectori eius imponit. Tunc orientem obuersus, & incrementa Solis augusti tacitus imprecatus, venerabilis scenæ facie studia præsentium ad miraculum tantum certatim adrexit. Immitto me turbæ socium, & ponè ipsum lectulum editiorem quemdam lapidem insistens, cuncta curiosis oculis arbitrabar. Iam tumore pectus extollis iam salubris vena pulsari; iam spiritu corpus impleri: & adsurgit cadauer, & profatur adolescens: Quid, oro, me post Lethæa pocula, iam Stygiis paludibus innatantem, ad momentariæ vitæ reducit officia? Desine iam, precor, desine: ac me in meam quietem permitte. Hęc audita vox de corpore. Sed aliquāto propheta commotior, Quin refers, ait, populo singula, tuæque mortis illuminas arcana? An non putas, deuotionibus meis posse Diras inuocari? posse tibi lassa membra torqueri? Suscipit ille de lectulo, & vno cōgestu populum sic adorat: Malis noua nupte peremptus artibus, & addictus noxio poculo,

poculo, torum repentè adultero mancipauit. Tunc  
 vxor egregia capit præsentem audaciam, & mente  
 sacrilega coarguenti marito resistens altercat. Po-  
 pulus æstuat, diuersa tendentes. hi pessimam femi-  
 nam viuètem statim cum corpore mariti sepelièn-  
 dam; alij, mendacio cadaueris fidem non habeu-  
 dam. Sed hanc contationem sequens adulescentis  
 sermo distinxit. nam rursus altius ingemiscens,  
 Dabo, inquit, dabo vobis intemeratæ veritatis do-  
 cumenta perlucida, & quod profusus alius nemo  
 cognouerit, indicabo. Tunc digito me demon-  
 strans: Nam eùm corporis mei cultos hic sagacissi-  
 mus, exertam mihi teneret vigiliam; cantatrices  
 anus, exuuiis meis imminentes, atque ob id refor-  
 matae frustra sæpius, cùm induitriam sedulam eius  
 fallere nequissent: postremò iniecta somni nebula,  
 eoque in profundam quietem sepulto, me nomine  
 ciere non prius desierunt, quàm dum hebetes artus  
 & membra frigida pigris conatibus ad artis Magi-  
 cæ nituntur obsequia. Hic, utpote viuus quidem,  
 sed tantum sopore mortuus, quod eodem mecum  
 vocabulo nuncupetur, ad suum nomē ignarus exur-  
 git: & in exanimis vmbrae modum vltroque gra-  
 diens, quamquam foribus cubiculi diligenter oc-  
 clusis, per quoddam foramen profectis naso prius,  
 ac mox auribus, vicariam pro me lanienam susci-  
 tauit. Utque fallaciæ reliqua conuenirent, ceram  
 in modum profectarum formatam aurium ei ap-  
 plicant examussum, nasoque ipsius similem com-  
 parant. Et nunc adsistit miser hic præmium non in-  
 dustriæ, sed debilitationis consecutus. His dictis  
 perterritus, tentare Fortunam aggredior. Iniecta  
 manu nasum prehendo, sequitur: aures pertracto,  
 deruunt. Ac dum directis digitis, & detortis nuti-  
 bus præsentium denotor, dum risus ebullit; inter  
 pedes circumstantiũ frigidus sudore defluens euado.  
 Nec postea debilis, ac sic ridiculus, Lari me patrio  
 reddere potui: sed capillis hincinde laterũ deiectis,  
 aurium vulnera celauit; nasi verò dedecus linteolo

isto pressim adglutinato decenter obtexi. Cùm pri-  
 mùm Telephron hanc fabulam posuit, compoto-  
 rez vino madidi rursùm cachinnù integrât. Dumq̃.  
 bibere solitariù postulant, sic ad me Byrrhena: So-  
 lemnis, inquit, dies à primis cunabulis huius vr-  
 bis conditæ crastinus aduenit, quo die tibi mortaliùm  
 sanctissimù deum Risum hilato atque gaudiali ri-  
 tu propitiamus. Hunc tua præsentia nobis efficiet  
 gratiorem. Atque vtinã aliquid de proprio sepõre  
 lætificum honorando Deo cõminiscaris, quo ma-  
 gis pleniusque tanto numini litemus. Bene, inquã:  
 & hec, vt iubes. Et vellem hercules materiam repe-  
 rire aliquam, quam deus tantus affluẽter indueret.  
 Post hæc, monitu famuli mei, qui noctis admone-  
 bat, iam & ipse crapula distentus protinus exurgo:  
 & appellata properẽ Byrrhena, titubante vestigio  
 domuitionem capessõ. Sed cùm primam plateam  
 vadimus, vento repentino lumen quo nitebamur,  
 extinguitur; vt vix improvidæ noctis caligine liber-  
 rati digitis pedum detentis ob lapides, hospitiù de-  
 fessi rediremus. Dumq̃. iam iunctim proximamus,  
 ecce tres quidam vegetis & vastulis corporibus  
 fores nostras & summis viribus irruẽtes, ac ne præ-  
 sentia quidem nostra tantillum conterriti, sed ma-  
 gis magisque cum æmulatione viriù crebrius in-  
 sultantes; vt nobis, ac mihi potissimù, non imme-  
 ritò latrones esse, & quidem sæuissimè viderentur.  
 Statim denique gladium, quem veste mea conte-  
 ctum ad hos vsus extuleram, sinu liberatum arri-  
 pio. Nec cunctatus, medios latrones inuolõ: ac sin-  
 gulis, vt quemque colluctantem offenderam, altis-  
 simè demergo; quoad tandem ante ipsa vestigia  
 mea, vastis & crebris perforati vulneribus, spiritiù  
 efflauerint, sicque præliatus, iam tumultu eo Fo-  
 tide suscitata, patefactis ædibus anhelans, & sudo-  
 re perlitus, irrepo: meque statim, vtpote pugnan-  
 tium latronum in vicem Geryonæ cædis fatiga-  
 sum, lecto simul & somno tradidi.



L. APVLEII  
 METAMORPHOSEON  
 SIVE  
 DE ASINO AVREO  
 LIBER TERTIVS.

**C**OMMODVM puniçantibus phaleris Auro-  
 ta roseum quatiēs lacertum, cælum inequi-  
 tabat: & me secus quieti reuulsum, nox  
 diei reddidit. Æstus inuadit animum vel vespertini  
 recordatione facinoris. Complicitis denique pedi-  
 bus, ac palmulis inter alternas digitorum vicissitu-  
 dines super genua connexis, sic grabatum cossim  
 infidēs, vbertim flebam: iam forum & iudicia, iam  
 sententiam, ipsum denique carnificem imagina-  
 bundus. *An mihi quisquam tam amicus, tanque*  
*beniuolus iudex obtinget, qui me ternæ cordis cru-*  
*ore perlitum & tot ciuium sanguine delibutum, in-*  
*nocentem pronuntiare poterit? Hanc illam mihi*  
*gloriosam peregrinationem fore Chaldæus Dio-*  
*phanes obstinatè prædicabat. Hæc idem tidentem me-*  
*cum replicans, fortunas meas eiulabam. Quati fo-*  
*tes interdum, & frequenti clamore ianux nostræ*  
*peritrepit. Nec mora, cum magna irruptione pate-*  
*factis ædibus, magistratibus, eorumque ministris,*  
*& turbæ miscellanæ cuncta completa. Statimque*  
*lictos duo de iussu magistratum immissa manu*  
*trahere me sanè non renitentem. Ac dum primum*  
*angiportum insistimus, statim ciuitas omnis in*  
*populum effusa mira densitate nos insequitur. Et*  
*quamquam capite in terram, immò ad ipsos In-*  
*feros iam deiecto, mæstus incederem; obliquato*  
*tamen aspectu rem admirationis maximæ conspi-*  
*cio. Nam inter tot milia populi circumsedentis,*  
*nemo prorsus, qui non risu dirumperetur, ade-*  
*rat. Tandem pererratis plateis omnibus, & in*

modum eorum qui lultralibus piamentis minas  
portentorum hostiis circumforancis expiant, cir-  
cumductus angulatim, forū, eiusque tribunal aſti-  
tuor. Iamque ſublimi ſuggeſtu magiſtratibus reſi-  
dentibus, iam præcone publico ſilentium claman-  
te, repente cuncti conſona voce ſagitant, propter  
cœtus multitudinem, quæ preſſuræ nimia denſi-  
tate periclitaretur, iudicium tantum theatro red-  
deretur. Nec mora, cū paſſim populus procur-  
rens, caueæ conſeptum mira celeritate compleuit;  
aditus etiam, & rectum omne fartim ſtipauerant.  
Plerique columnis implexi, alij ſtatuſ dependuli,  
nonnulli per feneltras & lacunaria ſemiconſpi-  
cui, mirō tamen omnes ſtudio viſendi, pericula ſa-  
lutis negligebant. Tunc me per proſcenium me-  
dium velut quamdam victimam publica mini-  
ſteria perducunt, & orcheſtræ mediæ ſiſtunt. Sic  
ruſſum præconis amplo boatu citatus accuſator  
quidam ſenior exurgit; & ad dicendi ſpatium vaſ-  
culo quodam in vicem coli graciliter ſiſtulato, ac  
per hoc guttatim deſluo, inſuſa aqua, populum ſic  
adorat: Neque parua res, ac præcipuè pacem ciui-  
tatis cunctæ reſpiciens, & exemplo ſerio profutura  
tractatur, Quirites ſanctiſſimi. Quare magis con-  
gruit ſedulò ſingulos atque vniuerſos vos pro dig-  
nitate publica providere, ne nefarius homicida  
tot cædiū lanienam, quam cruentè exercuit, im-  
pune commiſerit. Nec me putetis priuatis ſimulta-  
tibus inſtinctum, odio proprio ſæuire. Sum nam-  
que nocturnæ cuſtodie præfectus: nec in hodie-  
num credo quemquam peruigilem diligentiam  
meam culpæ poſſe. Rem denique ipſam, & quæ  
nocte geſta ſunt, cum fide proferam. Nam cū ſe-  
rè iam tertia vigilia ſcrupuloſa diligentia cuncta  
ciuitatis oſtiatim ſingula cōſiderans circumiremi  
conſpicio iſtum crudeliſſimum iuuenem mucrone  
diſtincto paſſim cædibus operantem; iamque tris  
numero ſæuitia eius interemptos, ante pedes ipſius  
ſpirâtes adhuc corporibus in multo ſanguine pal-  
pitant.

pirantes. Et ipse quidem cōscientia tanti facinoris merito permotus, statim profugit: & in domum quamdam præsidio tenebrarum elapsus, perpetem noctem delituit. Sed prouidentia Deūm, quæ nihil impunitum nocentibus permittit, priusquam iste clandestinis itineribus elaberetur, mane præstolatus, ad grauissimum iudicij vestri sacramentum eum curauit producere. Habetis itaq; reum tot cædibus impiatum, reum coram deprehensum, reum peregrinum. Constanter itaque in hominem alienum ferte sententias de eo crimine, quod etiam in vestrum ciuem seueriter vindicaretis. Sic profatus accusator acerrimus, immanem vocē repressit. Ac me statim præco, si quid ad ea respondere vellem, iubebat incipere. At ego nihil tunc temporis amplius quàm flere poteram, nō tam mehercules truculentam accusationem intuēs, quàm meam miseram conscientiam. Sed tamen oborta diuinitus audacia, sic ad illa: Nec ipse ignoro, quàm sit arduum, trinis ciuim corporibus expositis, eum qui cædis arguatur, quamuis vera dicat, & de factō confiteatur vltro, tamen multitudini tantæ quod sit innocens persuadere. Sed, si paulisper audiētiam publicā mihi tribuerit humanitas, facilē vos edocebo me discrimen capitis nō meo merito, sed rationabilis indignationis euentu fortuito tantam criminis inuidiam frustra sustinere. Nam cū à cæna me serius aliquanto reciperem, potulentus alioquin, quod planē verum crimē non diffitebor, ante ipsas fores hospitij, ad bonū autem Milonem ciuem vestrum deuorto, video quosdam sæuissimos latrones aditum tentantes, & domus ianuas cardinibus obtortis euellere gestientes: claustris quæ omnibus, quæ accuratissimē adfixa fuerant, violenter euulsis, secum iam de inhabitantium exitio deliberantes. Vnus denique & manu promptior, & corpore vastior, his affatibus ceteros incitabat: Heus pueri, inquit, maribus animis, & viribus alacribus dormientes aggrediamur. Omnis contatio,

ignauia omnis faceſſat eſt pectore. ſtricto macro-  
 ne per totam domum caedes ambulet. Qui ſopitus  
 iacebit, trucidetur; qui repugnare tentauerit, feri-  
 tur. Sic ſalui recedemus; ſi ſaluum in domo nemi-  
 nem reliquerimus. Fateor, *Quirites*: extremos la-  
 trones, boni ciuis officium arbitratus, ſimul exi-  
 mie metuens & hoſpitibus meis & mihi, gladiolo,  
 qui me propter huiusmodi pericula comitabatur,  
 armatus, fugare atque proterere aggreſſus ſum. At  
 illi barbari proſus, & immanes homines, neq. fu-  
 gam capeſtunt; & cum me videret in ferro, tamen  
 audaciter reſiſtunt. Dirigitur praeliatis acies. Ipſe  
 denique dux & ſignifer ceterorum, validiſſime vi-  
 ribus aggreſſus, illico manibus ambabus capillo  
 abreptum, ac retro flexum, effligere lapide geſtit.  
 quem dum ſibi porrigi flagitat, certa manu percuſ-  
 ſum feliciter proſterno. Ac mox aliū, pedibus meis  
 mordicus inhaerentem, per ſcapulas icu tempera-  
 to, tertiumque improvide occurrentem, pectore  
 offenſo, perimo. Sic pace vindicata, domoque ho-  
 ſpitis ac ſalute communi proteſta, nō tantum im-  
 punem me, verum etiam laudabilem publice cre-  
 debam fore: qui ne tantillo quidem vniquam cri-  
 mine poſtulat, ſed probe ſpectatus apud meos,  
 inſuper innocentiam commodis cunctis antecule-  
 ram. Nec poſſum reperire, cur iſtius vltionis, qua  
 contra latrones deterrimos commotus ſum, nunc  
 iſtum reatum ſuſtineam; cum nemo poſſit mon-  
 ſtrare, vel priuatas inter nos inimicitias preceſſiſſe,  
 ac ne omnino mihi notos illos latrones vſquam  
 fuiſſe. Vel certe vſta praeda monſtretur, cuius cupi-  
 dine tantū flagitium credatur admiſſum. Haec pro-  
 fatuſ, ruruſum lacrym is obortis, porrectisq. in pre-  
 ces manibus: Per publicam miſericordiam, per pi-  
 gnorum caritatem, maerſtuſ tunc hoſ tunc illoſ de-  
 precabar. Cumque iam humanitate commoroſ,  
 miſericordia fletuū affectoſ omneſ fatiſ crederem:  
 Soliſ & Iuſtitiae reſtatuſ oculoſ, caſuſque pra-  
 ſentem meum commendant Deūm prouidentiaſ,  
 paulo

paulo altius aspectu relato, conspicio prorsum totum populum: risu cachinnabili diffuebāt: nec secus illum bonum hospitem, parentemque meum Milonem risu maximo dissolutum. At tunc sic tacitus mecum, En fides, inquani, en consciētia. Ego quidē pro hospitis salute & homicida sum, & reus capitis inducor: at ille non contentus quod mihi nec adfistendi solatium perhibuit, insuper exitium meū cachinnat. Inter hæc quadam mulier per medium theatrū lacrymosa & flebilis, atra veste contexta, paruulum quemdam sinu tolerans decurrit: ac ponē eam anus alia panis horridis obsita, paribusque mæsta fletibus, ramos oleagineos vtraque quatientes. quæ circumfusa lectulum, quo peremptorum cadauera contexta fuerant, plangore sublato se lugubriter eiulantes: Per publicam misericordiam, per cōmune ius humanitatis, aiur t, miseremini indignē cæforum iuuenum, nostræque viduitati ac solitudini de vindicta solatiū date. Certē paruuli huius in primis annis destituti fortunis succurrite, & de latronis huius sanguine legibus vestris & disciplinæ publicæ litate. Post hæc magistratus qui natu maior, adsurgit, & ad populum talia: De scelere quidem, quod seriō vindicandum, nec ipse qui commisit, potest disiteri: sed vnā tantum subiciua sollicitudo nobis relicta est, vt ceteros socios tanti facinoris requiramus. Nec enī verisimile est hominem solitarium res tam validos euitasie iuuenes. Prohinc tormentis veritas eruenda. Nam & qui comitabatur eum puer, clanculo profugit: & res ad hoc deducta est, vt per quætionem sceleris sui participes indicet: vt tam diræ factionis formido funditis perimatur. Nec mora, cum ritu Græciensi ignis & rota, tum omne flagrorum genus inferuntur. Augetur oppidō, inuimō duplicatūr mihi mæstitia, quod integro saltem mihi mori non licuerit. Sed anus illa, quæ suis fletibus cūcta turbauerat, Prius, inquit, optimi ciues, quam latronem illum miserorum pignorum

meorum peremptorem cruci adfigatis, permittite  
 corpora necatorum reuelari; ut & formæ similis, &  
 ætatis contéplatione magis magisque ad iustam in-  
 dignationem arrecti, pro modo facinoris sæuiatis.  
 His dictis applauditur: & illico me magistratus  
 ipsum iubet corpora, quæ lecto fuerant posita, mea  
 manu detegere. Luétantem me, ac diu renuentem  
 præcedens facinus instaurare noua ostensione, li-  
 btores iussu magistratus quàm instantissimè com-  
 pellunt: manum denique ipsam, e regione lateris  
 tundentes, in exitium suum super ipsa cadauera  
 porrigunt. Euietus tandem necessitate succumbo:  
 & ingratis licet, arrepto pallio, retexi corpora. Dij  
 boni, quæ facies rei? quod monstrum? quæ Fortu-  
 narum mearum repentina mutatio? Quamquam  
 enim iam in peculio Proserpinæ, & Orci familia  
 numeratus, subito in contrariam faciem obstupe-  
 factus hæsi. Nec possum nouæ illius imaginis ra-  
 tioné idoneis verbis expedire. Nam cadauera illa  
 iugulatorum hominum erant tres vtres inflati,  
 variisque secti foraminibus, & , ut vespertinum  
 prælium meum recordabar, his locis hiantes, qui-  
 bus latrones illos vulneraueram. Tunc ille quo-  
 rumdam astu paulisper cohibitus risus, liberè iam  
 exarsit in plebem. Hi gaudij nimietate gratulari;  
 illi dolorem vètris manuum compressione sedare.  
 Et certè lætitia delibuti, meque respectâtes, cuncti  
 a theatro facessunt. At ego, ut primùm illâ læticiam  
 prehenderam, fixus in lapide steti gelidus, nihil se-  
 cius quàm vna de ceteris theatri statuis vel colū-  
 nis. Nec prius ab Inferis emersi, quàm Milo meus  
 hospes accessit. & , iniecta manu, me renitentem,  
 lacrymisque rursùm promicantibus crebrâ singul-  
 tientem clementi violentia secum attraxit: & ob-  
 seruatis viæ solitudinibus per quosdam amfractus  
 domum suam perduxit: mæstunæque me, atque  
 etiam tunc trepidum variis solabatur affatibus. Nec  
 tamen indignationem iniuriæ, quæ inhæserat al-  
 sius meo pectori, vllò modo permulcere quiuit.

Ecce

Ecce illico etiam magistratus ipsi cum suis insignibus domum nostram ingressi, talibus me monitis delinire gestiunt: Neque tuæ dignitatis, vel etiam profapiæ tuorum ignari sumus, Luci domine, nam & prouinciam totam inclytæ vestræ familiæ nobilitas complectitur. Ac ne istuc, quod vehementer ingemiscis, cõtumeliæ causa perpeßus es. Omnem igitur de tuo pectore præsentem tristitudinẽ mitte & angorem animi depelle. Nam lusus iste, quẽ publicẽ gratissimo deo Risui per annua reuerticula solemniter celebramus, semper commeti nouitate florescit. Iste deus auctorem suum propitius ubiq. comitabitur amanter, nec vñquam patietur vt ex animo doleas; sed frontem tuam serena venustate lætabit assiduẽ. At tibi ciuitas omnis pro ista gratia honores egregios offeret. Nam & patronũ scripsit, &, vt in ære stet imago tua decreuit. Ad hæc dicta sermonis vicem refero. Tibi quidẽ, inquam, splẽdidissima & vnica Theßaliæ ciuitas, honorum talium parem gratiam memini. Verũm statuas & imagines dignioribus, meisq. maioribus reseruare suadeo. Sic pudenter allocutus, & paulisper hilare vultu renidens, quãtumq. poteram lætiorẽ me refingens, comiter abeuntes magistratus appello. Et ecce quidam intrò currens famulus, Rogat te, ait, tua parens Byrrhena, & cõiuij cui te serò desponderas, iam appropinquantis admonet. Ad hæc ego formidans, & procul perhortescens etiã ipsam domum eius, Quã vellem, inquam, parens iussis tuis obsequium commodare, si per fidem liceret id facere. Hospes enim meus Milo per hodierni diei præsentissimum numen adiutans effecit, vt eius hodiernæ cænæ pignerãter: nec ipse discedit, nec me digredi patitur. Proin epulare vadimoniũ differamus. Hæc adhuc me loquẽte, manu firmiter iniecta Milo, iussis balnearibus adsequi, producit ad lauerum proximũ. At ego vitas oculos omnium, & quem ipse fabricaueram, risum obuiorũ declinans, lateri eius adambulabam obtectus. Nec quĩ

lanerim, quî terferim, quî domum rursum reuert-  
 rim, præ rubore memini. Sic omnium oculis, nuti-  
 bus, ac denique manibus denotatus, impos animi  
 stupebam. Raptim deniq. paupertina Milonis ca-  
 nula perfunctus, causatusque capitis acrem dolo-  
 rem, quem mihi lacrymarû adûduiras incussierat,  
 cubitum venia faciliè tributa concedo. Et abiectus  
 in lectulo meo, quæ gesta fuerant singula mæstus  
 recordabar. quoad tandem Fotis mea, domina suæ  
 rubitu procurato, sui longè dissimilis aduenit. Non  
 ex læta facie, nec sermone dicaculo, sed vultuosam  
 frontem rugis insurgentibus affleuerabat. Contan-  
 ter ac timidè denique sermone prolato, Ego, in-  
 quit, ipsa confiteor vltro, ego tibi causa huius mo-  
 lestiæ fui. Et cum dicto lorum quempiam sinu suo  
 depromit, mihiq. porrigens, Cape, inquit, oro te,  
 de perfida muliere vindictâ: immò verò licet maius  
 quoduis supplicium sume. Nec tamen me putes,  
 oro, sponte angorem istum tibi concinnasse. Dij  
 mihi melius, quàm vt mei causa vel tâtillum scrup-  
 ulum patiare. Ac si quid aduersi tuum caput respi-  
 cit, id omne protinus meo Inatur sanguine. Sed  
 quòd alterius rei causa facere iussa sum, mala quæ-  
 dam mea fors in tuâ recidit iniuriam. Tunc ego fa-  
 miliaris curiositatis admonitus, factiq. causam  
 delitescentem nudari gestiens, suscipio: Omnium  
 quidem nequissimus, audacissimûque lorus iste,  
 quem tibi verberanda destinasti, prius à me concis-  
 sus atque laceratus interibit ipse, quàm tuam plu-  
 meam lacteamque cõtingat cutem. Sed mihi cum  
 fide memora, quòd tuum factum scruitas conse-  
 cuta in meum conuertit exitiû. Adiuro enim tuum  
 mihi carissimum caput, nulli me prorsus, ac ne tibi  
 quidem ipsi adseueranti posse credere, quòd tu  
 quidquam in meam cogitaris perniciem. Porro  
 meditatus innoxios casus incertus, vel etiam ad-  
 uersus culpe non potest adicere. Cum isto sine ser-  
 monis oculos Fotidis meæ vdos ac tremulos, &  
 prona libidine mæcidos, iamiamque semiadopert-  
 tulos



rulos admissis & forbillantibus suauis sitienter  
 hauriebant. Sic illa latitia recreata, Patere, inquit,  
 ero, prius fores cubiculi diligenter occludam; ne  
 sermonis elapsi profana petulãtia cõmittam gran-  
 de flagitium. Et cum dicto pessulis iniectis, & vn-  
 cino firmiter immisso, sic ad me reuersa, colloque  
 meo manibus amhabus implexa, voce tenui, &  
 admodũ diminuta: Paueo, inquit, & formido so-  
 lidẽ domus huius operta detegere, & arcana do-  
 minæ meæ reuelare secreta. Sed melius de te, do-  
 ãtrina quæ tua præsumo; qui præter generosam na-  
 talium dignitatem, præter sublime ingeniũ, sacris  
 pluribus initiatus, nosti sanctã silentij fidem. Quæ-  
 cunque igitur commiserõ huius religiosi pectoris  
 tui penetralibus, semper hæc intra conspectũ clausa  
 custodias oro; & simplicitatem relationis meæ, te-  
 nacitate taciturnitatis tuæ remunerare. Nam me,  
 quæ sola mortalium noui, vis amoris, quo tibi te-  
 neor, indicare compellit. Iam scies omnem domus  
 nostræ statum: iam scies dominæ meæ miranda  
 secreta; quibus obaudiunt Manes, turbãtur sidera,  
 coguntur numina, seruiunt clemẽta. Nec vñquam  
 magis artis huius violentia nititur, quàm cum sci-  
 tulae formulæ iuuenem quempiam libèter aspexit.  
 quod quidem ei solet crebriter euenire. Nũc etiam  
 adulescentem quemdam Boëtium summẽ deco-  
 rum efflictim deperit, totius quæ artis manus, ma-  
 chinas omnes ardentè exerceat. Audiui vesperi,  
 meis his, inquam, auribus audiui, quod, ni celerius  
 Sol celo ruisset, nocti quæ ad exercendas illecebras  
 magiæ maturius cessisset, ipsi Soli nubilam caligi-  
 nem & perpetuas tenebras comminantem. Hunc  
 iuuenem, cum è balneis rediret ipsa, tonstrinæ resi-  
 dent: i herberna die fortè conspexit: ac me capil-  
 los eius, qui iam cade cultrorum defecti humi ia-  
 cebant, clanculo præcepit ferre. Quos me sedulo  
 furtim quæ colligentem tonsor inuenit; &, quod  
 alioqui publicitus maleficæ disciplina perinfames  
 sumus, arreptã inclementer increpat: Tu ne vltima  
 non

non cessas subinde lectorum iuuentū capillamenta surripere? Quod scelus nisi tandem defines, magistratibus te constanter obiiciam. Et verbum factō secutus, immisā manu scrutatus ē mediis papillis meis iam capillos absconditos, iratus arripuit. Quo gesto grauitē affecta, mecumque reputans dominæ meæ mores, quod huius rei repulsa satis acriter commoueri, meque verberare sauisimē consueuit; iam de fuga consilium tenebam: sed istud quidem tui cōtemplatione abiēci statim. Verūm cūm tristis iade discederem, ne prorsus vacuis manibus redirem; conspicio quemdam forficulis attondentem caprinos vtres. Quos cūm probē constrictos, inflatosque, & iam pendentes cernerem; capillos eorum humi iacentes, flauos, ac per hoc illi Bæotio iuueni cōsimiles, plusculos aufero: eosque dominæ meæ, dissimulata veritate, trado. Sic noctis igitur, priusquā cæna te reciperes, Pamphile mea, iam vecors animi, tectum scindulare conscendit, quod altrinsecus ædiū patore perflatili nudatum, ad omnis orientales ceterosque aspectus peruium, maxime his artibus suis commodum secretò colit. Priusque apparatu solito instruxit feralem officinam, omne genus aromatis, & ignorabiliter laminis literatis, & infeliciū nauium duranti- bus clauis defletorum, sepulcorum etiam, cadauerum expositis multis admodum membris. hic nates & digiti, illic carnosī clauī pendentium; alibi trucidatorum seruatus cruor, & extorta dentibus ferarum trunca caluaria. Tunc decantatis spirantibus fibris, litat vario latice. nunc rore fontano, nunc lacte vaccino, nunc melle montano. libat & mulsa. Sic illos capillos in mutuos nexus obditos, atque nodatos, cū multis odoribus dat viuis carbonibus adolendos. Tunc protinus inexpugnabili Magicæ disciplinæ potestate, & cæca nūmī coactorum violentia, illa corpora quorum fumabant tridentes capilli, spiritum mutuuntur humanum, & sentiunt, & audiunt, & ambulant: & qua nidor suarum

suarum ducebat exuuiarum veniant; & , pro illo  
 iuvene Bœotio aditum gestientes , fores infillunt.  
 Cum ecce crapula madens , & obscuræ noctis de-  
 ceptus caligine, audacter mucrone districto, in in-  
 sani modum Aiacis armatus , non vt ille viuis pe-  
 coribus infestus, tota laniauuit armenta; sed longè  
 fortius , qui tres inflatos caprinos vtres exanima-  
 sti: vt ego te prostratis hostibus sine macula san-  
 guinis, nō homicidam nunc, sed vtrucidam ample-  
 cterer. Ac sic lepidò sermone Fotidis inuicem ca-  
 uillatus, Ergo igitur iam & ipse possum, inquam,  
 mihi primam istam virtutis adorem, ad exēplum  
 duodeni laboris Herculei numerare, vel trigemino  
 corpori Geryonis , vel triplici formæ Cerberi toti-  
 dem peremptos vtres coꝝquādo. Sed vt ex animo  
 tibi volens omne delictum, quo me tantis angori-  
 bus implicasti, remittam; præsta quod summis vo-  
 tis expostulo: & dominam tuā, cum aliquid huius  
 diuinæ disciplinæ molitur, ostende: cum Deos in-  
 uocat; certè eam reformatam videā. Sum namque  
 corām Magiæ noscendæ ardentissimus cupitor.  
 quamquam mihi nec ipsa tu videre talium rerum  
 rudis, vel expers. Scio istud, & planè sentio; cum,  
 semper alioqui spretorem matronalium ample-  
 xuum, sic tuis istis micantibus oculis, & rubenti-  
 bus bucculis, & renidentibus crinibus, & hianti-  
 bus osculis, & flagrantibus papillis, in seruilem mo-  
 dum addictum, atque mancipatum teneas volen-  
 tem. Iam denique nec Larem requiro, nec domui-  
 tionem paro, & nocti isti nihil antepono. Quam  
 vellem, inquit illa, præstare tibi ò Luci, quod cupis:  
 sed propter inuidos mores, in solitudinem semper  
 abstrusa, & omniū præsentia viduata solet secum  
 huiusmodi perficere. Sed tuum postulatum præpo-  
 nam periculo meo, idque obseruatis opportunis  
 temporibus sedulò perficiam; modò, vt initio præ-  
 fata sum, rei tantæ fidem silentiumque tribue. Sic  
 nobis gannientibus libido mutua & animos simul  
 & membra suscitāt. omnibus abiectis amiculis,  
 lactans

hactenus donique iuncti bacchamur in veneremur  
 cum quidem mihi iam fatigato de propria liberali-  
 tate Fortis puerile obtulit corollarium. Iamque lu-  
 minibus meis vigilia marcidis infusus sopor, etiam  
 in alium diem nos attinuit. Ad hunc modum trans-  
 actis voluptarie paucis noctibus, quadam die per-  
 cita Fortis, ac satis trepida me accurrit: indicatque  
 dominam suam, quod nihil etiam tunc in suos amo-  
 res ceteris artibus promoueret, nocte proxima in  
 suam sese plumaturam, atque ad suum cupitum  
 sic deuolaturam: proin memet ad tantæ rei specu-  
 lam cautè præpararem. Iamque circa primam no-  
 ctis vigiliam, ad illud superius cubiculum suspensio  
 & insono vestigio me perducit. Ipsa per rimam  
 ostiorum quampiam iubet spectare: quæ sic gesta  
 sunt. Iam primùm omnibus laciniis se deuexit  
 Pamphile, & arcula quadam reclusa, pyxides plus-  
 culas iude depromit. de quibus vnus operculo re-  
 moto, atque indidè egesta unguedine, diuque pal-  
 mulis suis adfricata, ab imis unguibus sese totam  
 adusque summos capillos perlinit: multumque cum  
 lucerna secretò collocuta, membra tremulo suc-  
 cussu quatit. Quis leuiter fluctuantibus, promicant  
 molles plumulæ, crescunt & fortes pinnulæ, dura-  
 tur nasus incuruus; cognuntur ungues adanci. sic  
 bubo Pamphile. Sic, edito stridore querulo, iam sui  
 periclitabunda paulatim terra resultat; mox in al-  
 tum sublimata, forinsecus totis alis euolat. Et illa  
 quidem magnis suis artibus volens reformatur. At  
 ego nullo decantatus carmine, præsentis tantum  
 facti stupore defixus, quiduis aliud magis videbat  
 esse quam Lucius. Sic exterminatus animi attoni-  
 tus in amentiam, vigilans somniabam: defrictis  
 adeo diu pupillis, an vigilarem scire quærebam.  
 Tandem denique reuersus ad sensum præsentium,  
 arrepta manu Fortidis, & admota meis luminibus,  
 Patere, oro te, inquam, dum dicat occasio, magno  
 & singularis me affectionis tuæ fructu perfrui; &  
 impartire nobis unctulum indidem, per istas tuas  
 papil-

papillas, mea mellirula: tuumque mancipium ir-  
 numerabili beneficio sic tibi perpetuo pignera; ac  
 iam perfice, ut mee Veneris Cupido pinnatus assi-  
 stam tibi. An, inquit, vulpinaris amasio, meque  
 sponte asciam crutibus meis illidere compellis? sic-  
 cine me vix à lupis conferuo Thessalis? Hunc ali-  
 tem factum vbi queram? videbo quando? A me  
 scelus istud depellat cælités, inquam: ut ego quam-  
 vis ipsius aquilæ sublimis volatibus toto cælo per-  
 uisus, & supremi Iouis certus nuntius, vel lætus ar-  
 miger, tamen non ad meum nidulum post illam pin-  
 narum dignitatem subinde deuolem? Adiuro per  
 dulcem istum capilli tui nodulum, quo meum vin-  
 xisti spiritum, me nullam aliam mee Fortidi malle.  
 Tunc etiam istud meis cogitationibus occurrit,  
 cum semel aue talé perunctus induero, domus om-  
 nis procul me vitare debere. Quam pulcro enim,  
 quamque festiuo matronæ perfruetur amatore bu-  
 bone? Quid! quod istas nocturnas aues, cum pene-  
 trauerint Larem quempiam, sollicitè prehenas fo-  
 ribus videmus adangi; ut, quod infaustis volatibus  
 familiæ minantur exitium, suis luant cruciatibus.  
 Sed, quod sciscitari pænè præteritui, quo dicto, fa-  
 ctoue rursus exutis pinnulis illis, ad meum redi-  
 bo Lucium? Bono animo es, quod ad huius rei cu-  
 ram pertinet, ait. Nam mihi domina singula mon-  
 strauit, quæ possunt rursus in facies hominum ta-  
 les figuras reformare. Nec istud factum putes vlla  
 beniuolentia, sed ut ei redeunti medela salubri  
 possent subsistere. Specta denique quam paruis,  
 quamque futilibus tanta res procuretur herbulis.  
 Anethi modicum cum lauri foliis immixtum rore  
 fontano datur lauacrum, & poculum. Hæc idem-  
 tidem adseuerans, summa cum trepidatione irre-  
 pit cubiculû, & pyxidè depromit arcula. Quam ego  
 amplexus, ac deosculatus prius, utq. mihi prospere  
 faueret volatibus deprecatus, abiectis prope-  
 laciniis totis, auidè manus immersis; &, hauritoplu-  
 sculo vincto corporis mei mēbra perficui. Iamque  
 æternis

alteris conatibus libratis brachiis, in auem similiem gestiebam. Nec vllæ plumulæ, nec vsquam pinula; sed planè pili mei crassantur in setas, & cutis tenellâ duratur in corium; & in extimis palmulis, perditio numero, toti digiti coguntur in singulas vngulas; & de spinæ meæ termino grandis caudâ procedit. Iam facies enormis, & os prolixum, & nares hiantes, & labiæ pèdulæ. Sic & aures immodicis horripilat auctibus. Nec vllum miseræ reformationis video solatium, nisi quod mihi iam nequeunti tenere Fotidem, natura crescebat. Ac dum salutis inopia cuncta corporis mei cõsiderans, non auem me, sed asinum video. Querens de facto Fotidis, sed iam humano gestu simul & voce priuatus, quod solum poteram, postrema deiecta labia, humidis tamen oculis obliquum respiciens, ad illam tacitus exostulabam. Quæ vbi me primùm talem aspexit, percussit faciem suam manibus infestis: & Occisa sum misera, clamauit. Me trepidatio simul & festinatio fefellit, & pyxidum similitudo decepit. Sed bene, facilior quòd reformationis huius medela suppeditat. Nam rosis tatum demorsificatis exhibis asinum, statimque in meum Lucium postliminiò redibis. Atque vtinam de more vesperi parassem nobis corollas aliquas, nec moram talem patereris vel noctis vnius. Sed primo diluculo remedium festinabitur tibi. Sic illa mærebat. Ego verò quamquam perfectus asinus, & pro Lucio iumetum, sensum tamen retinebam humanum. Diu denique ac multum mecum ipse delibetaui, an nequissimam facinorosissimamque feminam illam spissis calcibus feriens, & mordicùs appetens necare deberem. Sed ab incepto temerario melior me sententia reuocauit; ne morte multata Fotide, salutes mihi suppetias rursus extinguerem. Deiecto itaque & quassanti capite, ac demulsata temporali contumelia, durissimo casui meo seruiens, ad equum illum vectorem meum probissimum in stabulum concedo: vbi aliam etiam Milonis

lonis quondam hospitis mei asinum stabulantem inueni. Atque ego rebar, si quod in esset mutis animalibus tacitum ac naturale sacramentum, agnitione ac miseratione quadam inductum equum illum meum, hospitium ac loca lautia mihi præbaturum. Sed, præ Jupiter Hospitalis, & Fidei secreta numina! præclarus ille vector meus cum asino capita conferunt, in meamque perniciem illico consentiunt: &, verentes scilicet cibariis suis, ut me præsepio videre proximam, deiectis auribus iam turentes, infestis calcibus insequuntur. & abigor quam procul ab ordeo quod apposueram vesperi meis manibus illi gratissimo famulo. Sic affectus, atque in solitudinem relegatus, angulo concesseram stabuli. Dumque de insolentia collegarum meorum mecum cogito, atque in alterum diem auxilio rosario Lucius de nouo futurus, equi perfidie vindictam meditor; respicio pilæ mediæ, quæ stabuli trabes sustinebat, in ipso ferè meditullio Eponæ deæ simulacrum residens ædiculæ, quod accuratè corollis roseis equidem recētibus fuerat ornatum. Deniq. agnito salutari præsidio, pronus spei, quantum extensis primoribus pedibus adniti poteram, insurgo valide: & ceruice prolixa nimium, & porrectis labiis, quanto maximè nisu poteram, corollas appetebam. Quod me pessima scilicet sorte conantem, seruulus meus, cui semper equi cura fuerat mandata, repente conspiciens, indignatus exurgit; &, Quo usque tandem, inquit, catherium patiemur istum, paulo antè cibariis iumentorum, nunc etiam simulacris Deorum infestum? Quin iam ego istum sacrilegum, debilem claudumque reddam. Et, statim telum aliquod quærens inuenire, fascem lignorum positum offendit; rimatusque frondosum fustem cunctis vastiorem, non prius miserum me tondere desiit, quam sonitu vehementi, & largo strepitu percussis ianuis, trepido etiam sumote viciniæ conclamatis latrones, profugit territus. Nec mora, cum vi patefactis ædibus, globus latronum

inuadit omnia, & singula domus membra cingit armata factio: & auxiliis hinc inde cōuolantibus, obsistit occurfus hostilis. Cuncti gladiis ac facibus instructi noctem illuminant. coruscant in modum ortiui Solis, ignis & mucro. Tunc horreum quoddam satis validis clausuris obseptum, obferatumq̄, quod mediis ædibus constitutum gazis Milonis fuerat refertum, securibus validis aggressi diffundūt. Quo passim recluso rotas opes vehūt: raptimq̄ constrictis sarcinis singuli partiuntur. Sed gestaminum modus numerum gerulorum excedit. Tunc opulentia nimia nimio ad extremas incitas deducti, nos duos asinos, & equum meum, productos è stabulo, quātum possunt grauioribus sarcinis onerant, & domo iam vacua minantes baculis exigūt: vnoq̄ue de locis ad specularandum, qui de facinoris inquisitione nuntiaret, relicto, nos crebro tundentes per auia montium ducunt cōcitos. Iamq̄ue rerum tantarum pondere, & montis ardui vertice & prolixo satis itinere, nihil à mortuo differebam. Sed mihi serò quidem, sedulo tamen subuenit ad auxilium ciuile decurrere, & interposito venerabilis Principis nomine, tot ærumnis me liberare. Cū denique, iam luce clarissima, vicum quempiam frequentem & nundinis celebrem præteriremus, inter ipsas turbellas Græcorum, gemino sermone nomen augustum Cæsaris inuocare tentauit & O quidem tantum disertum ac validum clamitauit: reliquū autem Cæsaris nomen enuntiare non potui. Aspernati latrones clamorem absōnū meū, credentes hinc inde miserum corium, nec cribris iam idoneum relinquunt. Sed tandem mihi inopinatam salutem Iupiter ille tribuit. Nam dum multas villulas & casas amplas præterimus, hortulum quemdam prospexi satis amœnum; in quo præter ceteras gratas herbulas, rose virginis matutino rore florebat. His inhians, & spe salutis alacer ac letus, propius accessi. Dumq̄ue iam labiis vndantibus affecto, consilium me subit longè salubrius:

ne, si



ne, si rursus a sino remoto prodirem in Lucium, euidens exitium inter manus latronum offenderem, vel artis Magicæ suspicione, vel indicij futuri criminatione. Tunc igitur à rosis, & quidem necessario, temperavi: & casum præsentem tolerans, in asini faciem fœna rodebamus.

L. APVLEII

## METAMORPHOSEON

SIVE

## DE ASINO AVREO

LIBER QVARTVS.

**D**IEM fermè circa medium, cùm iam flammantia Solis caleret, in pago quodam apud notos ac familiares latronibus senes devertimus: sic enim primus aditus & sermo prolixus, & oscula mutua quamuis asino, sentire præstabat. Nam & rebus eos quibusdam dorso meo depromptis munerabantur: & secretis gannitibus, quòd essent latrocinio partæ, videbatur indicare. Iamquæ nos omni sarcina læuigatos, in pratium proximum passim libero pastui tradidere. nec me cum asino vel equo meo compascuus cœtus attrinere potuit, adhuc insolitum alioqui prandere fœnum. Sed planè ponè stabulum prospectum hortulum iam fame perditus sidenter innado: & quamuis crudis oleribus, affatim tamen ventrem sagino. Deosque conprecatus omnes, cuncta prospectabam loca, sicubi forte conterminis in locis tandem reperirem rosarium. Nam & ipsa solitudo iam mihi bonam fiduciam tribuebat, si deuius & protectus, absconditus, sum pro remedio, de iumentum quadrupedis incuruo gradu tursam erectus in hominem, inspectate nullo, resurgerem. Ergo igitur cùm in isto cogitationis

falo fluctuarem, aliquanto longius video frondosi nemoris conuallem vmbrosam; cuius inter varias herbulas & latissima viteta, fulgentium rosarum niueus color tenitebat. Iamque apud mea non vsquequaque ferina præcordia, Veneris & Gratiarú lucum illum arbitrabar: cuius inter opaca secreta, floris genialis regius nitor relucebat. Tunc inuocato hilario atque prospero Euentu, cursu me concito proripio; vt herculè ipse sentirem non asinum me, verumetiam equú currulem nimia velocitate refectum, Sed agilis atque præclarus ille conatus Fortunæ meæ sæuitatem anteire non potuit. Iam enim loco proximus, non illas rosas teneras & amœnas, madidas diuini roris & nectaris, quas rubi felices, beatæ spinæ, generant, at ne conuallem quidem vsque iam, nisi tantum ripæ fluuialis marginem densis arboribus septam video. Hæ arbores in lauri faciem prolixè foliatæ, pariunt in modum floris inodori porrectos caliculos modicè punicantes: quos equidem fragrantis, minimè ruræstri vocabulo vulgus indoctum rosas laureas appellant; quarumque cuncto pecori cibus letalis est. Talibus fatis implicitus, etiã ipsam Salutem recusans, sponte illud venenû rosarium fumere gestiebam. Sed dum contanter accedo decerpere, iuuenis quidam, vt mihi videbatur, hortulanus, cuius omnia prorsus olera vastaueram, tanto damno cognito, cum grandi baculo furens decurtit; arreptumque me totum plagis obtundit adusque vitæ ipsius periculum: nisi tandem sapienter alioquin ipse mihi tulisset auxilium. Nam lumbis eleuatis in altum, pedum posterioribus calcibus iactatis in eum crebriter, iam multato grauiter, atque iacente contra procliuem mōtis attigui, fuga me liberaui. Sed illico mulier quæpiam, vxor eius scilicet, simul eum prostratum & semianimem ex edito despexit, eiulabili cum plangore ad eum statim prosilit; vt sui videlicet miseratione mihi præsens crearet exitium. Cuncti enim pagani fletibus eius exciti, statim clamant

clamant canes, utque ad me laniandum rabie perciti ferrent impetum, passim cohortantur. Tunc igitur proculdubio iam morti proximus, cum viderem canes modo magnos, & numero multos, & utris ac leonibus adcompugnandum idoneos, in me convocatos exasperari; e re nata capto consilio, fugam desino, ac me retrorsus celeri gradu rursus in stabulum, quo deverteramus, recipio. At illi canibus iam aegre cohibitis, arreptum me, loro quam valido ad ansulam quamdam destinatum rursus cecidendo confecerunt profecto: nisi dolore plagarum aluus artata, crudisque illis oleribus abudans, & lubrico fluxu faucia, fimo fistulatim excussio, quosdam extremi liquoris aspergine, alios putore nidoris fetidi a meis iam quasi scapulis abegissem. Nec mora, cum iam in meridiem prono iubare, rursus nos, & precipue me longe grauius onustum producunt illi latrones stabulo. Iamque confecta bona parte itineris, & via spatio defectus, & sarcinæ pondere depressus, ictibusque fustium fatigatus, atque etiam ungulis extritis iam claudus & titubans, riuulum quemdam serpentis leniter aquæ propè insistens, subtilem occasionem feliciter nactus, cogitabam totum memet flexis scite cruribus pronum abiicere; certus atque obstinatus, nullis verberibus ad egrediendum exurgere: immo etiam paratus non fusti tantum, sed machæra percussus occubere. Rebat enim iam me profus exanimatum ac debilem mereri causariam missionem: certe latrones partim impatiëntia moræ, partim studio festinæ fugæ, dorsi mei sarcinam duobus ceteris iumentis distributuros, meque in altioris vindictæ vicem, lupis & vulturis prædam relicturos. Sed tam bellum consilium meum præuertit Sors deterrima. Namque ille alius asinus, diuinato & accepto meo cogitatu, statim e mentita lassitudine, cum rebus totis offunditur: iacensque in mortuum non fustibus, non stimulis, ac ne cauda quidem & auribus, cruribusque vndiqueuersum eleuatis ten-

tauit exurgere; quoad tãdem postumã spei fatiga-  
 ti, secumq; collocuti, ne rãdiu mortuo, inmodò verò  
 lapideo asino seruientes fugam morarẽtur, sarcinis  
 eius mihi equoq; distributis, districto gladio popli-  
 tes eiustotos amputant. Ac paululũ à via retractũ,  
 per altissimũ præceps in vallem proximam etiam  
 nunc spirantem præcipitant. Tunc ego miseri com-  
 militonis mei Fortunam cogitãs, statui iam dolis  
 abiectis & fraudibus, asinum me bonã frugi do-  
 minis exhibere. Nam & secum eos animaduerte-  
 ram colloquentes, quod in proximo nobis esset  
 habenda mansio, & totius viã finis quieta; eo-  
 rumq; esset sedes illa & habitatio. Clementi de-  
 nique transmissõ cliuulo, peruenimus ad locum  
 destinatum. Vbi rebus totis dissolutis, atque intus  
 conditis, iam pondere liberatus, lassitudinem, vice  
 lauacri, pulueris volutatibus digerebam. Res ac  
 tempus ipsum locorum & speluncã illius, quam  
 latrones inhabitabant, descriptionem exponere  
 flagitant. Nam & meum simul periclitabor inge-  
 nium: & faxo vos quoque, an mente etiam sen-  
 suq; fuerim asinus, sedulo sentiat. Mons horri-  
 dus, siluestribusq; frondibus umbrosus, & impr-  
 mis altus fuit. Huius per obliqua deuexa, quã faxis  
 asperissis & ob id inaccessis cingitur, cõualles la-  
 cunose cauatq; nimium, spinetis aggeratã, & qua-  
 qua uersus repositã, naturalem tutelam præbentes  
 ambiebant. De summo vertice fons assilucus bullis  
 argentibus scaturibat, perq; prona delapsus euo-  
 mebat vndas argenteas. iamque riulis pluribus  
 dispersus, ac valles illas amnibus stagnantibus ir-  
 rigans, in modum stipati maris, vel ignaui fluminis  
 cuncta cohibebat. Insurgit speluncã quã margines  
 mótantẽ desinunt, turris arduo caule firma, solidis  
 eratibus, ouili stabulatione cõmoda, porrectis vn-  
 dique lateribus. Ante fores exigui tramites, vice  
 structi parietis, attenduntur. ea tu, bono certè meo  
 periculo, latronum dixeris atria. Nec iuxta quid-  
 quam, quã parua casula cannulis temere con-  
 tecta:

recta: quo speculatores è numero latronum, ut  
 postea comperi, sorte ducti noctibus excubabant.  
 Ibi cum singuli direpsissent, stipatis artibus, nobis  
 ante ipsas fores loro valido destinatis, animum quam-  
 dam curuatam graui senio, cui soli salus atque tu-  
 tela tot numero iuuenum commissa videbatur, sic  
 intexi compellabatur: Etiam ne tu busti cadauer ex-  
 tremum, & vitæ dedecus primum, & Orci fastidium  
 solum, sic nobis otiosa domi residens lusitabis? nec  
 nostris tam magnis, tamque periculosis laboribus  
 solatium de tam sera refectioe tribues? quæ die-  
 bus ac noctibus nil quidquam rei quam merum  
 fauienti ventri tuo soles auiciter ingurgitare. Tre-  
 mens ad hæc & strideti vocola pauida sic anus: At  
 xobis, fortissimi fidelissimique mei sospitatores iu-  
 uenes, affatim cuncta suauis sapore percocta pul-  
 menta præsto sunt, panis numerosus, vinum probè  
 calicibus effricatis affluenter immissum, &, ex  
 more, calida tumultuario lauacro vestro prepara-  
 ta. In fine sermonis huius, statim sese deuestiunt:  
 nudati que, & flammæ largissimæ vapore recreati,  
 calida que perfusi, & oleo peruncti, mensas dapibus  
 largiter intructas accumbunt. Commodum cubue-  
 rant: & ecce quidam longe plures numero iuuenes  
 adueniunt alij, quos incontanter adæque latrones  
 arbitrarere. Nam & ipsi prædas aureorum argenteo-  
 rumque nummorum, ac vasculorum, vestis que fe-  
 ricæ & intexte filis aureis inuehebant. Hi simili la-  
 uacro refecti, inter foros sociorum sese reponunt:  
 nunc sorte ducti, ministerium faciunt. Estur ac po-  
 tatur, pulmentis aceruatim, panibus aggeratim,  
 poculis agninatim ingestis. Clamore luant, stre-  
 pitu cantillant, conuiciis iocantur: ac iam cetera  
 semiferis Lapithis Thebanis, Centaurisque similia.  
 Tunc inter eos vnus, qui robore ceteros anteibat,  
 Nos quidem, inquit, Milonis Hypatini domum  
 fortiter expugnauimus. Præter tantæ Fortunæ  
 copiam, quam nostra virtutis naesti sumus, & in-  
 solium numero castra nostra petiuimus: &, si  
 quid

quid ad rem, octo pedibus auctiores remeauimus. At vos qui Bœotias vrbes appetistis, ipso duce vestro fortissimo Lamatho diminuti, debilem numerum reduxistis: cuius salutem meritò sarcinis istis, quas aduexistis, omnibus certè antetulerim. Sed illum quidem vtcunque nimia virtus sua peremit. Inter inclytos reges ac duces præliorum tanti viri memoria celebrabitur. Enim vos bonæ frugi latrones inter furta parua atque seruilia, rimidiculè per balneas & aniles cellulas reptantes, scrutariam facitis. Suscipit vnus ex illo posteriore numero: Tùne solus ignoras, longè faciliores ad expugnandum domus esse maiores? quippe, quòd licet numerosa familia latis deuerferet ædibus, tamè quisque magis suæ salutis quàm domini consulat opibus. frugi autem & solitarij homines Fortunam parua, vel certè satis amplam dissimulanter obtectam, protegunt acrius, & sanguinis sui periculo muniunt. Res ipsa denique fidem sermoni meo dabit. Vix enim Thebas Heptapylos accessimus, quod est huic disciplinæ primarium studium: sed, dum sedulò Fortunam inquirebamus popularem, nec nos denique latuit Chryseros quidam numularius, copiosæ pecuniæ dominus; qui metu officiorum ac munerum publicorum, magnis artibus magnam dissimulabat opulentiam, denique solus ac solitarius parua, sed satis munita, domuncula contentus, pauperos alioquin ac sordidus, aureos folles incubabat. Ergo placuit, ad hunc primum ferremus aditum; vt contempta pugna manus vnice, nullo negotio cunctis opibus otiosè potiremur. Nec mora, cum noctis initio foribus eius præstolamur: quas nec subleuare, neque dimouere, ac nec perfringere quidem nobis videbatur; ne valuarum sonus cunctam viciniam nostro suscitaret exitio. Tunc itaque sublimis ille vexillarius noster Lamathus, spectata virtutis suæ fiducia, quæ clauis immittendæ foramen patebat sensim immittit manu, claustrum euellere gestiebat. Sed dudum scilicet omnium bipedum

pedum nequissimus Chryseros, vigilans, & singula rerum sentiens, lenem gradum & obnixum silentium tolerans, paulatim adrepat; grandi que clauo manum ducis nostri repete nifu fortissimo ad ostij tabulam offigit: & exitiabili nexu patibulum relinquens, gurgustioli sui tectum ascendit; atque inde contentissima voce clamitans, rogans que vicinos, & vnumquemque proprio nomine ciens, & salutis communis admonens, diffamat incendio repentino domum suam possideri. Sic, vnusquisque proximi periculi confinio territus, suppetiatum decurrunt anxij. Tunc nos in ancipiti periculo constituti, vel opprimendi nostri, vel deserendi socij, medium e re nata validum eo volente comminiscimus. Antesignani nostri partem, qua manus humerum subit, ictu per articulum medium temperato, prorsus abscidimus; atque ibi brachio relicto, multis laciniis offulto vulnere, ne stillæ sanguinis vestigijs proderent, ceterum Lamathum raptim reportamus. Ac dum trepidi regionis urgemur graui tumultu, & instantis periculi metu terremur ad fugam; nec vel sequi properè, vel remanere tutò potest: vir sublimis animi, virtutis que præcipuus, multis nos affatibus, multis que precibus quærens adhortatur, Per dextram Martis, per fidem sacramenti, bonum commilitonem cruciatu simul & captiuitate liberaremus. Cur enim manu, qua rapere & iugulare sola posset, fortem latronem superuiuere? Sat se beatum, qui manu socii volens occumberet. Cumque nulli nostrum spontale parricidium suadens, persuadere posset: manu reliqua sumtum gladium suum, diuque deosculatus, per mediū pectus ictu fortissimo transfudit. Tunc nos magnanimi ducis vigore venetato, corpus reliquum veste linea diligenter conuolutum, mari celandum commisimus. Et nunc iacet noster Lamathus elemento toto sepultus. Et ille quidem dignum virtutibus suis vitæ terminum posuit. Enimvero Alcimus solertibus cæptis, tamen

men seum Fortunæ nutum non potuit abducere. Qui cum dormiētis anus perfractō tuguriolo conscendisset cubiculum superius, iamque protinus obliſis faucibus interſtinguere eam debuisset; prius maluit rerum singula per latioreſ fenestram forinsecus nobis ſtilis rapienda diſpergere. Cuniq̄ue iam cuncta rerū gnauiter emolitus, nec toro quidem auiculæ quieſcentis parcere vellet, eaq̄ue lectulo ſuo deuoluta, veſtem ſtragulam ſubductam ſcilicet iactare ſimiliter deſtinaret; genibus eius profuſa ſic nequiſſima illa deprecatur: Quid oro, fili, paupertinas, pannofasq̄ue reculas miſerrimæ anus donas vicinis diuitibus, quorum hæc fenestra domum proſpicit? Quo ſermone, callido deceptus aſtu, & vera quæ dicta ſunt credens Alcimus; verens ſcilicet ne & ea quæ prius miſerat, quæq̄ poſtea miſſurus foret, non ſociis ſuis, ſed in alienos Lares iam certus erroris abiiceret, ſuſpēdit ſe fenestra, ſagaciter perſpecturus omnia: præſertim domus attinguæ, quam dixerat illa, fortunæ arbitraturus. Quod cum ſtrenuè quidem, & ſatis improvide conantem, ſenile illud facinus quamquam inuálido, repētino tamen, & inopinato pulſu nutantem ac pendulum, & in proſpectu alioquin attonitum, præcepſit inegit. Qui præter altitudinem nimiam, ſuper quemdam etiam vaſtiſſimum lapidem propè iacentem decidens, perfracta diſſiſſaq̄ue cræte coſtarum, riuos ſanguinis vomēs, primitus narratis nobis quæ getta ſunt, non diu cruciatus, vitam euasit. Quem prioris exemplo ſepultura traditum, bonum ſecutorem Lamatho dedimus. Tūc orbitatis duplici plaga petiti, iamq̄ Thebanis conatibus abnuentes, Plateas proximam conſcendimus ciuitatem. Ibi fama celebrem quemdam nomine Democharem munus editurū gladiatorium deprehendimus. nam & genere primarius vir, & opibus pluriſ, & liberalitate præcipuus, digno fortunæ ſuæ ſplēdore publicas voluptates inſtituebat. Quis tantus ingenij, quis facundiæ, qui ſingulas



las species apparatus multiungi verbis idoneis pos-  
 sit explicare? Gladiatores isti famosæ manus; ve-  
 natores illi probatæ pernicitatis: alibi noxij, per-  
 dita securitate, suis epulis bestiarum saginas instru-  
 entes. Confixilis machinæ sublicæ turres tabula-  
 tum nexibus, instar circumferenæ domus, floridæ  
 picturæ, decora futuræ venationis receptacula.  
 Qui præterea numerus, quæ facies ferarum? nam  
 præcipuo studio forensi etiam aduexerat generosa  
 illa damnatorum capitum funera. Sed præter cete-  
 ram speciosi muneris supellectilem, totis utcunque  
 patrimonij viribus immanis vrsæ comparabat nu-  
 merum copiosum. Nam præter domesticis vena-  
 tionibus captas, præter largis emtionibus partas,  
 amicorum etiam donationibus variis certatim ob-  
 latas, tutela sumptuosa sollicitè nutriebat. Nec ille  
 tam clarus, tamque splendidus publicæ voluptatis  
 apparatus Inuidiæ noxios effugit oculos. Nam  
 diutina captiuitate fatigatæ simul, & æstiuæ fla-  
 grantia maceratæ, pigra etiam sessione languidæ,  
 repentina correptæ pestilentia, panem ad nullum re-  
 dicere numerum. Passim per plateas plurima cerne-  
 res iacere semiuuorum corporum ferina naufragia.  
 Tunc vulgus ignobile, quos inculta pauperies sine  
 delectu ciborum, tenuato ventri cogit sordentia sup-  
 plementa & dapes gratuitas cõquirere, passim iac-  
 ceteras epulas accurrere. Tunc è re nata subtile con-  
 siliium ego & iste Babuius tale cõminiscimur. Vr-  
 sam, quæ ceteris sarcina corporis præualebat, quasi  
 cibo paradam portamus ad nostrum receptaculum;  
 eiusque probe nudatum carnibus corium, seruatis  
 solleter vnguibus, ipso etiam bestię capite adusque  
 conuuium ceruicis solido relicto, tergum omne  
 rasura studiosa tenuamus: & minuto cinere per-  
 spersum, soli siccandum tradimus. Ac, dum cæ-  
 lestis vaporis flammis examuratur, nos interdum  
 pulpis eius valenter saginantes, sic instanti militiæ  
 disponimus sacramentum: ut vnus è numero nostro,  
 non qui corporis adeo, sed animi robore ceteris  
 antista-

antistaret, atque is inprimis voluntarius, pelle illa  
 contactus, vrsæ subiret effigiem, domumque De-  
 mocharis illatus per opportuna noctis silentia no-  
 bis ianux faciles præstaret aditus. Nec paucos for-  
 tissimi collegij solers species ad munus obeundum  
 arregerat. Quorum præ cæteris Thrasileon factio-  
 nis optione delectus, ancipitis machinæ subit a-  
 leam. Iamque habili corio, & mollitie tractabili,  
 vultu sereno sese recondit. Tunc tenui sarcimine  
 summas otas eius adæquauimus; & iuncturæ ri-  
 nam, licet gracilem, setæ circumfluentis densita-  
 te sepimus: ad ipsum confinium guttæ, qua ceruix  
 fuerat execta, Thrasileonis caput subite cogimus;  
 paruisque respiratui circa nares & oculos datis fo-  
 raminiibus, fortissimum socium nostrum profus  
 bestiam factum, immittimus caueæ, modico præ-  
 stinatæ pretio: quam constanti vigore festinus ir-  
 repit ipse. Ad hunc modum prioribus inchoatis,  
 sic reliqua fallaciæ peregrimus. Sciscitati nomen  
 cuiusdam Nicanoris, qui genere Thracio proditus  
 ius amicitie summum cum illo Demochare cole-  
 bat, litteras affingimus, vt venationis suæ primi-  
 tias bonus amicus videretur ornando muneri de-  
 dicasse. Iamque prouecta vespera abusi præsidio te-  
 nebrarum, Thrasileonis caueam Demochari cum  
 literis illis adulterinis offerimus. qui demiratus  
 bestie magnitudinem, sui que cõtubernalis oppor-  
 tuna liberalitate lætatus, iubet nobis protinus gau-  
 dij sui gerulis, decem auteos, vt ipse habebat, e suis  
 loculis adnumerari. Tunc, vt nouitas cõsuevit ad  
 repentinas visiones animos hominũ pellere, multi  
 numero mirabundi ad bestiam confluebant, quo-  
 rum satis callenter curiosos aspectus Thrasileon  
 noster impetu minaci frequenter inhibebat. Con-  
 sounaque ciuium voce satis felix ac beatus Demo-  
 charis ille sæpe celebratus, quod, post tantam cla-  
 dem ferarum, nouo prouentu quoquomodo For-  
 tunæ resisteret. Iubet noualibus suis confestim be-  
 stiam ire: iubet summa cum diligentia reportari.

Sed

Sed suscipiens ego, Caueas, inquam, domine, flagrantia Solis & itineris spatio fatigatam, cœtui multarum, & vt audio, non rectè valentium committere ferarum. Quin potius domus tuæ patulum ac perflatilem locum, immò & lacu aliquo cœterminum refrigerantemque prospicis? An ignoras hoc genus bestię lucos cõsitos, & specus toridos, & colles frigidos, & fontes amanos semper incubate? Talibus monitis Demochares perterritus, numerumque perditorum secum recensens, non difficulter adensus, vt ex arbitrio nostro caueam locarem facile permisit. Sed & nos, inquam, parati sumus hic ibidem pro cauea ista excubare noctes; vt æstus & vexationis incommodo bestię fatigatæ & cibum tempestiuum, & potum solitum accuratius offeramus. Nihil indigemus labore isto vestro, respõdit ille. iam panè tota familia per diutinam consuetudinem nutriendis vrsis exercitata est. Põst hęc VALE factò, discessimus: & portam ciuitatis egressi, monumentum quoddam conspicamur procul à via, remoto & abdito loco positũ. Ibi capulos carie & vetustate semitectos, quĩs inhabitabant pulueri & iam cinerosi mortui, passim ad futuræ prædæ receptacula referamus: & ex disciplina scẽtę seruato noctis illumino tempore, quo somnus obuius impetu primo corda mortaliũ validius inuadit ac premit, cohortem nostrã gladiis armatam ante ipsas fores Democharis, velut expiationis vadimonium, sistimus. Nec fecius Thrasileon examussim capto noctis latrociniali momento, prorepat cauea: statimque custodes, qui propè sopiti quiescebãt, mox ad vnum omnes, etiam ianitorem ipsum, gladio cõficit, clauique subtracta, fores ianux repandit; nobisq; promptè conuolantibus, & domus alueo receptis, demonstrat horreum, vbi vespera sagaciter argẽtum copiosum recondi viderat. Quo prorinus perfractò confertæ manus violentia, iubeo singulos commilitonum asportare quantum quisq; poterat auri vel argẽti,

& in

& in illis ædibus fidelissimorum mortuorum occultare propere, rursus concito gradu recurrentes sarcinas iterare: quod etiam ex usu foret omnium, me solum resistentem pro domus limine, cuncta rerum exploraturum sollicitè, dum redirent. Nam & facies vultus, mediis ædibus discurrentis, ad proterendos, si qui de familia fortè vigilassent, videbatur opportuna. Quis enim, quamvis fortis & intrepidus, immani forma tantæ bestię, noctu præfertim, visitata, non se ad fugam statim cõcitaret? non, obdito cellæ pessulo, pauens & trepidus, sese cella cohiberet? His omnibus salubri consilio rectè dispositis, occurrit scæuus Euentus. Namque, dum reduces socios nostros suspensus opperior, quidam seruulus, strepitu scilicet diuinitus inquietus, proserpit leuiter; visaque bestia, quæ liberè discurrens totis ædibus commeabat, præmès obnixum silentium, vestigium suum replicat: &, utæque cunctis in domo visa pronuntiat. Nec mora, cum numerosæ familiæ frequẽtia domus tota completur. Tædis, lucernis, cereis, sebaceis, nocturni luminis instrumētis clarescunt tenebræ. Nec inermis quisquam de tanta copia processit, sed singuli fustibus, lanceis, districtis denique gladiis armati, muniunt aditus. Nec secus canes etiam venaticos, auritos illos & horricomes, ad comprimendam bestiam cohortantur. Tunc ego sensim, gliscente adhuc illo tumultu, retrogradi fuga domo facessio: sed planè Thrasyleonem mitè canibus repugnantem, latens ponè ianuam ipse prospicio. Quamquam enim vitæ metas vltimas obiret, non tamen sui, nostrique, vel pristinæ virtutis oblitus, iam faucibus ipsis hiantis Cerberi reluẽtabat. Scenam denique quam sponte sumpserat, cum anima retinens, nunc fugiens, nunc resistens, variis corporis sui scemis ac motibus tandem domo prolapsus est. Nec tamen quamvis publica potitus libertate, salutem fuga querere potuit. Quippe cuncti canes de proximo angiportu satis feri, satisque copiosi,

copiosi, venaticis illis, qui cōmodū domo simi-  
 liter insequentes processerant, sese commiscunt  
 agminatim. Miserum funestumq; spectatū aspexi  
 Thrasyleonem nostrum cateruis canum streuen-  
 tium cinctum atque obsessum, multisque numero  
 moribus laniatum. Denique tanti doloris impa-  
 tiens, populi circumfluentis turbulis immisceor;  
 &, in quo solo poteram celatum auxilium bono  
 ferre commilitoni, sic indaginis principes dehorta-  
 bar: O grande, inquam, & extremum flagitium!  
 magnam & verè pretiosam perdimus bestiam. Nec  
 tamen nostri sermonis artes infelicissimo profuere  
 iuueni. Quippe quidam procurrens è domo proce-  
 rus & validus, incontanter lanceam medijs intecit  
 vrsæ præcordiis: nec secus alius. Ecce plurimi, iam  
 timore discusso, certatim gladios & iam de proxi-  
 mo congerunt. Enimuero Thrasyleon, egregium  
 decus nostræ factionis, tandem immortalitate di-  
 gno illo spiritu expugnato magis, quàm patientia,  
 neque clamore, ac nec vlulatu quidem, fidem sa-  
 cramenti prodidit: sed iam moribus laceratus, fer-  
 roque laniatus, obnixio mugitu & ferino fremitu  
 præsentem casum generoso vigore tolerans, glo-  
 riam sibi reseruauit, vitam fato reddidit. Tanto  
 tamen terrore, tantaque formidine cœtum illum  
 turbauerat, vt vsque diluculum, immò & in mul-  
 tum diem, nemo quisquam fuerit ausus, quam-  
 uis iacentem, bestiam vel digito contingere: nisi  
 tandem pigre ac timide quidam lanis paulò fi-  
 dentior, vtero bestię resecto vrsæ magnificum de-  
 spoliavit latronem. Sic etiam Thrasyleon nobis  
 perimitur: sed à gloria nō periuit. Confestim itaque  
 constrictis sarcinis illis, quas nobis seruauerant  
 fideles illi mortui, Plateæ terminos cito gradu de-  
 ferentes, istud apud nostros animos idemtidem  
 reputabamus, meritò nullam Fidem in vita repe-  
 riri: quod ad Manes iam & mortuos odio perfidiæ  
 nostræ demigravit. Sic onere vecturæ, simul &  
 asperæ viæ toti fatigatī, tribus comitū desideratis,  
 istas

istas quas videtis prædas adueximus. Post istum  
 sermonis terminum, poculis aureis memoriæ de-  
 functorū cōmmilitonū vino mero libant; dehinc,  
 canticis quibusdam Marti deo blanditi, paululum  
 conquiescunt. Etenim nobis anus illa recens or-  
 deum affatim, & sine vlla mensura largita est; vt  
 equus quidem meus tanta copia, & quidem solus  
 potitus, Saliarē se cānasse cānas crederet. Ego  
 verò quamquam aliās ordeū tunsum minutatim,  
 & diutina refectione virulentum semper eferimi  
 rimatus angulum, quo panis reliquæ totius mul-  
 titudinis congestæ fuerant, fauces diutina fame  
 faucias & araneantes vehementer exerceo. Et ecce  
 nocte promotā, latrones expergiti castra commo-  
 uent: instructique variè, partim gladiis armati, in  
 lemures reformant, concito se gradu proripiunt.  
 Nec me tamen instanter ac fortiter māducantem,  
 vel somnus imminens impedire potuit. Et quam-  
 quam prius, cū essem Lucius, vnico vel secundo  
 pane contentus mensa decederem, tunc vētri tam  
 profundo seruiens, iam fermè tertium qualum ru-  
 migabam. Huic me operi attentum clara lux op-  
 pressit. Tandem deniq; a finali verecundia ductus,  
 ægerrimè tamen digrediens, riuulo proximo sitim  
 lenio. Nec mora, cū latrones vltro anxij atque  
 solliciti remeāt, nullam quidem profus sarcinam,  
 vel omnino licet vilem laciniam ferentes, sed tan-  
 tū gladiis, totis manibus, immò factionis suæ  
 cunctis viribus, vnicam virginem filo liberali, &  
 vt matronatus eius indicabat, summātem eius re-  
 gionis, puellam mehercules & asino tali concupif-  
 cendam, marentem, & crines cum veste sua lace-  
 rantem, aduehebant. Eam simul intra speluncam,  
 verbis quæ dolebat, minora faciētes, sic alloquun-  
 tur: Tu quidem salutis & pudicitix secūra, breuem  
 patientiam nostro compēdio tribue, quos ad istam  
 sectam paupertatis necessitas adēgit. Parentes au-  
 tem tui de tanto suarū diuitiarum cumulo, quam-  
 quam satis cupidi, tamen sine mora parabunt sci-  
 licet

licet idoneam sui sanguinis redemptionem. His & similibus blatteratis, nequidquam dolor sedatur puellæ. Quidni? quæ, inter genua sua deposito capite, sine modo flebat. At illi introuocata anui præcipiunt, assidens eam blando, quantum posset, solaretur alloquio: seque ad sectæ sucta conferre. Nec tamen puella quiuit vllis aniculæ sermonibus, ab inceptis fletibus auocari: sed, altius eulans sese, & assiduis singultibus ilia quatiens, mihi etiam lacrymas excussit. ac sic, An ego, inquit, misera, tali domo, tanta familia, tam caris vernulis, tam sanctis parentibus desolata, & infelicis rapinæ præda, & mancipium effecta, inque isto saxeo carcere seruiliter clausa, & omnibus delitiis, quibus innata atque innutrita sum, priuata, sub incerta salutis & carnificinæ laniena, inter tot ac tales latrones & horrendum gladiatorum populum, vel fletum desinere, vel omnino viuere potero? Lamentata sic, & animi dolore, & faucium tendore, & corporis lassitudine iam fatigata, marcentes oculos dimisit ad soporem. Iam commodum conuiuerat: nec diu, cû repente lymphatico ritu somno recussa, longèque vehementius afflictere sese, & pectus etiam palmis infestis tundere, & faciem illam luculentam verberare incepit: &, aniculæ, quamquam instantissimè causas noui & instaurati mæroris requirenti, sic adspirans altius, inquit: Hem nunc certè, nunc maxime funditus perij; nunc spei salutiferæ renuntiaui. Laqueus, aut gladius, aut certè præcipitium proculdubio capessendum est. Ad hæc anus subiratior, dicere eam seruiore iam vultu iubebat, quid malum fletet? vel quid repente postliminio pressæ quietis lamentationes licentiosas refricaret? Nimirum, inquit, tanto compendio tuæ redemptionis defraudare iuuenes meos destinas? Quod si pergis vltèrius; iam factò lacrymis istis, quas paruipendere latrones consueuere, insuper habitis, viua exurere. Tali puella sermone deterrita, manuque eius exosculata, Patce, inquit,

mi parens; & durissimo casui meo, pietatis humanæ memor, subsiste paululum. Nec enim, ut reor, æuo longiore maturæ tibi, in ista sancta canitie miseratio profus exaruit. Specta deniq; scenam meæ calamitatis. Speciosus adulescens inter suos principalis, quem filium publicum omnis sibi ciuitas cooprauit, meus alioquin consobrinus, tantulo triennio maior in ætate, qui mecum primis ab annis nutritus & adultus, indiuiduo cõtubernio domusculæ, immò verò cubiculi toriq; sanctæ caritatis affectione mutuo mihi pignoratus, votisque nuptialibus pacto iugali pridem destinatus, consensu parentum tabulis etiam maritus nuncupatus ad nuptias, officio frequenti cognatorum & affinium stipatus, templis & ædibus publicis victimas immolabat. Domus tota lauris obsita, tædis lucida, cõtrepibat Hymenæum. Tunc me gremio suo mater infelix tolerans, mundo nuptiali decenter ornabat: mellitisq; fauiis crebiter ingestis, iam spe futura liberorū votis anxiiis propagabat. Cum inruptionis subitæ gladiatorum impetus ad belli faciem sauiens, nudis & incertis mucronibus coruscans, non cædi, non rapinæ manus afferunt; sed denso conglobatoq; cuneo cubiculum nostrum inuadūt protinus. Nec vlllo de familiaribus nostris repugante, ac ne tantillum quidem resistente, miseram, exanimem seuo pauore, trepido de medio matris gremio rapuere. Sic instar Athracis, vel Pirithoi, vel Proteilai, despectæ disturbatæq; nuptiæ. Sed ecce sauisimum omnium. nunc etiam redintegatur, immò verò cumulatatur infortuniū meū. Nam visa sum mihi de domo, de thalamo, de cubiculo, de toro denique ipso violenter extracta per solitudines auias infortunatissimi mariti nomen inuocare: eumq; , ut primū meis amplexibus viduarus est, adhuc vnguētis madidum, coronis floridum, consequi vestigio me, pedibus fugiētem alienis. Utque clamore percito formosæ raptum uxoris conquerens, populi testatur auxilium: qui-

dam



dam de latronibus importunæ persecutionis indignatione permotus, saxo grandi pro pedibus abrepto, misellum iuuenem maistum meum percussum interemit. Talis aspectus atrocitate perterrita, somno funesto pauens excussa sum. Tunc fletibus eius adspirans anus, sic incipit: Bono animo esto mea herilis, nec vanis somniorum figmentis terreat. Nam præter quod diurnæ quietis imagines falsa perhibentur, tum etiam nocturnæ visiones contrarios euentus nonnumquam pronuntiant. Denique, flere & vapulare, & nonnumquam iugulati, lucrosam prosperamque prouentum nutiant: contra, ridere, & mellitis dulciolis ventrem saginare, vel in voluptatem Veneream conuenire, tristitie animi, langore corporis, damnisque ceteris anxiatum iri prædicant. Sed ego te narrationibus lepidis, anilibusque fabulis protinus euocabo. Et incipit: Erant in quadam ciuitate rex & regina, hi tres numero filias, forma conspicuas, habuere, sed maiores quidem natu, quamuis gratissima specie, idoneæ tamen celebrari posse laudibus humanis credebantur; at verò puellæ iunioris, tam præcipua, tam præclara pulcritudo, nec exprimi, ac ne sufficienter quidem laudari sermonis humani penuria poterat. Multi denique ciuium, & aduenæ copiosi, quos eximij spectaculi rumor studiosa celebritate congregabat, inaccessæ formositatis admiratione stupidi, & admouentes oribus suis dextera, primore digito in erectum pollicem residete, vt ipsam prorsus deam Venerem, religiosi adorationibus venerabantur. Iamque proximas ciuitates & attriguas regiones fama peruaserat, Deam, quam carulum profundum pelagi peperit, & ros spumantium fluctuum educavit, iam numinis sui passim tributa venia, in mediis conuersari populi cœtibus: vel certe rursus nouo cœlestium stellarum germine, non maria, sed terras, Venerem aliam virginali flore præditam pullulasse. Sic immensum procedit in dies opinio; sic insulas iam proximas, & terræ

plurimum, prouinciasque plurimas fama porrecta  
 peruagatur. Iam multi mortalium longis itineri-  
 bus, atque altissimis maris meatibus, ad seculi spe-  
 cimen gloriosum confluebant. Paphum nemo, Cni-  
 dum nemo, ac ne ipsa quidem Cythera ad conspe-  
 ctum deę Veneris nauigabant. Sacra Deę deferun-  
 tur; templa deformantur; puluinaria proferuntur;  
 cerimonię negliguntur; incoronata simulacra, &  
 atę viduę frigido cinere fœdata. Puellę supplica-  
 tur, & in humanis vultibus Deę tãtę numina pla-  
 cantur, & in matutino progressu virginis, victimis  
 & epulis Veneris absentis numen propitiatur. Iam-  
 que per plateas cõmeantem populi frequenter flo-  
 ribus fertis, & solutis adprecantur. Hęc honorum  
 cęlestium ad puellę mortalis cultum immodica  
 translatio, verę Veneris vehementes incendit ani-  
 mos: & impatiens indignationis, capite quassanti  
 fremens altius, sic secum dislerit: En rerum natu-  
 rę prisca parens, en elementorum origo initialis,  
 en orbis totius alma Venus, quę cū mortali puellã  
 partiaro maiestatis honore tractor! & nomen  
 meum cęlo cõditum terrenis sordibus prophana-  
 tur. Nimirum communi numinis piamęto vicarię  
 venerationis incertum sustinebo, & imaginem  
 meam circumferet puella moritura. Frustra me  
 pastor ille, cuius iustitiã fidemque magnus com-  
 probauit Iupiter, ob eximiam speciem tantis præ-  
 tulit deabus. Sed nõ adeo gaudens ista, quęcunque  
 est, meos honores vsurpabit. Iam saxo huius etiam  
 ipsius illicite formositatis pœniteat. Et vocat con-  
 festim puerum suum, pinnatum illum, & satis te-  
 merarium: qui malis suis moribus contempta dis-  
 ciplina publica, flammis & sagittis armatus, per  
 alienas domos nocte discurrens, & omniũ ma-  
 trimonia corrumpēs, impunę committit tanta fla-  
 gitia, & nihil prorsus boni facit. Hunc quamquam  
 genuina licentia procacem, verbis quoque insuper  
 stimulat. Perducit ad illam ciuitatem, & Psychem,  
 hoc enim nomine puella nuncupabatur, coram  
 osten-

ostendit. Et tota illa perlata de formositatis æmulatione fabula, gemens ac fremens indignatione: Per ego te, inquit, maternæ caritatis fœdera deprecor, per tuæ sagittæ dulcia vulnera, per flammæ istius mellitas viedines, vindictam tuæ parenti, sed plenam tribue: & pulcritudinem contumacem reuenter vindica; idque vnum, & præ omnibus vnicum volens effice. Virgo ista amore flagrantissimo teneatur hominis extremi; quem & dignitatis & patrimonij simul, & incolumitatis ipsius fortuna damnauit; tamque infirmi, vt per totum orbem non inueniat miseræ suæ comparem. Sic effata, & osculis hiantibus filium diu ac pressulè fauiata, proximas oras refluui littoris petit, plantisq; roseis vibrantium fluctuum summum rorem calcauit. Ecce iam profundi maris vdo refedit vertice: & ipsum quod incipit velle, statim, quasi pridem præcepit, non moratur marinum obsequium. Adstant Nerei filiæ, chorum canentes, & Portunus cæruleis barbibus hispidus, & grauis piscoso sinu Salacia, auriga paruulus delphini Palæmon; iam passim maria persultantes Tritonum cateruæ. hic concha sonaci leniter buccinat: ille setico tegmine flammæ Solis obsistit inimici: alius sub oculis dominæ speculum prægerit; currus biuges alij subnatant. Talis ad Oceanum pergentem Venerem comitatur exercitus. Interea Psyche cum sua sibi perspicua pulcritudine nullum decoris sui fructum percipit. Spectatur ab omnibus, laudatur ab omnibus: nec quisquam, non rex, nō regius, nec de plebe saltem, cupiens eius nuptiarum petitor accedit. Mirantur quidem diuinam speciem, sed vt simulacrum fabre politum, mirantur omnes. Olim duæ maiores sorores, quarum temperatam formositatem nulli difamarant populi, prociis regibus desponsæ, iam beatas nuptias adeptæ: sed Psyche virgo vidua domi residens, deflet desertam suam solitudinem, ægra corporis, animi faucibus; &, quamuis gentibus totis complacitam, odit in se suam formositatem.

Sed infortunatissima filia miserrimus pater, suspectatis caelestibus odiis, & ira superum metuens, dei Milesij vetustissimum percontatur oraculum: & tanto numine precibus & victimis ingratae virgini petit nuptias & maritum. Sed Apollo, quamquam Graecus & Ionicus, propter Milesiae conditorem, sic Latina sorte respondit:

*Montis in excelsi scopulo desiste puellam*

*Ornatam munda funerei thalami:*

*Nec speres generum mortali stirpe creatum,*

*Sed saevam atque ferum, vipereumque malum;*

*Qui pennis volitans super aethera, cuncta fatigat,*

*Flammamque & ferro singula debilitat:*

*Quem tremis ipse Iovis, quo numina terrificantur,*

*Fluminamque horrescunt, & Stygia tenebra.*

Rex olim beatus, affatu sanctae vaticinationis accepto, piger, tristisque retro domum pergit, suaeque coniugi praecpta fortis enodat infausta. Mæretur, fletur, lamentatur diebus plusculis. Sed dirae fortis iam vrgent tetri effectus, iam feralium nuptiarum miserrimae virgini choragium struitur. iam tædæ lumen atræ fuliginis cinerem arcessit: & sonus tibiae Zygiae mutatur in querulû Lydij modum; cantusque latus Hymenæi lugubri finitur ululatu: & puella nuptura deterget lacrymas ipso suo flammeo. Sic affectæ domus triste fatum, cuncta etiam ciuitas congemebat, luctuque publico confestim congruens ediciter iustitiam. Sed monitis caelestibus parendi necessitas misellam Psychem ad destinatam poenam efflagitabat. Perfectis igitur feralis thalami cû summo mærore solemnibus, toto prosequente populo, viuum producitur funus: & lacrymosa Psyche comitatur non nuptias, sed exequias suas. Ac, dum mæsti parentes, & tanto malo perciti, nefarium facinus perficere contantur, ipsa illa filia talibus eos adhortatur vocibus: Quid infelicem senectam fletu diutino cruciatis? quid spiritum vestrum, qui magis meus est, crebris eiulati-  
bus fatigatis? quid lacrymis inefficacibus ora mihi  
venc-

veneranda fœdatis? quid laceratis in vestris oculis  
 mea lumina? quid canitiem scinditis? quid pecto-  
 ra, quid vbera sancta tûditis? Hic erunt vobis egre-  
 giæ meæ formositatis præclara præmia. Inuidiæ  
 nefariæ letali plaga percussi, serò sentitis. Cùm gens  
 & populi celebrarent nos diuinis honoribus, cùm  
 nouam me Venerem ore consono nuncuparent:  
 tunc dolere, tunc flere, tunc me iam quasi perem-  
 ptam lugere debuistis. Iam sentio, iam video, solo  
 me nomine Veneris perisse. Ducite me, &, cui fors  
 addixit, scopulo sistite. Festino felices istas nuptias  
 obire; festino generosum illum maritum meum  
 videre. Quid differo? quid detrecto. venientem,  
 qui totius orbis exitio natus est? Sic profata vir-  
 go, conticuit: ingressuque iam valido pompæ po-  
 puli prosequentiis sese miscuit. Itur ad constitutum  
 scopulum montis ardui: cuius in summo cacumi-  
 ne statutam puellam cuncti deserunt: tedasque nu-  
 ptiales, quibus præluxerant, ibidem lacrymis suis  
 extinctas relinquentes, deiectis capitibus domi-  
 tionem parant. Et miseri quidem parentes eius  
 tanta clade defessi, clausæ domus abstrusi tenebris,  
 perpetuæ nocti sese dedidere. Psychem autem pa-  
 uentem ac trepidam, & in ipso scopuli vertice de-  
 flentem, mitis aura molliter spirantis Zephyri,  
 vibratis hinc inde laciniis, & reflato sinu sensim  
 leuatam, suo tranquillo spiritu vehens, paulatim  
 per deuexa excelsæ vallis subditæ florentis cespitis  
 gremio leniter delapsam, reclinat.

L. APVLEII  
METAMORPHOSEONSIVE  
DE ASINO AVREO  
LIBER QUINTVS.

**P**SYCHE teneris & herbosis locis, in ipso toro  
 roscidi graminis, suaue recubans, tanta men-  
 tis perturbatione sedata, dulcè conqueuit.  
 iamque sufficienti recreata somno, placidiore re-  
 surgit animo. Videt lucum proceris & vastis arbo-  
 ribus consitum: videt fontem vitreo latice placi-  
 dū, medio luci meditullio. Prope fontis adlpsum  
 domus regia est, ædificata non humanis manibus,  
 sed diuinis artibus. Iam scies ab introitu primo,  
 Dei cuiuspiam luculentum & amœnum videre te  
 diuersorium. Nam summa laquearia citro & ebo-  
 re curiose cauata, subeunt aureæ columnæ. parie-  
 tes omnes argenteo cælamine conteguntur, bê-  
 stiis & id genus pecudibus occurrentibus ob os in-  
 troeuntium. Mirus prorsum magnæ artis homo,  
 imò semideus, vel certè Deus, qui magnæ artis  
 subtilitate tantum efferauit argentum. Enimuerò  
 pauimenta ipsa lapide pretioso cæsim diminuto,  
 in varia picturæ genera discriminantur. Vehemen-  
 ter, iterum ac sapius beatos illos, qui super gem-  
 mas & monilia calcant. Iam ceteræ partes longè  
 lateque dispositæ domus, siue pretio pretiosæ, to-  
 tiq; parietes solidati massis aureis, splendore pro-  
 prio coruscant; vt diem suum sibi domus faciat,  
 licet Sole nolente: sic cubicula, sic porticus, sic  
 ipsæ valuæ fulgunt. Nec secius opes ceteræ ma-  
 iestati domus respondent: vt equidem illud rectè  
 videatur, ad conuersationem humanam magno  
 Iouis fabricatum cæleste palatium. Inuitata Psyche  
 salium locorum oblectatione, propius accessit: &  
 paulo

paulo fidentior, intra limen sese facit. Mox, perle-  
 ctante studio pulcerrimæ visionis, miratur singu-  
 la. Et altrinsecus ædiû horrea sublimi fabrica per-  
 fecta, magnisq̃ congesta gazis conspicit. Nec est  
 quidquam, quod ibi non est. Sed præter ceteram  
 tantarum diuitiarum admirationem; hoc erat præ-  
 cipue mirificum, quod nullo vinculo, nullo clau-  
 stro, nullo custode totius orbis thesaurus ille mu-  
 niebatur. Hic ei summa cum voluptate cœni of-  
 fert sese vox quædam corporis sui nulla: Et, quid,  
 inquit, domina tantis obtupescis opibus? tua sunt  
 hic omnia. Prohinc cubiculo te refer, & lectulo  
 lassitudinem refoue, & ex arbitrio lauacrum pete.  
 Nos, quarum voces accipis, tunc tibi præstita, sedulo  
 tibi præministrabimus; nec corporis præstita tibi  
 regales epulæ morabuntur. Sente hæc diuinæ  
 prouidentia beatitudinem: monitusque voces in-  
 formes audiens, & prius somno, & mox lauacro  
 fatigationem diluit. Visoq̃ statim proximo se-  
 mirotundo, suggestum propter, instrumentum cæ-  
 natorium rata, refectui suo commodum, libens  
 accumbit. Et illico vini nectarei, eduliorumq̃  
 variorum fercula copiosa, nullo seruiante, sed tan-  
 tum spiritu quoddam impulsa subministrantur.  
 Nec quemquam tamé illa videre poterat, sed ver-  
 ba tantum audiebat excidentia, & solas voces fa-  
 mulas habebat. Post opimas dapes quidam intro-  
 cessit, & cantauit inuisus; & alius cithara pulsauit,  
 quæ videbatur nec ipsa. Tunc modulatae multitu-  
 dinis conferta vox aures eius affertur; ut, quamuis  
 hominum nemo pareret, chorus tamen esse pate-  
 ret. Finitis voluptatibus, vespera suadente, conce-  
 dit Psyche cubitum. Iamq̃e prouecta nocte, &  
 clemens quidam sonus aures eius accidit. Tunc  
 virginitati suæ pro tanta solitudine metuens, &  
 pauet, & horrescit: & quouis malo plus timet,  
 quod ignorat. Iamq̃e aderat ignobilis maritus, &  
 torum inscenderat, & vxorem sibi Psychem fece-  
 rat, & ante lucis exortum properè discesserat: sta-  
 tim

tim voces cubiculo præstolatæ nouam nuptam in-  
 terfectæ virginitatis curant. Hic diutino tempore  
 sic agebantur. Atque, vt est natura redditum, no-  
 uitas per assiduam consuetudinem delectationem  
 eius commendarat: & sonus vocis incertæ solitu-  
 dinis erat solatium. Interea parentes eius indefesso  
 luctu, atque mærore consenescebant. Latiusque  
 porrecta fama, sorores illæ maiores cuncta cogno-  
 rant: propereque mæstæ atque lugubres, deserto  
 Lare, certatim ad parentum suorum conspectum,  
 affatumque perrexerant. Ea nocte ad suam Psy-  
 chem sic inquit maritus: namque præter oculos, &  
 manibus & auribus sentiebatur: Psyche dulcissi-  
 ma, & cara vxor, exitiabile tibi periculum mina-  
 tur Fortuna sæuior, quod obseruandum pressiore  
 cautela censeo. Sorores iam tuæ mortis opinione  
 turbatæ, tuumque vestigium requirentes, scopu-  
 lum istum protinus adiere. Quarum si quas fortè  
 lamentationes acceperis; neque respondeas, immò  
 nec prospicias omnino. Ceterum, mihi quidè gra-  
 uissimum dolorem, tibi verò summum creabis exiti-  
 um. Annuat, & ex arbitrio mariti se facturam  
 spondit. Sed eo simul cum nocte dilapso, diem  
 totum lacrymis ac plangoribus misella consumit:  
 se nunc maximè prorsus perisse iterans, quæ beati  
 carceris custodia septa, & humanæ conuersatio-  
 nis colloquio viduata, ne sororibus quidem suis de  
 se mærentibus opem salutarem ferre, ac ne videre  
 eas quidem omnino posset. Nec lauacro, nec cibo,  
 nec vlla deniq; refectioe recreata, flens vbertim,  
 decessit ad somnum. Nec mora, cum paulo matu-  
 rius lectum maritus accubans, eamque etiam nunc  
 lacrymantem complexus, sic exostulat: Hicine  
 mihi pollicebare Psyche mea? Quid iam de te tuus  
 maritus expecto? quid spero? Et perdia, & pernox,  
 nec inter amplexus coniugales desinis cruciatus.  
 Age iam nunc vt voles, & animo tuo damnosa  
 poscenti pareto: tamen memineris meæ seriæ mo-  
 nitionis, cum cœperis serò pœnitere. Tūc illa præ-  
 cibus,



cibus, & dum se morituram comminatur, extor-  
 quet à marito, cupitis annuat: vt sorores videat,  
 luctus mulceat, ora conferat. Sic ille nouæ nuptæ  
 precibus veniam tribuit; & insuper, quibuscumq;  
 vellet, eas auri vel monilium donare concessit. Sed  
 idemtidem monuit, ac sæpe terruit, ne quando so-  
 rorum pernicioso consilio suasa, de forma mariti  
 quærat: nèue se sacrilega curiositate, de tanto for-  
 tunarum suggestu pestum deiiciat; nec suum pos-  
 sica cōtingat amplexū. Gratias egit marito, iamq;  
 lætior, animo: Sed prius, inquit, centies moriar,  
 quàm tuo isto dulcissimo conuubio caream. Amo  
 enim, & efficiam te, quicumque es, diligo; atque,  
 vt meum spiritum, nec ipsi Cupidini comparo. Sed  
 illud etiam precibus meis oro largire, & illi tuo fa-  
 mulo præcipe Zephyro, simili vectura sorores huc  
 mihi sistat. Et imprimens oscula suasoria, & inge-  
 rens verba mulcentia, & iungēs membra cohiben-  
 tia, hic etiam blanditiis astruit: Mellite mi marite,  
 tuæ Psyche dulcis anima. Vi ac potestate Veneris  
 vsurus, inuitus succumbit maritus, & cuncta se fa-  
 cturum spondit. Atque etiam, luce proximante,  
 de manibus vxoris euauit. At illæ sorores per-  
 cōtata scopulum locumq; illum, quò fuerat Psy-  
 che deserta, festinantes adueniunt: ibique deflebāt  
 oculos, & plangebant vbera; quoad crebris earum  
 eiulatibus saxa cautesq; parilem sonum resalta-  
 rent. Iamq; nomine proprio sororem miseram cie-  
 bant: quoad sono penetrabili vocis vluabilis per  
 prona delapsæ, amens & trepida Psyche procurrit  
 e domo, & Quid, inquit, vos miseris lamētationi-  
 bus nequidquam affligitis? Quam lugetis, adsum.  
 Lugubres voces desinite, & diutinis lacrymis ma-  
 dentes genas siccate: tādē quippe, cū iam pos-  
 sitis, quam plangebatis, amplecti. Tunc vocatum  
 Zephyrum, præcepti maritalis admonet. Nec mo-  
 ra, cū ille parēs imperio, statim clemētissimis fla-  
 tibus, innoxia vectura deportat illas. Iam mutuis  
 amplexibus, & festinantibus sauiis sese perfruan-

tur: & illæ sedatæ lacrymæ postliminiò redeunt, prolectante gaudio. Sed & rectum, inquit, & Larem nostrum lætæ succedite, & afflictas animas cum Psyche vestra recreate. Sic allocuta, summas opes domus aureæ, locumque, seruientium populosam familiam auribus earum, lauacroque pulcherrimo & inhumanæ mensæ lautitiis eas opiparè reficit: vt, illarum profus cælestium diuitiarum copiis affluentibus satiata, iam præcordiis penitus nutrent inuidiam. Denique altera earum satis scrupulosè curiosèque percontari non desinit, quis illarum rerum cælestium dominus, quisue vel qualis ipsius sit maritus. Nec tamen Psyche conjugale illud præceptum vllò pacto temerat, vel pectoris arcanis exigit: sed è re nata confingit, esse iuuenem quemdam, & speciosum, commodum lanoso barbitio genas inumbrantem, plerumque rurestribus & montanis venatibus occupatum. Et, ne qua sermonis præcedentis labe consilium tacitum proderetur; auro factò, gemmosisque monilibus onustas eas, statim vocato Zephyro tradit reportandas. Quo protinus perpetrato, sorores egregiæ domum redeunt, iamque gliscentis inuidiæ felle flagrantes, multa secum sermonibus mutuis perstrepebant. Sic denique inquit altera: En orba & sæua & iniqua Fortuna! hiccine tibi complacuit, vt utroque parente prognatæ, diuersam fortem sustineremus? & nos quidem, quæ natu maiores sumus, maritis aduenis ancillæ deditæ, extorres & Lare & ipsa patria degamus, longè parentum velut exulantes; hæc autem nouissima, quam sætu satiante postremus partus effudit, tantis opibus & Deo marito potita, quæ nec vti rectè tanta bonorum copia nouit? Vidisti soror, quanta in domo iacent, & qualia monilia: quæ prænitent vestes, quæ splendent gemmæ, quantum præterea passim calcatur aurum. Quòd si maritum etiam tam formosum tenet, vt affirmat; nulla nunc in orbe toto felicior viuit. Fortassis tamen procedente consuetudine,

dine, & adfectione roborata, Deam quoque illam  
 Deus maritus efficiet. Sic est hercules: sic se gere-  
 bat, ferebatque. Iam iam sursum respicit, & Deam  
 spirat mulier, quæ voces ancillas habet, & ventis  
 ipsis imperat. At ego misera, primum patre meo  
 seniore[m] maritum sortita sum, dein cucurbita gla-  
 briorem & quouis puero pumiliorem, cunctam  
 domum seris & cathenis obditam custodientem,  
 Suscipit alia: Ego verò maritum articulati etiam  
 morbo complicatū, curuatūque, ac per hoc ra-  
 rissimè Venerem meam recolentem sustineo, ple-  
 rumque detortos & duratos in lapidem digitos eius  
 perfricans, fomentis olidis, & pannis fordidis, &  
 fœtidis cataplasmatibus manus tam delicatas istas  
 adurens, nec vxoris officiosam faciem, sed medicæ  
 laboriosam personam sustinens. Et tu quidem so-  
 tor videris quàm patienti, vel potius seruili, dicam  
 enim liberè quod sentio, hic perferas animo: enim-  
 uero ego nequeo sustinere vltèrius tam beatam  
 Fortunam collapsam indignè. Recordare enim  
 quàm superbè, quàm arroganter nobiscum egerit,  
 & ipsa iactatione immodicæ ostentationis, tumen-  
 tem suum prodiderit animum: deque tantis diui-  
 tiis exigua nobis inuita proiecerit, confestimque  
 præsentia nostra grauata, propelli, & efflari, exhibi-  
 tarique nos iusserit. Nec sum mulier, nec omnino  
 spiro, nisi eam pessum de tantis opibus deiecero.  
 Ac si tibi etiam, vt par est, inacuit nostra cõtume-  
 lia; consilium validum ambæ requiramus. Iamque  
 ista que ferimus, non parentibus nostris, ac nec vlli  
 demonstramus alij: immò nec omnino quidquam  
 de eius salute norimus. Sat est, quòd ipsæ vidimus,  
 quæ vidisse pœnituit; nedum vt genitoribus &  
 omnibus populis tam beatum eius differamus præ-  
 conium. Nec sunt enim beati, quorum diuitias ne-  
 mo nouit. Sciet se non ancillas, sed sorores habere  
 maiores. Et nunc quidem cõcedamus ad maritos;  
 & Lares pauperes nostros, sed planè sobrios, reui-  
 samus: denique cogitationibus pressioribus in-  
 structa,

fructæ, ad superbiam puniendam firmiores redeamus. Placet pro bono duabus malis malum consilium: totisq; illis tam pretiosis muneribus absconditis, comam trahentes, &, perinde vt mercebantur, ora lacerantes, simulatos redintegrant fletus. Ac sic parentes quoque, redulcerato profus dolore, raptim deterrentes, vesania turgidæ, domus suas contendunt: dolum scelestum, immò verò paricidium struentes contra sororem infontem. Interea Psychem maritus ille, quæ nescit, rursus suis illis nocturnis sermonibus sic cõmonet: Vidēsne quantum tibi periculum velitatur Fortuna eminus? ac, nisi longe firmiter præcaues, mox cominus cõgredietur. Perfidæ lupulæ magnis conatibus nefarias insidias tibi comparant: quarum summa est, vt te suadeant meos explorare vultus: quos, vt tibi sæpe prædixi, nõ videbis, si videris. Ergo igitur si posthac pessimæ illæ Lamix noxiis, animis armata venerint, venient autem scio: neq; omnino sermonem conferas; &, si id tolerare pro genuina simplicitate, proque animi tui teneritudine nõ potueris, ceterè de marito nil quidquam vel audias, vel respondeas. Nam & familiam nostram iam propagabimus, & hic adhuc infantulus vterus gestat nobis infantem alium; si texeris nostra secreta silentio, diuinum; si prophanaueris, mortalem. Nuntio Psyche læta florebat, & diuinæ sobolis solatio plaudebat, & futuri pignoris gloria gestiebat, & materni nominis dignitate gaudebat. Crescentes dies & menses exeuntes anxia numerat; & sarcinæ nescia rudimèta miratur, de breui punctulo tantum incrementulum locupletis vteri. Sed iam pestes illæ, teterriamque Furiam anhelantes vipereum virus, & festinantes, impia celeritate nauigabant. Tunc sic iterum momentarius maritus suam Psychem admonet: Dies vltimus, & casus extremus, & sexus iustus, & sanguis inimicus iam sumpsit arma, & castra commouit, & aciem direxit, & classicum resonauit. Iam mucrone districto iugulum tuum

nefariæ

uefariæ tuæ sorores petunt. Heu quantis vrgemur  
 cladibus Psyche dulcissima! Tui nostrique misere-  
 re: religiosaque continentia, domum, maritum,  
 teque, & istum paruulum nostrum imminentis rui-  
 nae infortunio libera. nec illas scelestas feminas,  
 quas tibi post internecinum odium & calcata san-  
 guinis fœdera sorores appellare non licet, vel vi-  
 deas, vel audias: cum, more Sirenum scopulo pro-  
 minentes, funestis vocibus saxa personabunt. Sus-  
 cipit Psyche, singultu lacrymoso sermonem incer-  
 tans: iam dudum, quod sciam, fidei atque parcilo-  
 quij mei perpendisti documenta: nec eo secius ap-  
 probabitur tibi nunc etiam firmitas animi mei. Tu  
 modo Zephyro nostro rursus præcipe, fungatur  
 obsequio: & in vicem denegatæ sacrosanctæ ima-  
 ginis tuæ, redde saltem conspectum sororum, per  
 istos cinnameos & vndique pendulos crines tuos,  
 per teneras & teretes & mei similes genas, per pe-  
 ctus nescio quo calore feruidum. Sic in hoc saltem  
 paruulo cognoscam faciem tuam, supplicis anxietatis  
 piis precibus erogatus germani complexus indulge  
 fructum, & tibi deuotæ dicatæque Psyche animam  
 gaudio recrea. nec quidquam amplius in tuo  
 vultu requiro. iam nil officium mihi nec ipsa no-  
 cturnæ tenebræ. Teneo te meam lumen. His verbis  
 & amplexibus mollibus decantatus maritus, lac-  
 crymasque eius suis crinibus detergens, facturum  
 spondit: & præuertit statim lumen nascentis  
 diei. Iugum sororium consponsæ factionis, nec pa-  
 rentibus quidem visis, rectâ de nauibus scopulum  
 petunt illum, præcipiti cum velocitate: nec venti fe-  
 rentis operatæ præsentiam, licentiosa cum temeritate  
 prosiliunt in altum. Nec immemor Zephyrus regalis  
 edicti, quâuis inuitus, susceptas eas gremio spi-  
 rantis auræ, solo reddidit. At illæ incôrtatæ, statim  
 conferto vestigio domum penetrant, complexaque  
 suam prædam, sorores nomine mentientes, thesau-  
 rumque penitus abditæ fraudis vultu lato regentes,  
 sic adulant: Psyche, non ita ut pridem paruula, &  
 ipsa!

ipsa iam mater es. Quantum putas boni nobis ge-  
 ris in ista perula? quantis gaudiis totam domum  
 nostram hilarabis? O nos beatas, quas infantis au-  
 rei nutrimenta lætabunt! qui si parentum, vt opor-  
 tet, pulcritudini responderit, prorsus Cupido nas-  
 cetur. Sic affectione simulata, paulatim sororis in-  
 uadunt animum. Statimque eas lassitudine viæ se-  
 dilibus refotas, & balnearum vaporosis fontibus  
 curatas, pulcherrimo triclinio, mirisque illis & bea-  
 tis edulibus atque tucetis oblectat. Iubet citharam  
 loqui, psallitur: tibias agere, sonatur: choros ca-  
 uere, cantatur. Quæ nullo præsentè cuncta dulcis-  
 simis modulis animos audientium remulcebant.  
 Nec tamen scelestarum feminarum nequitia vel ipsa  
 mellita cantus dulcedine mollita conquieuit: sed  
 ad destinatam fraudium pedicam sermones confe-  
 rentes, dissimulanter occipiunt sciscitari qualis ei  
 maritus, & vnde natalium sectacula proueniret.  
 Tunc illa simplicitate nimia pristini sermonis ob-  
 lita, nouum commetum instruit. Aitque maritum  
 suum de prouincia proxima, magnis pecuniis ne-  
 gotiantem, iam medium cursum ætatis agere, in-  
 terspersum rara canitie. Nec in sermone isto ran-  
 tillum morata, rursus opiparis muneribus eas onu-  
 itas, ventoso vehiculo reddidit. Sed dum Zephyri  
 tranquillo spiritu sublimatæ domum fedaunt, sic  
 secum altercantes: Quid soror dicimus de tam  
 monstruoso fatuæ illius mendacio? Tunc adulescens,  
 modò florenti lanugine barbam instruens; nunc  
 ætate media, candenti canitie lucidus. Quis ille,  
 quem temporis modici spatium repentina senecta  
 reformauit? Nil aliud reperies, mi soror, quam vel  
 mendacium istam pessimam feminam confingere,  
 vel formam mariti sui nescire. Quorum vtrum ve-  
 rum est, opibus istis quamprimum exterminanda  
 est. Quod si viri sui faciem ignorat, Deo profecto  
 denuplit; & Deum nobis prægnatione ista gerit.  
 Certe si diuini puelli, quod absit, hæc mater erit:  
 statim me laqueo nexili suspendam. Ergo interim  
 ad pa-

ad parentes nostros redeamus, & exordio sermo-  
 nis huius quam concolores fallacias adtexamus.  
 Sic inflammatae, parentibus fastidienter appellatis,  
 & nocte turbatis vigiliis perditae, matutino scopu-  
 lum petuolant: & inde soliti venti praesidio vehe-  
 menter deuolant; lacrymisque pressura palpebra-  
 rum coactis, hoc astu puellam appellant: Tu qui-  
 dem felix, & ipsa tanti mali ignorantia beata, se-  
 des incuriosa periculi tui: nos autem, quae peruigili  
 cura rebus tuis excubamus, cladibus tuis mise-  
 re cruciamur. Pro vero namque comperimus, nec  
 te, sociae scilicet doloris casusque tui, celare pos-  
 sumus, immanem colubrum, multinodis volumi-  
 nibus serpentem, veneno noxio colla sanguinan-  
 tem, hiantem ingluuie profunda, tecum noctibus  
 latenter acquiescere. Nunc recordare sortis Pythi-  
 cae, quae te trucidis bestiae nuptiis destinatae esse cla-  
 mauit. Et multi coloni, quique circumsecus venan-  
 tur, & accolae plurimi videre eum vespera redeun-  
 tem e pastu, proximi que fluminis vadis innatan-  
 tem. Nec diu blandis alimoniae obsequiis te sa-  
 ginari omnes affirmant: sed, cum primum praegna-  
 tionem tuam plenus maturauerit uterus, opimio-  
 re fructu praeditam deuoraturum. At hic iam tua est  
 existimatio, utrum sororibus pro tua cara salute  
 sollicitis adsentiri velis, & declinata morte nobis-  
 cum secunda periculi viuere, an saeuissimae bestiae se-  
 peliri visceribus. Quod si te ruti huius vocalis so-  
 litudo, vel clandestinae Veneris foetidi periculosique  
 concubitus, & venenati serpentis amplexus dele-  
 ctant: certe pie sorores nostrum fecerimus. Tunc  
 Psyche misella, utpote simplex, & animi tenella,  
 rapitur verborum tam tristi formidine: &, extra  
 terminum mentis suae posita, prorsus omnium ma-  
 riti monitionum, suarumque promissionum me-  
 moriam effudit, & in profundum calamitatis sese  
 praecipitavit: tremensque, & exanguis colore lurida,  
 terriata verba semianimi voce substrepens, sic ad  
 illas ait: Vos quidem carissimae sorores, ut par erat,

in officio vestrae pietatis permanetis : verum & illi qui talia vobis affirmant, non videntur mihi mendacium fingere . Nec enim vnumquam viri mei vidi faciem, vel omnino cuiatis sit noui : sed tantum nocturnis subaudiens vocibus, maritum incerti status, & prorsus lucifugam tolero, bestiamque aliquam recte dicentibus vobis maritum consentio. Meque magnopere semper a suis terret aspectibus, malumque grande de vultus curiositate praeminatur. Nunc, si quam salutarem opem periclitanti sorori vestrae potestis afferre, iam nunc subsistite. Ceterum incuria sequens prioris prouidentiae beneficia corrumpit. Hunc natae, iam portis patentibus, nudatum sororis animum facinorosa mulieres, omissis rectae machinae latibulis, destitutis gladiis fraudum, simplicis puellae pauentes cogitationes inuadunt. Sic denique altera : Quoniam nos originis nexus pro tua incolumitate periculum quidem vllum ante oculos habere compellit : viam, quae sola deducit iter ad salutem, diu diuque cogitatum monstrabimus tibi. Nouaculam praecutam, ad pulsam etiam palmulae lenientis exasperatam, tori qua parte cubare consuesti, latenter absconde : lucernamque concinnam, completam oleo, claro lumine praemicantem, subde aliquo claudetis auleae tegmine. Omnique isto apparatu tenacissime dissimulato, postquam sulcator intahes gressus cubile solitum conscenderit, iamque porrectus, & exordio somni prementis implicitus altum soporem flare ceperit ; toro delapsa, nudoque vestigio pensilem gradum paululatim minuens, caeca tenebrae custodia liberata lucerna, praecleari tui facinoris opportunitatem de luminis consilio mutuare : & ancipiti telo illo, audaciter prius dextera sursum elata, nisu quam valido noxij serpentis nodum cernicis & capitis abscede. Nec nostrum tibi deerit subsidium : sed cum primum illius morte salutem tibi feceris, anxiae praestolabimur : cunctisque ocyus tecum relatis, votiuus nuptiis hominem te iungemus homini.

Tali



Tali verborum incendio flammata viscera sororis  
iam prorsus ardentia deferentes ipsæ protinus, tan-  
ti mali confiniû sibi etiam eximie metuentes, fla-  
tus alitis impulsu solito porrectæ super scopulum,  
ilicò pernici se fuga proripiunt: statimque cõscen-  
sis nauibus abeunt. At Psyche relicta sola, nisi quòd  
infestis Furiis ægitata, sola nõ est, æstu pelagi simi-  
liter mærendo fluctuat: &, quamuis statuto con-  
silio, & obstinato animo, iam tum facinorosas  
manus admouens; adhuc incerta consilij titubat,  
multisque calamitatis suæ distrahitur affectibus.  
Festinat, differt; audet, trepidat, diffidit, irascitur:  
&, quod est vltimum, in eodem corpore odit be-  
stiam, diligit maritum. Vespera tamè iam noctem  
trahente, præcipiti festinatione nefarij sceleris in-  
struit apparatus. Nox aderat, & maritus aderat,  
primisque Veneris præliis velitatus altum soporem  
descenderat. Tunc Psyche, & corporis & animi  
alioquin infirma, Fati tamen sæuitia submini-  
strante, viribus roboratur: &, prolata lucerna, &  
arrepta nouacula, sexum audacia mutauit. Sed,  
cùm primùm luminis oblatione tori secreta cla-  
ruerunt; videt omnium ferarum mitissimam dul-  
cissimamque bestiam; ipsum illum Cupidinem for-  
mosum Deum formosè cubantem: cuius aspectu  
lucernæ quoque lumen hilaratum increbuit, &  
acuminis sacrilegi nouacula prænitebat. At verò  
Psyche tanto aspectu deterrita, & impos animi,  
marcido pallore defecta, tremensque decedit in  
imos poplites; & ferrum quærit abscondere, sed in  
suo pectore. Quod profectò fecisset, nisi ferrum, ti-  
more tanti flagitij, manibus temerariæ delapsum  
euolasset. Iamque lasa, & salute defecta, dum sæ-  
pius diuini vultus intuetur pulcritudinem, recrea-  
tur animi. Videt capitis aurei genialem cæsariem  
ambrosia temulentâ, ceruices lacteas, genasque pur-  
pureas pererrâtes crinium globos decoriter impe-  
ditos, alios antependulos, alios retropêdulos: quo-  
rum splendore nimio fulgurante, & ipsum lumen

lucernæ vacillabat. Per humeros volatilis Dei pin-  
 næ roscidæ, micanti flore candicant; & quamuis  
 alis quiescentibus, extimæ plumulæ tenellæ ac de-  
 licatæ tremulè resurgentes, inquietè lasciuunt. ce-  
 terùm corpus glabellum, atque luculentum, & quale  
 peperit Venerem non pernitet. Ante lectuli pedes  
 iacebat arcus, & pharetra, & sagittæ, magni Dei  
 propitia tela. Quæ dum insatiabili animo Psyche  
 satis curiosa rimatur atque pertractat, & mariti sui  
 miratur arma: depromit vnâ de pharetra sagit-  
 tam, & puncto pollicis extremam aciem periclitâ-  
 bunda, trementis etiam nunc articuli nixu fortiore  
 pupugit altius; vt per summam cutem torauerint  
 paruulæ sanguinis rosei guttæ. Sic ignata Psyche,  
 sponte in Amoris incidit amorem. Tunc magis  
 magisque cupidine flagrans Cupidinis, prona in  
 eum efflictim inhians, patulis ac petulantibus sua-  
 uis festinanter ingestis, de somni mensura metue-  
 bat. Sed, dum bono tanto percita, faucia mète flu-  
 ctuat; lucerna illa, siue perndia pessima, siue inuidia  
 noxia, siue quod tale corpus contingere, & quasi  
 basiare & ipsa gestiebat: euomuit de summa lumi-  
 nis sui stillam feruentis olei, super humerum Dei  
 dextrum. Hem audax & temeraria lucerna, & amo-  
 ris vile ministerium! ipsum ignis totius Deum adu-  
 ris: cum te scilicet amator aliquis, vt diutius cupi-  
 tis etiam nocte potiretur, primus inuenerit. Sic in-  
 iustus exiluit Deus, visaque detectæ fidei colluuit,  
 prorsus ex oculis & manibus infelicissimæ coniu-  
 gis tacitus auolauit. At Psyche statim resurgens  
 eius cruce dextro manibus ambabus arrepto, sub-  
 limis euectionis appendix miseranda, & per nubi-  
 las plagas penduli comitatus extrema consequia,  
 tandem feila delabitur solo. Nec Deus amator hu-  
 mi iacentem deserens, inuolauit proximam cupres-  
 sum, deque eius alto cacumine sic eam graui-  
 ter comotus affatur: Ego quidè simplicissima Psyche,  
 parentis meæ Veneris præceptorum immemor, quæ  
 te miseri extremique hominis deuinctam cupidi-  
 ne, in-

ne, infimo matrimonio addici iusserat, ipse potius amator aduolauit tibi. Sed hic feci leuiter scio: & præclarus ille sagittarius, ipse me telo meo percussit, teque coniugem meam feci, ut bestia scilicet tibi videret, & ferro caput excideres meum, quod istos amatores tuos oculos gerit? Hic tibi identidem semper cauenda censebam, hic beniuolè remonebam. Sed illæ quidem consiliatrices egregiæ tuæ, tam perniciosi magisterij dabunt actutum mihi penas: te verò tantum fuga mea puniuero. Cum termino sermonis, pinnis in altum se proripuit. Psyche verò humi prostrata, & quantum visu poterat, volatus mariti prospiciens, extremis affligebat lamentationibus animum. Sed ubi remigio plumæ, capti maritum proceritas spatij fecerat alienum, per proximi fluminis marginem præcipientem sese dedit. Sed mitis fluuius, in honorem Dei scilicet, qui & ipsas aquas vtere consuevit, metuens sibi, confestim eam innoxio volumine super ripam florentem herbis exposuit. Tunc forte Pan deus ruricus iuxta superciliū amnis sedebat, complexus hic humo Cannam Deam, eamque vuculas omnimodas edotens recinere. Proximè ripam vago passu lasciuunt comam fluuij tondentes capellæ. Hirtuosus deus sauciam Psychem, atque defectam, utcunq; casus eius non inscius, clementer ad se vocatam, sic permulcet verbis lenientibus: Puella scitula, sum quidem rusticanus & opilio, sed senectutis proluxæ beneficio multis experimentis instructus. Verùm, si rectè coniecto, quod profecto prudentes viri diuinationem autumant, ab isto titubante & sæpius vacillante veligio, deque nimio pallore corporis, & assiduo suspiritu, immò & ipsis marentibus oculis tuis: amore nimio laboras. Ergo mihi ausculta: nec te rursus præcipitio, vel villo mortis accersito genere perimas. Luctum desine, & pone matorem: precibusq; potius Cupidinem Deorum maximum percole; & utpote adolecentem delicatum luxuriosumque, blâdis obsequiis promerere. Sic locuto

Deo pastore, nullo sermone reddito, sed adorato tantum numine salutari, Psyche pergit ite. Sed ante quam multum viae laboranti vestigio pererrasset; incio quodam tramite iam delabente, accedit quamdam ciuitatem, in qua regnum maritus vnus sororis eius obtinebat. Qua re cognita Psyche, nuntuari praesentiam suam sorori desiderat: mox induta, alternis amplexibus mutuae salutationis expletis, percontanti causas aduentus sui, sic incipit: Meministi consilium vestrum, scilicet quo mihi suastis, vt bestiam, quae mariti mentito nomine mecum quiescebat, priusquam ingluuie voraci me misellam hauriret, ancipiti nouacula perimerem. Sed cum primum, vt aequae placuerat, conscio lumine vultus eius aspexi: video mirum diuinumque prorsus spectaculum: ipsum illum deae Veneris filium, ipsum, inquam, Cupidinem leni quiete sopitum. Ac dum tanti boni spectaculo percita, & nimia voluptionis copia turbata, fruendi laborarem inopias: casu scilicet pessimo, lucerna feruens oleum rebulluit in eius humerum. Quo dolore statim fomino recussus, vbi me ferro & igni conspexit armatam, Tu quidem, inquit, ob istud tam durum facinus, confestim toro meo diuorte, tibi que res tuas habeto. Ego vero sororem tuam, & nomen, quo tu censesis, aiebat, iam mihi confestim arra atque his nuptiis coniugabo. Et statim Zephyro praecipit, vltra terminos me domus eius efflaret. Necdum sermonem Psyche finierat: illa vesanae libidinis & inuidiae noxiae stimulis agitata, praecocinnato mendacio fallens maritum, quasi de morte parentum aliquid comperisset, statim nauem ascendit: & ad illum scopulum protinus pergit: & quamuis alio vento flante, caeca spe tamen inhians, Accipe me, dicens, Cupido dignam te coniugem; & tu Zephyre suscipe dominam: saltu se maximo praecipitem dedit. Nec tamen ad illum locum, vel saltem mortua, peruenire potuit. Nam per saxa cautiū membris iactatis atque dissipatis, &, perinde vt meretur,

batur, laceratis visceribus suis, alitibus bestiis que obuium ferens pabulum, interiit. Nec vindictæ sequentis pœna tardauit. Nam Psyche errabundo rursus gradu peruenit ad ciuitatem aliam, in qua pari modo soror morabatur alia. Nec fecius & ipsa fallacie germanitatis induc̃ta, & in sororis sceleratas nuptias æmula festinauit ad scopulũ: inque simile mortis exitium cecidit. Interim dum Psyche quaesitioni Cupidinis intenta, populos circuibat, at ille vulnere lucernæ dolens, in ipso thalamo matris iacens ingemebat. Tunc auis peralba illa Gauiæ, quæ super fluctus marinos pinnis natat, demergit sese properè ad Oceani profundum gremium. Ibi commodum Venerem lauantiem natantiemque propter assistens, indicat aditum filiam eius graui vulnere, dolore marentem, dubium salutis iacere: iamque per cunctorum ora populorum rumoribus conuictisq; variis omnè Veneris familiam malè audite: quod ille quidem montano scortatu, tu verò marino natatu feceritis. Ac per hoc non Voluptas illa, non Gratia, non Lepos, sed incompta, & agrestia, & horrida cuncta sint: non nuptiæ cõugales, non amicitia sociales, non liberum caritates, sed enormis eluies, & squalentium fœderum insuaue fastidium. Hic illa verbosa & satis curiosa auis, in auribus Veneris filium lacerans exitiationem, ganniebat. At Venus irata solidum exclamat repente: Ergo iam ille bonus filius meus habet amicam aliquam? Prome, age tu quæ sola mihi seruis amanter, nomen eius quæ puerum ingenuum & inuestem sollicitauit: siue illa de Nympharum populo, seu de dearum numero, seu de Musarum choro, vel de mearum Gratiarum ministerio. Nec loquax illa conticuit auis: sed, Nescio, inquit, domina. puto puellam, si probè memini, Psyches nomine dicitur, efflicte cupere. Tunc indignata Venus exclamauit: Vel maximè Psychem illam, meæ formæ succubam, mei nominis æmulam, verè diligit. Nimitum illud incemētum lenam me

putauit, cuius monstratu puellam illam cognosce-  
 ret. Hic queritans propiter emergit à mari, suumq;  
 protinus aureum thalamū petiit: & reperto, sicut  
 audierat, ægroto puero, iam inde à foribus quàm  
 maxime boans: *Honestā, inquit, hæc, & natalibus  
 nostris, bonæque tuæ frugī congruētia? Vt primū  
 quidem tuæ parētis, immō dominæ præcepta cal-  
 cares, nec sordidis amoribus inimicam meam cru-  
 ciates; verū etiam hoc ætatis puer, tuis licentio-  
 sis & immaturis iungeres amplexibus; vt ego nu-  
 rum scilicet tolerarem inimicam. Sed utique præ-  
 sumis nugo & corruptor, & inamabilis, te solum  
 generosum, nec me iam per ætatem posse cōcipere.  
 Velim ergo scias, multo te meliorem filium alium  
 genituram; immō, vt contumeliam magis sentias,  
 aliquem de meis adoptaturam vernulis: eiq; do-  
 naturam istas pinnas, & flammās, & arcū, & ipsas  
 sagittas, & omnem meam supellectilem, quam tibi  
 non ad hos vsus dederam. Nec enim de patris tui  
 bonis, ad instructionem istam quidquam concess-  
 um est. Sed malè prima pueritia instructus es, &  
 acutas manus habes, & maiores tuos irreuerenter  
 pulsasti toties; & ipsam matrem tuam, me inquam  
 ipsam, parricida denudas cotidie: & percussisti sæ-  
 pius, & quasi viduam utique contemnis. nec vitri-  
 cum tuum, fortissimum illum maximumque bel-  
 latorem metuis, quidni! cui sæpius, in angorem  
 mei pellicatus, puellas propinare consueuisti. Sed  
 faxo te lusus huius pæniteat, & sentias acidas &  
 amaras nuptias istas. Sed nunc irrisui habita quid  
 agam? quò me conferam? quibus modis stellionem  
 istum eohibeam? Petam ue auxilium ab inimica  
 mea Sobrietate, quam propter huius ipsius luxu-  
 riam offendi sæpius? aut rusticæ squalentisq; fe-  
 minæ colloquium prorsus adhibendum est? Hor-  
 resco: nec tamen vindictæ solatium tantum sper-  
 nendum est. Illa mihi prorsus adhibēda est, nec vlla  
 alia: quæ castiget asperrimè nugonem istum: pha-  
 tetram explicet, & sagittas dearmet, arcum deno-  
 det,*

det, redam deflammet; immò & ipsum corpus eius acrioribus remedijs coerceat. Tunc iniuriæ meæ litatum crediderint, cū eius comas, quas istis manibus meis subinde aureo nitore perstrinxi, deraserim: pinnas, quas meo gremio nectarei fontis infeci, prætonderim. Sic effata, foras sese proripit infesta, & stomachata biles Venereas. Sed eam protinus Ceres & Iuno comitantur: visamque vultu tumido, quæsiuere, cur truci supercilio tantam venustatem micantium oculorum coereret? At illa, Opportunè, inquit, ardèti prorsus isto meo pectore violètiã scilicet perpetrare venitis. Sed totis oro vestris viribus Psychem illam fugitiuam, volaticam, mihi requirite. Nec enim vos utique domus meæ famosa fabula, & non dicèdi filij mei factum latuerint. Tunc illæ ignaræ quæ gesta sunt, palpare Veneris iram sauientem sic adortæ: Quid tale, domina, deliquit tuus filius, vt animo peruicaci voluptates illius impugnes: &, quam ille diligit, tu quoque perdere gestias? Quod autem, oramus, isti crimen, si puellæ lepidæ libenter artisit? An ignoras, eum masculum & iuuenem esse, vel certè iam quot sit annorum oblita es? An quòd ætatem portat bellulè, puer tibi semper videtur? Mater autem tu, & præterea cordata mulier, filij tui lusum semper explorabis curiosè, & in eo luxuriam culpabis, & amores reuinces, & tuas artes tuasque delicias in formoso filio reprehendes? Quis autem Deum, quis hominum patietur, passim cupidines populis disseminantem, cū tuæ domus amores amare coerceas, & vitiorum muliebrium publicam præcludas officinam? Sic illæ metu sagittarum, patrocinio gratioso Cupidini, quamuis absenti, blandiebantur. Sed Venus indignata ridiculè tractari suas iniurias, præuersis illis, altè rursus concito gradu, pelago viam capeffit.

L. APVLEII  
 METAMORPHOSEON  
 SIVE  
 DE ASINO AVREO  
 LIBER SEXTVS.

**I**NTEREA Psyche variis iactabatur discursibus, dies noctesque mariti vestigationibus inquietata, animo tanto cupidior; & iratum licet, si non vxoris blanditiis lenire, certe seruilibus precibus propitiare. Et, prospecto templo quodam in ardui montis vertice, Vnde autem, inquit, scio, an illic meus degat dominus? Et illico dirigit citatum gradum: quem defectum profus assiduis laboribus spes incitabat, & votum. Iamque gnauiter emensis celsioribus iugis, puluinaribus sese proximam intulit. Videt spicas frumentarias in aceruo, & alias flexibiles in corona: & spicas ordei videt, erant & falces, & operæ mellioris modus omnis, sed cuncta passim iacētia, & incuria confusa, &, vt solet, æstu laborantium manibus proiecta. Hic singula Psyche curiose diuidit, & discretim remota ritè componit: rata scilicet, nullius dei fana & cerimonias neglegere se debere, sed omnium beniuolam misericordiam corrogare. Hic eam sollicitè seduloque curantem, Ceres alma deprehendit: & longum exclamat protinus: Ah, Psyche miseranda! totū per orbem Venus anxia disquisitione tuū vestigium furens animi requirit: teque ad extremum supplicium expetit, & totis numinis sui viribus vltionem flagitat. Tu verò rerum mearum tutelam nunc geris, & aliud quidquam cogitas, nisi de tua salute? Tunc Psyche pedes eius aduoluta, & vberis fletu rigans Deæ vestigia, humumque verrens crinibus suis, multiingis precibus editis veniam postulabat: PER  
ego



ego te frugiferam tuam dextram istam deprecor, per lætificas messium cerimonias, per tacita sacra cistarum, & per famulorum tuorum draconum pinnata curricula, & glebæ Siculæ sulcamina, & currum rapacem, & terram tenacem, & illuminatarum Proserpinæ nuptiarum demeacula, & luminosarum filiarum inuentionum remeacula, & cetera quæ silentio tegit Eleusis Atticæ sacrarium, miserandæ Psyche animæ, supplicis tuæ, subsiste. inter istam spicarum congeriem patere vel pauculos dies delitescam; quoad Deæ tantæ fruietis ira spatium temporis mitigetur, vel certè meæ vires diutino labore fessæ, quietis interuallo leniantur. Suscipit Ceres: Tuis quidem lacrymosis precibus & commoueor, & optulari cupio; sed cognatæ meæ, cum qua etiam antiquum scelus amicitia colō, bonæ præterea feminæ malā gratiā subire nequeo. Decede itaq; istis adibus protinus: & quod à me retēta custoditaq; non fueris, optimi consule. Contra spem suam repulsa Psyche, & afflictā duplici mæstitia, iter retrorsum portigans, inter sublitæ conuallis sublucidū lucum prospicit fanum solerti fabri constructū: nec vllam vel dubiam spei melioris viam volēs omittere, sed adire cuiuscunq; Dei veniam, sacratis foribus proximat. Videt dona speciosa, & lacinijs auro litteratas, ramis arborum postibusq; suffixas: quæ cum gratia facti, nomen Deæ cui fuerant dicata testabantur. Tunc genu nixa, & manibus aram tepētem amplexa, detersis ante lacrymis, sic adprecatur:

MAGNI Iouis germana & coniuga: siue tu Sami, quæ querulo partu vagituq; & alimonia tua gloriatur, tenes vetusta delubra; siue celsæ Carthaginijs, quæ te virginem vectura leonis celo comitantem percolit, beatas sedes frequētas; siue prope ripas Inachi, qui te iam nuptam Tonantis, & reginam deorum memorat, inclytis Argiuorum præsides mœnibus: quam cunctus oriens Zygiā veneratur, & omnis occidēs Lucinam appellat: sis meis extremis casibus Iuno Sospita, meq; in tantis  
exant-

exantlatis laboribus defessam, imminentis periculi metu libera. quod sciam, soles prægnantibus periclitantibus ultro subuenire. Ad iustum modum supplicanti statim sese Iuno cû rôtius sui numinis augusta dignitate præsentat. & protinus, Quàm vellem, inquit, Psyche, nutum meum precibus tuis accommodare: sed contra voluntatem Veneris, iurus meæ, quam filiæ semper dilexi loco, præstare me pudor non sinit. tunc etiam legibus, quæ seruos alienos profugos inuitis dominis vetant suscipi, prohibeor. Isto quoque Fortunæ naufragio Psyche perterrita, nec indipisci iam maritum volatilem quiès, tota spe salutis deposita, sic ipsa suas cogitationes cõsultit: iam quæ possunt alia meis ærumnis tètari vel adhiberi subsidia, cui nec Deorum quidem, quamquam volentium, potuerunt prodesse suffragia? Quò rursus itaque, tantis laqueis inclusa, vestigium porrigam: quibusque tectis, vel etiam tenebris abscondita, magnæ Veneris ineuitabiles oculos effugiam? Quin igitur masculum tandem sumis animum, & cassæ speculæ renuntias fortiter, & vltroneam te dominæ tuæ reddis, & vel fera modestia sæuiètes impetus eius mitigas? Quis scias, an etiam, quem diu quæritas, illic in domo matris reperias? Sic ad dubiû obsequium, immò ad certum exitium præparata, principium futuræ secum meditabatur obsecrationis. At Venus terrenis remediis inquisitionibus abnuës, cælum petit. Iubet construi currum, quem ei Vulcanus subtili fabrica studiose poliuerat, & ante thalami rudimentum nuptiale munus obtulerat, limæ tenuantis detrimento conspicuum, & ipsius auri damno pretiosum. De multis, quæ circa cubiculum dominæ stabulant, procedunt quatuor candidæ columbæ, & hilaris incessibus piëta colla totquentes, iugum gemmeum subeunt: suscepta quæ domina lætæ subuolant. Currum Deæ prosequentes gannitu constrepenti lasciuiunt passeris: & ceteræ quæ dulcè canticant aues, melleis modulis suauè

suauè resonantes, aduentum Dæ pronuntiant.  
 Cedunt nubes, & cælum filiæ pãditur: & summus  
 æther cû gaudio suscipit Deam. nec obuias aqui-  
 las, vel accipitres rapaces pertimescit magnæ Ve-  
 neris canora familia. Tunc se protinus ad regias  
 Iouis arces dirigit, & petitu superbo Mercurij dei  
 vocalis operæ necessariam vsuram postulat. Nec  
 renuit Iouis cærum supercilium. Tunc ouas  
 ilico, comitante etiam Mercurio, Venus cælo de-  
 meat, ei que sollicitè serit verba: Frater Arcadi, scis  
 nempe sororem tuam Venerem sine Mercurij præ-  
 sentia nil vmquam fecisse: nec te præterit vtique  
 quanto iam tempore delitescentem ancillam ne-  
 quiuerim reperire. Nil ergo superest, quam tuo  
 præconio præmium inuestigationis publicitùs edi-  
 cere. Fac ergo mandatum matures meum, & indi-  
 cia quibus possit cognosci, manifestè designes; ne,  
 si quis occultationis illicitæ crimen subierit, igno-  
 rantia se possit excusatione defendere. Et simul di-  
 cens, libellum ei porrigit, vbi Psyches nomen con-  
 tinebatur, & cetera. Quo factò, protinus domum  
 secessit. Nec Mercurius omisit obsequium. nam  
 per omnium ora populorum passim discutens, sic  
 mandatæ prædicationis munus exequebatur: Si  
 quis à fuga retrahere, vel occultam demonstrare  
 poterit fugitiuam regis filiam, Veneris ancillam  
 nomine Psychem, conueniat retro metas Murtias  
 Mercurium prædicatorem, accepturus iudicij no-  
 mine ab ipsa Venere septem saua suauia, & vnum  
 blandientis adpulsam linguæ longè mellitum. Ad  
 hunc modum pronuntiante Mercurio, tanti præ-  
 mij cupido certatim omnium mortalium studium  
 arrexerat. Quæ res nunc vel maximè sustulit Psy-  
 ches omnem contationem. Iamque fores eius do-  
 minæ proximãti occurrit vnâ de famulatione Ve-  
 neris, nomine Consuetudo: statimque, quantum  
 maximè potuit, exclamat: Tandem ancilla ne-  
 quissima, dominam habere te scire cœpisti? An pro  
 cetera morum tuorum temeritate, istud quoque  
 nescire

nescire te fingis, quantos labores circa tuas inquisitiones sustinuerimus? Sed bene, quod meas potissimum manus incidisti, & inter Orci caneros iam ipsos adhæsisti; datura scilicet actutum contumaciæ tantæ pœnas. Et audaciter in capillos eius immisssa manu, trahebat eam, nequaquam renitētem. Quam ubi primum inductam, oblatamq; sibi conspexit Venus, latissimum cachinnum extollit, & qualem solent furenter irati: caputq; quatiēs, & adscalpēs aurem dexterā, Tandem, inquit, dignata es focrum tuam salutare? An potius maritum, qui vulnere tuo periclitatur, interuisere venisti? Sed esto secura: iam enim excipiam te, vt bonam nurrum concedet. & Vbi, inquit, Sollicitudo atque Tristities, ancillæ meæ? Quibus introuocatis torquendam tradidit eam. At illæ sequētes herile præceptum, Psychem misellam flagellis afflictam, & ceteris tormentis excruciatam, iterū dominæ conspectui reddunt. Tunc rursus sublato risu Venus, Et ecce, inquit, nobis turgidi ventris sui lenocinio commouet miserationem; vnde me præclara sobole, auiam beatam scilicet faciat. Felix verò ego, quæ in ipso ætatis meæ flore vocabor auia: & vilis ancillæ filius, nepos Veneris audiet. quamquam inepta ego, frustra filiū dicam. Impares enim nuptiæ, & præterea in villa sine testibus, & patre non consentiente factæ, legitimæ non possunt videri: ac per hoc spurius iste nascetur; si tamen partum omnino proferre te patiemur. His editis, inuolat in eam, vestemq; plurifariam diloricat: capilloq; discisso, & capite conquassato, graui ter affligit. & accepto frumento & ordeo, & milio, & papauere, & cicerre, & lente, & faba, commixtisq; aceruatim confusisque in vnum glomulum, sic ad illam: Videris enim mihi tam deformis ancilla, nullo alio, sed tantum sedulo ministerio amatores tuos promereri: iam ego & ipsa frugem tuam periclitabor. Discerne seminum istorum passiuam congeriem: singulisque granis ritè dispositis, atque seiugatis, ante  
istam

istam vesperam opus expeditum approbato mihi.  
 Sic assignato tantorum seminum cumulo, ipsa cæne  
 nuptiali cōcessit. Nec Psyche manus admolitur in-  
 conditæ illi & inextricabili moli; sed immanitate  
 præcepti cōsternata, silens obstupescit. Tūc formi-  
 cula illa paruula, atq; ruricola, certatim difficulta-  
 tis tæne laborisq; miserta, cōtubernalis magni Dei  
 focusq; sæuitiam execrata, discurrens gnauius  
 conuocat, corrogatq; cunctam formicarum ac-  
 colarum classem: Misere mini tetra omniparentis  
 agiles alumæ, misere mini: & Amoris vxori puel-  
 la lepidæ periclitanti prompta velocitate succurri-  
 te. Ruunt aliæ, superq; aliæ sepedum populorum  
 vndæ, summoq; studio singulæ granatim totum  
 digerunt aceruum: separatimq; distributis, dissi-  
 tisq; generibus, è cōspectu pernicipiter abeunt. Sed  
 initio noctis è conuiuio nuptiali viño madens, &  
 flagrans balsama Venus remeat, totumq; reuiu-  
 cta corpus rosis micantibus, visaq; diligentia  
 miri laboris: Non tuum, inquit, nequissima, nec  
 tuarum manuum istud opus, sed illius, cui tuo, im-  
 mò & ipsius malo placuisti. Et, frusto cibarij panis  
 ei proiecto, cubitum faceffit. Interim Cupido solus  
 interioris domus vnici cubiculi custodia clausus,  
 cōercebatur acriter: partim, ne petulanti luxurie  
 vulnus grauaret; partim, ne cum sua cupita con-  
 neniret. Sic ergo distinctis, & sub vno tecto sepa-  
 ratis amatoribus, tetra nox exantlata. Sed aurora  
 commodum inequitanti, vocatæ Psychæ Venus  
 inquit talia: Vidēsne illud nemus, quod fluuio præ-  
 terluenti, ripisq; longis attenditur: cuius imi gur-  
 gites vicinum fontem despiciunt? oues ibi nitetes,  
 auriq; colore florètes, incustodito pastu vagan-  
 tur. Inde de coma pretiosi velleris floccum mihi  
 confessim quoquo modo quæsitum afferas censeo.  
 Perrexit Psyche volenter, non obsequium quidem  
 illa functura, sed requiem malorum præcipitio flu-  
 uialis rupis habitura. Sed inde de fluuio Musicæ  
 suauis nutricula, leni crepitu dulcis auræ diuiniens  
 inspi-

inspirata, sic vaticinatur Arundo viridis: Psyche,  
 tantis cūnis exercita, neque tua miserrima morte  
 meas sanctas aquas polluas, nec verò contra for-  
 midabiles oues istius oræ feras aditum; quoad de  
 Solis flagrantia mutuato calore, truci rabie solent  
 efferri, cornuq; acuto, & fronte saxea, & nōnum-  
 quam venenatis moribus in exitium fauere mor-  
 talium, sed dū meridies Solis sedauerit vaporem,  
 & pecua spiritus fluminalis serenitate conquie-  
 rint, poteris sub illa procerissima plataeo, quæ me-  
 cum simul vnum fluentū bibit, latenter te abscon-  
 dere: &, cum primū mitigata furia laxauerint  
 oues animum, percussis frōtib; attigui nemoris,  
 lanosum aurū reperies, quod passim stipibus con-  
 nexum obhærescit. Sic Arundo simplex & huma-  
 na, Psychem ægerrimam salutem suam docebat.  
 Nec auscultatu penitendo diligēter instructa illa,  
 cessauit; sed obseruatis omnibus, furatrina facili,  
 flauentis auri mollitie congestum gremium Vene-  
 ri reportat. Nec tamen apud dominam saltem se-  
 cundi laboris periculum, secundum testimonium  
 meruit; sed contortis superciliis subridens ama-  
 rū, sic inquit: Nec me præterit huius quoq; facti  
 auctōr adulterinus. Sed iam nunc ego sedulo peri-  
 clitabor, an oppidò forti animo, singulari que pru-  
 dentia sis prædita. Vidēsne insistentem celsissimæ  
 illi rupi montis ardui verticem, de quo fontis attri-  
 fusæ defluunt vndæ, proximæque conceptaculo  
 vallis inclusæ Stygias irrigant paludes, & pauca  
 Cocyti fluenta nutriunt? Indidem mihi de summi  
 fontis penita scaturigine rorem rigētem hauritum  
 ista confestim deserto vnula. Sic aiens, crystallo  
 dedolatum vasculum, insuper ei grauiora commi-  
 nata, tradidit. At illa studiose gradam celerans,  
 montis extremum petit cumulum; certè vel illic  
 inuentura vitæ pessimæ finem. Sed cum primū  
 prædicti iugi conterminos locos appulit: videt rei  
 vastæ letalem difficultatem. Namque saxum im-  
 mani magnitudine procerum, & inaccessa salebri-  
 tate

tate lubricum, mediis è faucibus lapidis fontes horridos euomebat: qui statim proni foraminis laciniis editi, perque procliue delapsi, & angusti canalis exerto contacti tramite, proximam conuallem latenter incidebant. dextera læuaque cotibus cauatis proferspūt, & longa colla porrecti sæui dracones, inconniuxæ vigiliæ luminibus addictis, & in perpetuam lucem pupillis excubantibus. Iamq; & ipsæ semet muniebant vocales aquæ. nam &, Discede, &, Quid facis? vide, &, Quid agis? Caue, & Fuge, & Peribis, subinde clamant. Sic impossibilitate ipsa mutata in lapidem Psyche, quamuis præfenti corpore, sensibus tamen aberat: &, inextricabilis periculi mole profus obruta, lacrymarum etiam extremo solatio carebat. Nec Prouidentix bonæ graues oculos innocētis animæ latuit ærumna. Nam primi Iouis regalis auis illa, repente, propanis vtrimque pinnis, affuit rapax aquila: memorq; veteris obsequij, quo ductu Cupidinis Ioui pocillatorem Phrygium sustulerat, opportunam ferens opem, Dei que numen in vxoris laboribus percolens, alti culminis Diales vias deferit. ob os puellæ præuolans, incipit: At tu simplex alioquin, & expertus rerum talium, sperasne te sanctissimi, nec minus truculenti fontis, vel vnam stillam posse futari, vel omnino contingere? Diis etiam, ipsiq; Ioui formidabiles aquas istas Stygias, vel fando comperisti? quodque vos deieratis per numina Deorum, Deos per Stygis maiestatem solere? Sed cedo istam vetulam. Et protinus arreptam, completamq; festinanter, libratisque pinnarum nutantium molibus, inter genas sæuientium dentium, & trifulca vibramina draconum, remigium dextra læuaque porrigens, nolentes aquas, & vt abiret innoxius præmonentes, excipit: commentus, ob iussum Veneris petere, ei que se præministrare, quare paulo facilior adeundi fuit copia. Sic acceptam cum gaudio plenam vnam Psyche Veneri citata retulit. Nec tamen nutum Dææ sæuientis vel tunc expiare

poruit, nam sic eam, maiora atque peiora flagitia  
 comminans, appellat renidens exitiabile: Lam tu  
 quidem videris magna quædam mihi & alta pro-  
 fus malefica, quæ talibus præceptis meis obtempe-  
 rasti gnauiter. Sed adhuc istud, mea pupula, mini-  
 strate debebis. Sume istam pyxidem: &, dedit pro-  
 tinus: vsque ad Inferos & ipsius Orci ferales pena-  
 tes te dirige, tunc conferens pyxidem Proserpinæ,  
 Perit de te Venus, dicit, modicum de tuâ mittas  
 ei formositate, vel ad vnam saltem dieculam suffi-  
 ciens, nam quod habuit, dum filium curat ægro-  
 tum, consumpsit atque contriuit omne. Sed haud  
 immaturius redito; quia me necesse est indidem  
 delinitam, theatrum Deorum frequentare. Tunc  
 Psyche vel maximè sensit vltimas fortunas suas:  
 &, velamento reiecto, ad promptum exitium sese  
 compelli manifestè comperit. quidni? quæ suis pe-  
 dibus vltro ad Tartarum Manesq; demerere coge-  
 retur. Nec contata diutius, pergit quampiam tur-  
 rim præaltam, indidem se datura præcipitem: sic  
 enim rebatur, ad Inferos rectè atque pulcerrimè se  
 posse descendere. Sed turris prorumpit in vocem  
 subitam: Ecquid te, inquit, præcipitio misella quæ-  
 ris extinguere? quidque iam nouissimo periculo,  
 laborique isto temerè succumbis? Nam, si spiritus  
 corpore tuo semel fuerit sciugatus, ibis quidè pro-  
 fectò ad inum Tartarum, sed inde nullo pacto re-  
 dire poteris. Mihi ausculta. Lacedæmon Achaiæ  
 nobilis ciuitas non longè sita est. huius contermi-  
 nam, deuis abditam locis, quære Tartarum. inibi  
 spiraculum Ditis, & per portas hiantes monstratur  
 iter inuium: cuius te limine transineatam simul  
 commiseris, iam canale directo pergis ad ipsam  
 Orci regiam. Sed non hætenus vacua debebis per  
 illas tenebras incedere, sed offas polètræ multa con-  
 cretas ambabus gestare manibus, ac in ipso ore  
 duas ferre stipes. Iamque confecta bona parte mor-  
 tiferæ viæ, continuaueris claudum asinû lignorum  
 gerulam, cum agasone simili; qui te rogabit, deci-  
 denti



denti sarcinæ fulticuios aliquos porrigas cî, sed tu  
 nulla voce deprompta, tacita præterito. Nec mora,  
 cum ad flumen mortuû venies, cui præfectus Cha-  
 ron protinus expetens portorium, sic ad ripam vl-  
 teriorem futili cymba deducit commeantes. Ergo  
& inter mortuos auaritia viuit? nec Charon ille,  
Ditis pater, tantus deus, quidquam gratuito facit;  
& pauper moriens viaticum debet quærere; & , as  
 si forte præ manu non fuerit, nemo cum expirare  
 patietur? Huic squalido seni dabis nauli nomine de  
 stipibus, quas feres alteram: sic tamen, vt ipse sua  
 manu de tuo sumat ore. Nec secius tibi pigrû fluë-  
 tum transineanti, quidam supernatans senex mor-  
 tuus, putris attollens manus, orabit, vt eum intra  
 nauigium trahas. nec tu tamen illicita affectare  
 pietate. Transito fluuio, modicum te progressam  
 textrices orabunt anus, telam struentes, manus  
 paulisper accõmodes. nec id tamen tibi contingere  
 fas est. Nam hic omnia tibi, & multa alia de Ve-  
 neris insidiis orientur, vt vel vnã de manibus  
 committas offulam. Nec putes futile istud pollen-  
 tarium damnum leue. altera enim perdita, lux hæc  
 tibi prorsus denegabitur. Canis namque pergan-  
 dis triugo & sacis amplo capite præditus, imma-  
 nis & formidabilis, conãtibus oblatrans fancibus,  
 mortuos, quibus iam nil mali potest facere, frustra  
 territando, ante ipsum limen & atra atria Proser-  
 pinæ semper excubans, seruat vacuam Ditis do-  
 mum. Hunc offrenatum vnus offulæ præda, facilè  
 præteribis: ad ipsamque protinus Proserpinam in-  
 troibis: quæ te comiter excipiet, ac benignè; vt &  
 molliter assidere, & prandium opiparè suadeat su-  
 mēre. Sed tu & huius reside, & panem sordidum  
 petitu esto: deinde nuntiato quid adueneris, sus-  
 ceptoque quod offeretur, rursus remeans, canis  
 feuitiem offula reliqua redime: ac deinde auaro  
 nauæ data, quam reseruaueras, stipe, transi-  
 tōque eius fluuio, recalcans priora vestigia, ad  
 istum cælestium siderum redies choram. Sed inter

omnia, hic obseruandum præcipuè tibi censeo, ne velis aperire vel inspicere illam, quam feres, pyxidem: vel omnino formositatis diuinæ abditum cures thesaurum. Sic turris illa vel propitia vaticinationis munus explicuit. Nec morata Psyche, pergit Tanarum; sumptisque ritè stipibus illis, & offulis, inferum decurrit meatum: transitoque per silentium asuario debili, & amica sipe vectori data, neglecto supernatantis mortui desiderio, & spreto textricum subdolis precibus, & offulæ cibo sopita canis horrendi rabie, domum Proserpinæ penetrat. Nec offeretis hospitæ sedile dedicatum, vel cibum beatum amplexa; sed ante pedes eius residens humilis, & cibario pane contenta, Veneream pertulit legationem. Statimque secreto repletam conclusamque pyxidem suscipit; & offulæ sequentis fraude caninis latratibus obseratis, & residua nauitæ reddita sipe, longè vegetior ab Inferis recurrit. Et, repetita atque adorata candida ista luce, quamquam festinans obsequium terminare, mente capitur temeraria curiositate. Et ecce, inquit, inepta ego diuinæ formositatis gerula, quæ nec tantillum quidem indidem mihi delibo, vel sic illi amatori meo formoso placitura. Et cum dicto referat pyxidem, nec quidquam ibi rerum, nec formositas vlla, sed infernus somnus, ac verè Stygius: qui statim cooperculo reuelatus, inuadit eam crassè soporis nebula, cunctis eius membris perfunditur, & in ipso vestigio ipsaque semita conlapsam possidet. & iacebat immobilis, & nihil aliud quam dormiens cadauer. Sed Cupido iam cicatrice solida reualefcens, nec diutinam suæ Psyche absentiam tolerans, per artificiosam cubiculi, quo cohibebatur, elapsus fenestram, refectisque pinnis aliquanta quiete, longè velocius prouolans, Psychem accurrit suam: detersoque somno curiosè, & rursus in pristinam pyxidis sedem recõdito, Psychem innoxio punctulo suæ sagittæ suscitât. Et ecce, inquit, rursus perieras miscella simili curiositate. Sed

interim

interim quidem tu prouinciam, quæ tibi matris  
 meæ præcepto mandata est, exequere gnauiter: ce-  
 tera egomet video. His dictis, amator leuis in pin-  
 nas se dedit. Psyche verò confestim Veneri munus  
 reportat Proserpinæ. Interea Cupido amore nimio  
 peresus, & ægra facie matris suæ repentinam sobrie-  
 tatem pertimescens, ad armile redit: aliisque perni-  
 cibus cæli penetrato vertice, magno Ioui suppli-  
 cat, suamque causam probat. Tunc Iupiter, perpreffa  
 Cupidinis buccula, manuque ad os suum relata,  
 confauit, atque sic ad illum: Licet tu, inquit, do-  
 mine fili, nunquam mihi concessu Deum decre-  
 tum seruari honorem: sed istud pectus meum, quo  
 leges elementorum & vices siderum disponuntur,  
 conuulnetaris assiduis ictibus, crebrisque terrenæ  
 libidinis sedaueris casibus, contraque leges, & ip-  
 sam Iuliam, disciplinamque publicam turpibus adul-  
 teriis existimationem famamque meam læseris, in  
 serpentes, in ignes, in feras, in aues & gregalia pe-  
 cua serenos vultus meos sordidè reformando; at-  
 tamen modestiæ meæ memor, quodque inter istas  
 meas manus creueris, cuncta periciam: dum tamen  
 scias, amulos tuos cauere: ac, si qua nunc in terris  
 puella præpollet pulchritudine, præsentis beneficij  
 vicem per eam mihi repensare te debere. Sic fatus,  
 iubet Mercurium Deos omnes ad cõcionem con-  
 uocare protinus, ac, si qui cœtu cælestiũ defuisset,  
 in pœnam decem milium nummorum conuētum  
 iri pronũtiare. Quo metu statim completo cælesti  
 theatro, pro sede sublimi sedens procerus Iupiter,  
 sic enunciat: Dei conscripti Musarum albo, adule-  
 scentem istum, quem manibus meis alumatus  
 sum, profecto scitis omnes: cuius primæ iuuentu-  
 tis caloratos impetus freno quodam coërcendos  
 existimari. Sat est quotidianis eũ fabulis, ob adul-  
 teria, cunctasque corruptelas infamatum, tollenda  
 est omnis occasio, & luxuriã puerilis nuptialibus  
 pedicis colliganda. Puellam elegit, & virginitate  
 priuauit: teneat, possideat, amplexus: Psychem sem-

per suis amoribus perfruatur. Et ad Venerem collocata facie, Nec tu, inquit, filia quidquam contristare: nec profapiæ tantæ tuæ, statuique de matrimonio mortali metuas. Iam saxo nuptias non impares, sed legitimas, & iure ciuili congruas. Et illico per Mercurium arripi Psychem, & in cælum perducere iubet. Porrecto ambrosiæ poculo, Sume, inquit, Psyche, & immortalis esto: nec vniquam digredietur à tuo nexu Cupido, sed istæ vobis erunt perpetuæ nuptiæ. Nec mora, cum cæna nuptialis affluens exhibetur. Accumbebat summum torum maritus, Psychem gremio suo complexus. sic & cum sua Iunone Iupiter, ac deinde per ordinem toti Dei. Tunc poculum nectaris, quod vinum Deorum est, Ioui quidem suus pocillator ille rusticus puer, ceteris verò Liber ministrabat. Vulcanus cænam coquebat: Horæ rosas & ceteris floribus purpurabant omnia: Gratia spargebāt balsama: Musæ quoque canora personabant. Apollo cantauit ad citharam: Venus suauis Musicæ superingressa, formosa saltauit: scena sibi sic concinnata, vt Musæ quidem chorum canerent, tibias inflaret Satyrus, & Paniscus ad fistulam diceret. Sic ecce Psyche conuenit in manum Cupidinis: & nascitur illis maturo partu filia, quam Voluptatem nominamus. Sic captivæ puellæ delira & temulenta illa narrabat anicula. Sed astans ego non procul, dolebam me hercules, quod pugillares & stilum non habebam, qui tam bellam fabellam prænotarem. Ecce, confecto nescio quo graui prælio, latrones reueniunt onusti: nonnulli tamen, immò promptiores vulneratis domi relictis, & plagas recurantibus, ipsi ad reliquas occultatas in quadam spelunca sarcinas, vt aiebant, proficisci gestiunt. prandiòque raptim tubercinato, me & equum vectores rerum illarum futuros sustibus exinde tundentes, producant in viam: multisque cliuis & amfractibus fatigatos, prope ipsam vesperam producant ad quampiam speluncam: vnde multis onustos rebus rursus, ne breui-

br̄uiculo quidem tempore refectos, ob iter redu-  
eunt: tantaque trepidatione festinabant, vt me  
plagis multis obtundentes, propellentesque super  
lapidem prope viam positum, deiicerent. vnde cre-  
bris aque ingestis ictibus, dextero crure & vngula  
sinistra me debilitatum, ægre ad exurgendum com-  
pellunt. Et vnus, Quousque, inquit, ruptum istum  
asellum, nunc etiam claudum, frustra pascemus?  
Et alius: Quid quod & pessimo pede domum no-  
stram accessit, nec quidquam idonei lucri exinde  
cepimus, sed vulnera, & fortissimorum occisiones.  
Alius iterum: Certè ego cum primū sarcinas istas,  
quamquam inuitus, pertulerit, protinus eum, vul-  
turiis gratissimum pabulum futurum, præcipita-  
bo. Dum secum mitissimi homines altercant de  
mea nece, iam & domum perueneramus, nam ti-  
mor vngulas mihi alas fecerat. Tum quæ fereba-  
mus amoliti properiter, nulla salutis nostræ cura  
ac ne meæ quidem necis habita, comitibus adsci-  
tis, qui vulnerati remanserant, dudū recurrunt: re-  
laturi cædia, vt aiebant, nostræ tarditatis. Nec me  
tamen mediocris carpebat scrupulus, contempla-  
tione comminata mihi mortis. & ipse mecum:  
Quid istas Luci, vel quid iam nouissimum expe-  
ctas? Mors, & hæc acerbissima, decreto latronum  
tibi comparata est. nec magno conatu res indiget.  
Vides istas ruiuas proximas, & præacutas in his  
præminentes silices, quæ te penetrantes, quæ deci-  
deris, membratim dissipabunt. Nam & illa ipsa  
præclara Magia tua, non vultum laboresque tibi  
tantum asini, verum corium non asini crassum, sed  
hirundinis tenue membranulū circumdedit. Quin  
igitur masculum tandem sumis animum, teæque  
saluti dum licet consulis? Habes summam oppor-  
tunitatem fugæ, dum latrones absunt. An custo-  
diam anus semimortuæ formidabis? quam, licet  
claudi pedis tui calce vnica, finire poteris. Sed quò  
gentium capellatur fuga, vel hospitium quis dabit?  
Hic quidè inepta, & prorsus asinina cogitatio. quæ  
enim

enim viantium vectorem suum non libenter aufe-  
 rat secum? Et alacri statim nisu lorum, quo fueram  
 destinatus, abrumpo, meq; quadrupedi cursu pro-  
 ripio. Nec tamen astutulæ anus miluinos oculos  
 effugere potui. Nam, vbi me conspexit absolutum;  
 capta super sexum & ætatem audacia, lorum pre-  
 hendit, ac me deducere ac reuocare contēdit: Nec  
 tamen ego, memor exitiabilis propositi latronum,  
 pietate vlla commoueor: sed incussis in eam po-  
 steriorum pedum calcibus, protinus applaudo ter-  
 ra. At illa quamuis humi prostrata, tamen tenaci-  
 ter loro inhærebat; vt me procurrente aliquantif-  
 per, tractu sui sequeretur. & occipit statim clamo-  
 sis vlulatibus auxilium validioris manus implora-  
 re. Sed frustra fletibus cassum tumultum commo-  
 uebat: quippe cum nullus adforet qui suppetias ei  
 ferre posset, nisi sola illa virgo captiua: quæ vocis  
 exitu procurrentis, videt hercules memorandi spe-  
 ctaculi scenam, non tauro, sed asino dependentem  
 directè aniculam: sumptaque constantia virili,  
 facinus audet pulcerrimum. Extorto etenim loro  
 manibus eius, me placitis gemitibus ab impetu  
 reuocatum gauiter inscēdit, & sic ad cursum rur-  
 sum incitat. Ego simul voluntariæ fugæ voto, &  
 liberandæ virginis studio, sed & plagarum suafu,  
 quæ me sapiculè commonebant, equestri celerita-  
 te, quadrupedi cursu solum replaudēs, virginis de-  
 licatas oculos adhinnire tentabam. Sed & scal-  
 pendi dorsi mei simulatione, nonnumquam obli-  
 quata ceruice pedes decoros puellæ basabant. Tūc  
 illa suspirans altius, cælumque sollicito nutu pe-  
 tens, Vos, inquit, Superi tandem meis supremis  
 periculis opem facite: & tu Fortuna durior iam  
 sequere desine. Sat tibi miseris istis cruciatibus meis  
 litatum est. Tuque præsidium meæ libertatis, meaq;  
 salutis, si me domum peruexeris incolumem, pa-  
 renibusq; & formoso proco reddideris, quas tibi  
 gratias perhibebo, quos honores habebō, quos ci-  
 bos exhibebo? Iam primū iubam istam tuam  
 probē

probè pectinatam meis virginalibus monilibus  
 adornabo: frontem verò crispatam, prius decori-  
 ter discriminabo: caudæque setas incuria conge-  
 fitas & horridas, compta diligentia perpolibo: bul-  
 lisque te multis aureis inoculatum, veluti stellis  
 sidereis relucentem, & gaudiis popularium pom-  
 parum ouantem, sinu serico progestans nucleos,  
 edulia mitiora, te meum sospitatorem cottidiè sa-  
 ginabo. Sed nec inter cibos delicatos, & otium  
 profundam, vitæque totius beatitudinem, deerit  
 tibi dignitas gloriosa. Nam memoriam præsentis  
 Fortunæ meæ, diuinæque Providentiæ, perpetua  
 testatione signabo: & depictam in tabula fugæ præ-  
 sentis imaginem meæ domus atrio dedicabo. Vi-  
 setur, & in fabulis audietur, doctorumque stilis ru-  
 dis perpetuabitur historia: **ASINO VECTORE  
 VIRGO REGIA FUGIENS CAPTIVITA-  
 TEM.** Accedes antiquis & ipse miraculis. Crede-  
 mus etiam exéplo tuæ veritatis, & Phryxum arieti  
 supernatasse, & Arionem delphino gubernasse, &  
 Europam tauro supercubasse. Quod si verè Iupiter  
 mugiuit in bonem: potest in asino meo latere ali-  
 quid, vel vultus hominis, vel facies Deorum. Dum  
 hic idem idem puella replicat, votisque crebros  
 intermiscet suspiratus: ad quoddam peruenimus  
 triuiû, vnde me arrepto capistro dirigere dextro-  
 sum magnopere gestiebât: quod ad parentes eius  
 ea scilicet iretur via. Sed ego gnarus, latrones illâ  
 ad reliquas commeasse prædas, retinebar fortiter:  
 atque sic in animo meo tacitus exoptulabam: **Quid  
 facis infelix puella? quid agis? cur festinas ad Or-  
 cum? quid meis pedibus facere cõtendis? non enim  
 te tantum, verum etiam me perditum ibis.** Sic nos  
 diuersa tendentes, & in causa finali, de proprie-  
 tate soli, imò vitæ eriscundæ contendentes, rapi-  
 nis suis onusti coram deprehendunt ipsi latrones:  
 & ad Lunæ splendorem iam inde longius cognitos,  
 risu magno salutâr. & vnus è numero sic appellat:  
**Quorsum istam festinâti vestigio lucubratis viam,**

nec noctis intempeſtæ Maues Laruasque formidatis? An tu probiſſima puella parentes tuos interuiſere properas? Sed nos & ſolitudini tuæ prætidium præbebitus, & compendioſum ad tuos iter monſtrabimus. Et verbum manu ſecutus, preſo loro, retrorſum me circumtorquet: nec baculi nodoli, quem gerebat, ſuetis ictibus temperat. Tunc ingratis ad promptum recurrès exitium, remiſcor doloris vngulæ, & occipio nutanti capite claudicare. Sed ecce, inquit ille qui me retraxerat, ruſſum titubas & vacillas? & putres iſti tui pedes fugere poſſunt, ambulare neſciunt? at paulo antè pinnatam Pegaſi vincebas celeritatem. Dum ſic mecum fuſſem quatrlès benignus iocatur comes, iam domus eorum extremam loricam perueneramus. Et ecce de quodâ ramo proceræ cupreſſus induta laqueum anus illa pendebat. Quam quidem detractam proſtinus, cû ſuo ſibi funiculo deuinctam, dedere præcipitem: puellâque ſtatim diſtenta vinculis, carnem, quam poſtrema diligentia præparauerat infelix anicula, ſerinis inuadunt animis. Ac dum auida ferocitate cuncta contruncant; iam incipiunt de noſtra pœna, ſuâque vindicta ſecum conſiderare. &, vtpote in cœtu turbulento, variæ ſuere ſententiæ: vt primus vinam cremari cœſeret puellam, ſecundus beſtiis obiiici ſuaderet, tertius patibulo ſuſſigi iuberet, quartus tormentis excarnificari præciperet. certe calculo cunctorum vtcunque mors ei fuerat deſtinata. Tunc vnus, omnium ſedato tumultu, placido ſermone ſic orſus eſt: Nec ſectæ collegij, nec manſuetudini ſingulorum, ac ne meæ quidem modeſtiæ cõgruit, pati vos vltra modum, delictiq; ſauire terminum: nec ſeſias, nec cruceſ, nec ignes, nec tormenta; ac ne mortis quidem maturatæ feſtinas tenebras accerſere. Meis itaque conſiliis auſcultantes, vitam puellæ, ſed quam meretur, largimini. Nec vos memoria deſeruit vtique, quòd iam dudum decreueritis de iſto aſino, ſemper pigro quidem, ſed manducatione ſummo, nunc etiam  
mendaci



mendaci fictæ debilitatis, & virginalis fugæ seque-  
stro, ministróque. Hunc igitur iugulare crastino  
placeat, totisque vacuefacto præcordiis, per me-  
diam aluum nudam virginem, quam prætulit no-  
bis, insuere: vt sola facie prominente, ceterum cor-  
pus puellæ nexu ferino coërceat; tunc super ali-  
quod saxum scruposum, insititium & fartilem asi-  
num exponere, & Solis ardentis vaporibus trade-  
re. sic enim cuncta, quæ rectè statuistis, ambo su-  
stinebunt: & mortem asinus, quam pridem me-  
ruit; & illa morsus ferarum, cum vermibus mem-  
bra laniabuntur; & ignis flagrantiam, cum Sol ni-  
miis caloribus inflammarit vterum; & patibuli  
cruciatum, cum canes & vultures intima protra-  
hent viscera. Sed & ceteras eius arummas & tor-  
menta numerate. Mortuæ bestia ipsa viuens ven-  
trem habitabit; tum fœtore nimio nares æstuabunt;  
inediæ diutinæ letali fame tabescet; nec suis saltem  
liberis manibus mortem sibi fabricare poterit. Ta-  
libus dictis, non pedibus, sed totis animis latrones  
in eius vadunt sententiam. Quam meis tam ma-  
gnis auribus accipiens, quid aliud quam meum  
crastinum deslebam cadauer?

L. APVLEII  
METAMORPHOSEON  
SIVE  
DE ASINO AVREO  
LIBER SEPTIMVS.

**V**T primùm tenebris abiectis, dies inalbebat,  
& candidum Solis curriculum cuncta con-  
lustrabat; quidã de numero latronum per-  
uenit: sic enim mutua salutationis officium indi-  
cabat. Is in primo speluncæ aditu residens, & ex  
anhe-

anhelitu recepto spiritu, talem collegio suo nun-  
 tium fecit: Quod ad domum Milonis Hypatini,  
 quam proxime diripuimus, pertinet, discussa solli-  
 citudine iam possumus esse securi. Postquam vos  
 enim fortissimis viribus, cunctis ablatis, castra  
 nostra remeastis: immixtus ego turbulis popula-  
 rium, dolentiq̄ue atque indignanti similis, arbitra-  
 bar super inuestigatione facti cuiusmodi consilium  
 caperetur; & an, & quatenus latrones placeret  
 inquiri: renuntiaturus vobis, vt mandaueratis,  
 omnia. Nec argumentis dubiis, sed rationibus  
 probabilibus, congruo cunctæ multitudinis con-  
 sensu, nescio qui Lucius auctor manifestus facino-  
 ris postulabatur: qui proximis diebus, fictis com-  
 mendaticijs literis, Miloni sese, virum commenti-  
 tus bonum, artius conciliauerat: vt etiam hospiti-  
 o susceptus, inter familiares intimos haberetur:  
 plusculisque ibidem diebus demoratus, falsis amo-  
 ribus ancillæ Milonis animum inrepens, ianuæ  
 claustra sedulo explorauerat, & ipsa membra, in  
 quibz omne patrimonium condi solebat, curiosè  
 perspexerat. Nec exiguum scelerati monstraba-  
 tur indicium. quippe cum eadem nocte, sub ipso  
 flagitij momento, idem profugisset, nec exinde  
 vsquam cõpareret. nam & præsidij fugæ, quo velo-  
 cius, frustratis insecutoribus, procul ac procul ab-  
 deret sese, eidem facile suppeditasse. equum namq̄  
 illum suum candidum, vectorem futurum, duxisse  
 secum. Planè seruum eius ibidem in hospicio re-  
 pertum, scelerum consiliorumq̄ue heredium futu-  
 rum indicem, per magistratus in publicam custo-  
 diam receptum, & altero die tormentis vexatum  
 pluribus, ac penè ad vltimam mortem excarnifica-  
 tum, nihil quidquam rerum talium esse confes-  
 sum. missos tamen in patriam Lucij illius multos  
 numero, qui reum pœnas daturum sceleris inqui-  
 terent. Hic eo narrante, veteris Fortunæ, & illius  
 beati Lucij, presentisq̄ue ærumnæ & infelicis afini  
 facta comparatione, medullitus ingemebam. Subi-  
 batq̄ue

batque me, non de nihilo veteris præcæque doctrinæ viros finxisse, ac pronūtiasse, cæcam & prorsus exoculatam esse Fortunam: quæ semper suas opes ad malos & indignos conferat; nec vñquam iudicio quemquam mortalium eligit: imò verò cum his potissimum diuerfetur, quos, procul si videret, fugere deberet; quodque cunctis est extremius, varias opiniones, immò contrarias nobis attribuat; vt & malus boni vini fama gloriatur, & innocentissimus contra noxiorū ore plectatur. Ego denique, quem scruimus eius impetus in bestiam, extrema sortis quadrupedem, deduxerat, cuiusque casus etiam cuius iniquissimo dolendus, atque miserandus meritò videretur, crimine latrocinij in hospitem mihi carissimum postulabar. Quod crimen non modò latrocinij, verūctiam parricidium quisque rectius nominaret. Nec mihi tamen licebat causam meam defendere, vel vnico verbo saltem denegare. Denique, ne mala conscientia tam scelesto crimini præsens videret silentio cōsentire; hac tantum impatientia productus, volui dicere, Non feci. Et verbum quidem præcedens semel ac sæpius immodicè clamitavi, sequens verò nullo pacto dissimulare potui; sed in prima remansi voce, & idem idem boai, Non, Non: quamquam nimia rotunditate pendula vibraffem labia. Sed quid ego pluribus de Fortunæ scruitate conquerer? quam nec istuc puduit, me cū meo famulo, meoq; vectore illo equo factum cōseruum atq; cōiugem. Talibus cogitationibus fluctuantem, subiit me illa cura potior, qua statuto consilio latronum, manibus virginis decretam me victimam recordabar. vëtre crebrò suspiciens meū, iam misellam puellam parturiebam. Sed ille, qui commodū falsam de me notoriam pertulerat, ex promptis mille aureis, quos in sinu laciniæ contexerat, quosq; variis viatoribus detractos, vt aiebat, pro sua frugalitate communi conferebat arcæ: inhiit etiam de salute commilitonū sollicitè sciscitari. Cognitoq; quosdam,

dam, immò verò fortissimum quemque variis quidem, sed impigris casibus adoppetisse, suadet tantisper pacatis itineribus, omniumque præliorum seruaris induciis, inquisitionibus commilitonum potius insisteretur, & tirocinio nouæ iuuetutis, ad pristinae manus numerum, Martiæ cohortis facies integraretur. Nam & inuitos terrore compelli, & volentes præmio prouocari posse: nec paucos humili seruilique vitæ renuntiantes, inlar tyranniæ potestatis, sectam suam conferre malle. Se quoque iam dudum, pro sua parte, quemdam conuenisse hominem & statu procerum, & ætate iuuenem, & corpore vastum, & manu strenuum: eiq; suafisse, ac denique persuafisse, vt manus hebetatas diutina pigritia, tandem referret ad frugem meliorem; bonoque secundæ, dum posset, frueretur valetudinis: nec manum validam erogandæ stipi porrigeret, sed haurièdo potius exerceret auro. Talibus dictis vniuersi omnes assensere: & illum, qui iam comprobatus videretur, ascisci, & alios, ad supplèdum numerum, vestigare statuunt. Tunc profectus, & paululum cōmoratus ille, perducit immanem quemdam iuuenem, vti fuerat pollicitus, nescio an vlli præsentium comparandum, nam, præter ceteram corporis molem, toto vertice cunctos antepollebat. & ei commodum lanugo malis inserpebat: sed planè centunculis disparibus, & malè confarcinatis semiamictum: inter quos pectus & ventèr crustata crassitie reluctabant. Sic introgressus, Auete, inquit, fortissimo deo Marti clientes, mihiq; iam fidi commilitones; & virum magnaminæ viuacitatis volentem volentes accipite, libentius vulneræ corpore excipiètem, quàm aurum manu suscipientem: ipsa que morte, quam formidant alij, meliorem. Nec me putetis egenum, vel abiectum, nèue de pannulis istis virtutes meas æstimetis. Nam præfui validissimæ manui, totamque prorsus deuastauit Macedoniam. Ego sum prædo famosus, Hæmus ille Thracius, cuius totæ prouinciæ nomen hor-

horrescunt: patre Therone atque latrone inclyto  
 prognatus, humano sanguine nutritus, interque  
 ipsos manipulos factionis educatus, heres & æmu-  
 lus virtutis paternæ. Sed omnem pristinam socio-  
 rum fortium multitudinem, magnasque illas opes  
 exiguo temporis amissi spatio. Nam procuratorem  
 principis ducenaria pertinctum, dehinc Fortuna  
 tristiore decussum, prætereuntem coram fueram  
 aggressus. Sed rei noscendæ carpo ordinem. Fuit  
 quidam multis officiis in aula Cæsaris clarus atque  
 conspicuus, ipsi etiam probè spectatus. Hunc insi-  
 mulatum quorundam astu, proiecit extorrem sæ-  
 uiens Inuidia. Sed vxor eius Plotina, quædam ra-  
 ræ fidei atque singularis pudicitia femina, quæ de-  
 cimo partus stipendio viri familiam fundauerat,  
 spreis atque contemptis vrbicæ luxuriæ deliciis,  
 fugientis comes, & infortunij socia, tonso capillo,  
 in masculinam faciem reformato habitu, pretio-  
 sissimis moniliis & auro monetali zonis refertis  
 incincta, inter ipsas custodiētium militum manus,  
 & gladios nudos intrepida, cūctorum periculorum  
 particeps, & pro mariti salute peruigilem curam  
 sustineus, ærumnas assiduas ingenio masculino susti-  
 nebat. Iamque plurimis itineris difficultatibus,  
 marisque terroribus exantlatis, Zacynthum pete-  
 bat: quam Sors ei fatalis decreuerat temporariam  
 sedem. Sed cum primū littus Actia cum, quo tunc  
 Macedonia delapsi grassabamur appulisset; nocte  
 promotæ, tabernulam quamdam littori nauique  
 proximam, vitatis maris fluctibus, incubabat. In-  
 uadimus, & diripimus omnia. nec tamen periculo  
 leui tentati discessimus. Simul namque primum so-  
 num ianæ matrona percepit; procurrens in cubi-  
 culum, clamoribus inquietis cuncta niscuit: mi-  
 lites, suosque famulos nominatim, sed & omnem  
 viciniam suppetiatum conuocans: nisi quod pauo-  
 re cunctorum, quem sibi quisque metuentes de-  
 litescabant, effectum est, vt impunè discedere-  
 mus. Sed protinus sanctissima, vera enim dicenda  
 sunt,

sunt, & vnicæ fidei femina, bonis artibus gratiosa, precibus ad Cæsaris numé porrectis, & marito reditum celerem, & aggressuræ plenam vindictam impetrauit. Denique noluit esse Cæsar Hæmi latronis collegium, & cōfestim interiijt. Tantum potest nutus etiam magni Principis. Tota denique factione militarium vexillationum indagatu confecta atque cōcisa, ipse me furatus agrè, solus mediis Orci faucibus ad hunc euasi modum. Sumpta veste muliebri florida, in sinus floccidos abūdante, mitellaque textili contacto capite, calceis femininis albis illis & tenuibus indutus, & in sequiorem sexum insertus atque absconditus, a fello spicas ordeaceas gerenti residens, per medias acies infeltem militis transibij. Vnam mulierem putantes a sinariam, cōcedebant liberos abitus: quippe cum mihi etiam tunc depiles genæ læui pueritia splenderet. Nec ab illa tamen paterna gloria vel mea virtute descuiui, quamquam semitrepidus iuxta mucrones Martios constitutus: sed habitus alieni fallacia testus villas seu castella solus aggrediens, viaticulum mihi corrafi. Et diloricatis statim pannulis, in medium profudit duo milia aureorum, &, En, inquit, istam sportulam, immo verò dotem vestro collegio libens, meque vobis ducem fidissimum, si tamen non recusatis, offero: breuis temporis spatio lapideam istam domū vestram, facturusauream. Nec mora, nec cōtatio, sed calculis omnibus dueatam latrones ynanimis ei deferunt: vestemque lauiusculam proferunt, fumeret abiecto xentunculo diuire. Sic reformatus, singulos exosculatus, & in summo puluinari locatus, cæna & poculis magnis inauguratur. Tunc sermonibus mutuis de virginis fuga, deque mea vectura, & vtrique destinata monstruosa morte cognoscit: & vbi locorum esset illa percontatus, deductusque, visa ea, vt erat vinculis onusta, contorta & vituperanti nare discessit. &, Non sum quidem tam biutus, vel certè temerarius, inquit, vt scitum vestrum inhibeam, sed malæ conscientia.

conscientiæ reatum intra me sustinebo, si quod bonû mihi videtur, dissimulauero. Sed prius fiduciam, vestri causa sollicito mihi tribuite: cum præsertim vobis, si sententia hæc mea displicuerit, liceat rursus ad asinum redire. Nam ego arbitror latrones, quiqui eorum rectè sapiunt, nihil anteferre lucro debere suo, ac ne ipsam quidem sæpe & aliis damnosam vltionem. Ergo igitur si perdideritis in asino virginem, nihil amplius quàm sine vllò compendio indignationem vestram exercueritis. Quin ego censeo, deducendam eam ad quampiam ciuitatem, ibique venundandam. nec enim leui pretio distrahi poterit talis ætatula. Nam & ipse quosdam lenones pridem cognitos habeo, quorum poterit vnus magnis equidem talentis, vt arbitror, puellam istam præstinare, condignè natalibus suis in fornicem processuram, nec in similem fugam discursuram: nonnihil etiam, cum lupanari seruiert, vindictæ vobis depensuram. Hanc ex animo quidem meo sententiam conducibilem protuli. sed vos nostrorum estis consiliorum rerumque domini. Sic ille latronum fisci aduocatus nostram causam pertulerat, virginis & asini sospitator egregius. Sed in diutina deliberatione ceteri, cruciantes mora consilij meæ præcordia, immò miserum spiritum, libenter tandem nouitij latronis accedunt sententiæ: & protinus à vinculis exoluunt virginem. Quæ quidem, simul viderat illum iuuenem, fornicisque & lenonis audierat mentionem, cepit risu latissimo gestire: vt mihi meritò subiret vituperatio totius sexus: cum viderem puellam proci iuuenis amore nuptiarumque castarum desiderio simulato, lupanatis spurci sordidi que subito delectari nomine. & tunc quidem totarum mulierum festa, moresque de asini pedebant iudicio. Sed ille iuuenis sermone repetito: Quin igitur, inquit, supplicatum Marti comiti perginus, & puellam simul vendituri, & socios indagaturi? sed, vt video, nullum vsquam pecus sacrificatui, ac ne visum quidem

potatui affatim vel sufficiens habemus. Decem  
 itaque mihi legate comites, quis contentus proximum  
 castellum petam, inde vobis epulas & alias  
 res comparaturus. Sic eo profecto, ceteri copiosum  
 instruunt ignem, aram cespite virenti Marti deo faciunt.  
 Nec multo post adveniunt illi, vinarios vres  
 ferentes, & gregatim pecua comminantes. Vnum  
 pralectum grandem hircum, annosum & horricomem  
 Marti Secutori Comiti que victimant. & illico  
 prandium fabricatur opipare. Tunc hospes ille,  
 Non modo, inquit, expeditionum, praedarumque,  
 verum etiam voluptatum vestitarum ducem me  
 strenuum sentire debetis. Et aggressus insigni  
 facunditate, gnauiter cuncta praeministrat. venit,  
 sternit, coquit, ruceta concinnat; apponit satulle:  
 sed praecipue poculis crebris, grandibusque singulos  
 ingurgitat. Interdum tamen, insinuatione  
 promendi quae posebat usus, ad puellam comme-  
 abat assidue, partesque subreptas clanculo, & praegustatas  
 a se portiones offerebat hilaris. At illa sumebat  
 appetenter; & nonnumquam basiare volenti,  
 promptis fauiolis adlubescebat, quae res oppido  
 mihi displicebat. Hem oblita es nuptiarum,  
 tuique mutui cupitoris, puella virgo? & illi nescio  
 cui recenti marito, quem tibi parentes iunxerant,  
 hunc aduenam, cruentumque percussorem praepo-  
 nis? Nec te conscientia stimulat, sed affectione cal-  
 cata, inter lanceas & gladios istos scortari tibi  
 libet? Quid si quo modo ceteri latrones persenserint,  
 non rursus recurras ad asinum, & rursus exitium  
 mihi parabis? Reueta ludis de alieno corio. Dum  
 ista sycophanta ego mecum maxima cum indignatione  
 disputo; de verbis eorum quibusdam dubiis,  
 sed non obscuris prudenti asino, cognosco, non. Ha-  
 mum illum praedonem famosum, sed Lepolemum  
 sponsum puellae ipsius. Nam procedente sermone,  
 paulo iam clarius, contempta mea praesentia: Bono  
 animo es, inquit, Charite dulcissima, nam totos  
 istos tuos hostes statim captiuos habebis. Et in-  
 stantia



stantia validiore vinum iam immixtum, sed ~~re-~~ ai-  
 co tepesfactum vapore, faucibus illis & crapula vino-  
 lentiaque madidis, ipse abstemius, non cessat im-  
 pingere. Et hercules suspicionem mihi fecit quasi  
 ioporisferum quoddam venenum catharis immis-  
 ceret illis. Cuncti denique, sed prorsus omnes vino  
 sepulti iacebant, omnes partim parati morti. Tunc  
 nullo negotio artissimis vinculis impeditis, ac pro  
 arbitrio suo constrictis illis, imposita dorso meo  
 puella, dirigit gressum ad suam patriam. Quam si-  
 mul accessimus; tota ciuitas ad votiuum conspe-  
 ctum effunditur. Procurrunt parètes, affines, clien-  
 tes, alumni, famuli, lati, faciem gaudio delibuti.  
 Pompam cerneret omnis sexus, & omnis ætatis,  
 nouumque & hercules memorandum spectamen,  
 virginem a sino triumphantem. Denique ipse etiam  
 hilarior pro virili parte, ne presentis negotio ut alie-  
 nus discreparem; porrectis auribus, proflatisque na-  
 ribus, rudiui fortiter, immò tonanti clamore per-  
 sonui. Et illam thalamo receptam comode paren-  
 tes sui fouebant; me verò cum ingenti iumento-  
 rum ciuiumque multitudine, confestim retro Lepo-  
 lemus agebat, non inuitum, nam & alias curiosus, &  
 tunc latronum captiuitatis spectator optabam fieri:  
 quos quidem colligatos adhuc vino magis quam  
 vinculis deprehedimus. Totis ergo prolatis erutif-  
 que rebus, & nobis auro & argento ceterisque onu-  
 stis, ipsos partim constrictos, uti fuerant, prouolu-  
 tosque, in proximas ripas precipites dedere; alios ve-  
 rò suis sibi gladiis obruncatos relinquere. Tali vin-  
 dicta lati & gaudentes, ciuitatem reuenimus. Et illas  
 quidem diuitias, publica custodela commiseret; Lepo-  
 lemo puellam repetitam lege tradidere. Exin me,  
 suum sospitatore nuncupatum, matrona prolixè  
 quaritabat: ipsoque nuptiarum die præsepium meum  
 ordeo passim repleti iubet, scænumque, camelo Ba-  
 strino sufficiens, apponi. Sed quas ego condignas  
 Fotidi diras deuotiones imprecer, quæ me forma-  
 uit non canem, sed asinum? quippe cum viderem lar-

gissimæ cænæ reliquias, rapinisque canes omnes  
 inescatos, atque dissentos. Post vnicam noctem,  
 & rudimenta Veneris, recēs nupta gratias summas  
 apud suos parentes ac maritum mihi meminisse  
 non destitit; quoad summos illi promitterent ho-  
 nores habituri mihi. Connocatis denique grauioribus  
 amicis, consilium datur, quo potissimum factō  
 dignè remunerarer. Placuerat vni, domi me  
 conclusum, & otiosum, ordeo lecto faba; & vicia  
 saginari. Sed obtinuit alius, qui meæ libertati pro-  
 spexerat: suadens, vt rurestribus potius campis in  
 greges equinos lasciuies discurrerem, daturus do-  
 minis equarum insensu generoso multas mulas  
 alumnas. Ergo igitur euocato statim armentatio  
 equisione, magna cum præfatione deducendus assig-  
 nor. Et sanè gaudens latusque præcurrebam, sar-  
 cinis & ceteris iam nunc renuntiaturus: nactaque  
 libertate, veris initio pratis herbētibus, rosas utiq;  
 reperturus aliquas. Subibat me tamen illa etiam  
 frequens cogitatio: quod tantis actis gratis, ho-  
 noribusque plurimis a seruo meo tributis, humana  
 facie recepta, multo tanto pluribus beneficiis ho-  
 nestarer. Sed vbi me procul à ciuitate gregarius ille  
 perduxerat: nullæ delitiæ, ac ne vlla quidem li-  
 bertas excipit. Nam protinus vxor eius, auara qui-  
 dem, nequissimaque illa mulier, molæ machinariæ  
 sub iugum me dedit: frondosoque baculo subinde  
 castigans, panem sibi suisque de meo parabat corio.  
 Nec tantum sui cibi gratia me fatigare contenta,  
 vicinorum etiam frumēta mercenariis discutiibus  
 meis conterebat. Nec mihi misero statuta saltem  
 cibaria, pro tantis præstabatur laboribus. Namque  
 ordeum meum frictum, & sub eadem mola meis  
 quassatum ambagibus, colonis proximis vendita-  
 bat: mihi verò per diem laboriosa machinæ atten-  
 to, sub ipsa vespera fursures apponebat incretos ac  
 sordidos, multoque lapide salebrosos. Talibus æ-  
 rumnis edomitum, nouis Fortuna sæua cruciati-  
 bus tradidit; scilicet, vt, quod aiunt, domi forisque  
 forti-

fortibus factis adoratæ plenæ gloriarer. Equinis armentis namq; me cōgregem pastor egregius, mandati dominici serius auscultator, aliquando permisit. At ego tandem liber asinus, lætus & tripudians, graduq; molli gestiens, equas opportunissimas iam mihi cōcubinas futuras deligebam. Sed hic etiam spes hilarior, in capitale processit exitiū. Mares enim, ob admitturam veterem pasti satianter, ac diu saginati, terribiles alioquin, & utique quouis asino fortiores, de me metuentes sibi, & adulterio degeneri præcauentes, nec Hospitalis Iouis seruatō fœdere, riualem summo futētes persequuntur odio. Hic elatis in altum vastis pectoribus, arduus capite, & sublimis vertice, primoribus in me pugillatur ungulis; ille terga pulposis torulis obesa conuertens, postremis velitatur calcibus; alius hinnitu maligno comminatus, remissis auribus, dentiumq; candentium renudatis hastis, totum me commorficat. Sic apud historiam de rege Thracio legerā, qui miseros hospites ferinis equis suis lacerandos demorandosq; porrigebat. Adeo præpotens ille tyrannus, sic parcus ordeī fuit; ut edacium iumētorum famem corporum humanorum largitione sedaret. Ad eundem modum distractus & ipse variis equorum incurribus, rursus molares illos circuitus requirebam. Verūm Fortuna meis cruciatibus infatigabilis, aliam denuō mihi pestem instruxit. Delegor enim ligno monte deuehundo, puerq; mihi præfectus imponitur, omnium ille quidem puer deterrimus. Nec me montis excelsi tantum arduum fatigabat iugum, nec faxeas tantum fudes incurfando conturbabam ungulas; verum fustium quoque crebris ictibus persæpe dedolabar; ut vsque plagarum, mihi medullaris insideret dolor. coxæq; dextræ semper ictus incurtiens, & vnum feriendo locum, dissipato corio, & vlceris latissimi factō foramine, immō fouea, vel etiam fenestra, nullus tamen desinebat idem idem vulnus sanguine delibutū obtundere. Lignorum verò tan-

tum me premebat pondere; vt sarcinæ molem elephanto, non asino paratam putares. Ille verò, quoties in alterum latus præponderans declinabat sarcina; cùm deberet potius grauantis ruinæ fustes demere, & leuata paulisper pressura sanare me, vel certè in alterum latus translatis peræquare: contra lapidibus additis insuper, sic iniquitati ponderis medebatur. Nec tamen post tantas meas clades, immodico sarcinæ pondere contentus, cùm fluiuium transcenderemus, qui fortè præter viam defluebat, pedibus suis ab aquæ madore consulens, ipse quoque insuper lumbos meos insiliens residebat: exiguum scilicet & illud tantæ molis superpondium. At si quo casu, limo cænofo ripæ supercilio lubricante, oneris impatientia prolapsus deruissem: cùm deberet egregius agaso manum porrigere, capistro suspendere, cauda subleuare, certam partem tanti pōderis quoad resurgerem saltem detraheres: nullum quidem defessio mihi ferebat auxilium: sed occipiens à capite, immò verò & ipsis auribus, totum me compilabat, cædens fuste grauissimo: donec, fomenti vice, me plagæ suscitarent. Idem mihi talem excogitauit perniciem. Spinas acerrimas, & punctu venenato viriosas, tortili nodò in fascem constrictas, caudæ meæ pensilem deligauit cruciatum, vt incessu modò commotæ, incitatæque, funestis aculeis infestè me conuulnerarent. Ergo igitur ancipiti malo laborabam, nam, eùm me cursu proripueram, fugiens acerbissimos incurfus, vehementiore nisu spinarum feriebar: si dolori parcens, paululum restitissim, plagis compellebar ad cursum. Nec quidquã videbatur aliud excogitare puer ille nequissimus, quàm vt me quomodo perditum iret. Idque iurans, & nonnumquam comminabatur. Et planè fuit, quod eius detestabilem malitiam ad peiores conatus stimularet. nam quadam die, pimia eius insolentia expugnata patiëntia mea, calces validos extuleram. Denique tale facinus in me comminiscitur. Stuppæ sarcina

farcina me satis onustum, propereq; funiculis con-  
 strictum, producit in viam: deque proxima villula  
 spiratē carbunculum furatus, oneris in ipso me-  
 ditullio reponit. Iamque fomentotenus calescens  
 & enutritus ignis, surgebat in flammās, & totum  
 me funestus ardor inuaserat; nec vllum pestis ex-  
 tremæ suffugium, nec salutis aliquod apparet so-  
 latium: & vtrina talis moram nō sustinet, sed me-  
 liora consilia pręuertitur. Sed in rebus sæuis adful-  
 sit Fortunæ nutus hilarior, nescio an futuris peri-  
 culis me reseruans, certē præsentē statutaque mor-  
 te liberans. Nam fortē pluuiæ pridianæ recēs con-  
 ceptaculum aquæ lutulentæ proximum conspicu-  
 tus; ibi memet improvido saltu totum abiicio:  
 flammaque profus extincta tandem, & pondere  
 leuatus, & exitio liberatus, euado. Sed ille deter-  
 rimus ac temerarius puer, hic quoque suum ue-  
 quissimum factum in me retorfit: gregariisq; om-  
 nibus affirmavit, me sponte vicinorum foculos  
 transeuntem, titubanti gradu prolapsam, ignem  
 vltroneum accessisse. Mihi etiam arridens addidit:  
 Quo vsq; ergo frustra pascemus ignigenum istum?  
 Nec multis interiectis diebus, longē peccatis me  
 dolis petiuit. Ligno enim quod gerebam, in pro-  
 ximam casulam vendito, vacuum me ducens, iam  
 se nequitia meæ proclamans imparem, miserrimi-  
 mumque istud magisterium renuens, querelas  
 huiusmodi concinnat: Videtis istum pigrum, tar-  
 dissimumque & nimis asinum? me præ ceteris fla-  
 gitis, nunc nouis periculis etiam angit. Vt quem-  
 que enim viatorem prospexerit, siue illa sit veru-  
 la mulier, siue viro nubilis, seu tener puellus; sese,  
 illico disturbato gestamine, nonnumquam etiam  
 ipsis stramentis abiectis, furens incurrit, & ho-  
 mines amator talis appetit: & humi prostratis il-  
 lis inhians, illicitas atque incognitas tentat li-  
 bidines, & ferinas voluptates. auersam Venerem  
 inuitat ad nuptias. nam imaginem etiam sauij  
 mentiēdo, ore improbo compulsat ac morficat.

Quæ res nobis non mediocris lites atque iurgia,  
 immo forsitan & crimina pariet. Nunc etiam visa  
 quadam honesta iuvene, ligno quod deuehebat  
 abiecto dispersoque, in eam furiosos direxit impe-  
 tus: & festiuus hic amasio humo sordida prostra-  
 tam mulierem, ibidem in coram omnium gestiebat  
 inscendere. Quod nisi ploratu gestuque femineo  
 conclamaturn viatorum præsidium accurrisset, ac  
 de mediis vngulis ipsius esset erepta, liberataque;  
 misera illa compauita atque dirupta, ipsa quidem  
 cruciabilem cladem sustinisset, nobis verò pœna-  
 le reliquisset exitium. Talibus mendacijs admis-  
 cendo sermones alios, qui meum verecundum silen-  
 tium vehementius premerent, animos pastorum in  
 meam perniciem atrociter suscitauit. Denique vnus  
 ex illis: *Quin igitur publicum istum maritum, in-  
 quit, immo communem omnium adulterum, illis  
 suis monstruosis nuptiis condignam victimam  
 hostiam? & Heus tu puer, ait, obruncato pro-  
 tinus eo, intestina quidem canibus nostris iacta; ce-  
 teram verò carnem omnem operariorum canæ  
 referua. Nam corium affirmatum cineris inspersu  
 dominis referemus: eiusque mortem de lupo fa-  
 cile mentiemur. Sublata contatione, accusator ille  
 meus noxius, ipse etiam pastoralis executor sen-  
 tentiæ lætus, & meis insultans malis, calcisque il-  
 lius admonitus, quam inefficacem fuisse mehercu-  
 les dolco, protinus gladium cotis attritu parabat.  
 Sed quidam de cœtu illo rusticorum, Nefas, ait,  
 tam bellum asinum sic enecare: & propter luxu-  
 riam lasciuiamque amatoriam criminatum, opera  
 seruitiõque tam necessario carere; cum aliouin,  
 exactis genitalibus, possit neque in Venerem vlllo  
 modo surgere, nosque omni metu periculi libera-  
 re, insuper etiam longè crassior atque corpulentior  
 effici. Multos ego scio non modò asinos inertes,  
 verum etiam ferocissimos equos, nimio libidinis  
 calore laborantes, atque ob id truces vefanosque,  
 adhibita tali detestatione, mansuetos ac mansues  
 exinde*

exinde factos, & oneri ferendo non inhabiles, & ceteri ministerij patientes. Denique, nisi vobis suadeo volentibus, possum, spatio modico interiecto, quo mercatum proximum obire statui, petitis e domo ferramentis, hinc curæ præparatis, ad vos æctutum redire, truceinque amatorem istum atque insuauem dissitis femoribus emasculare, & quouis veruece mitiorem efficere. Tali sententia mediis Orci manibus extractus, sed extremæ pœnæ reseruatus, mærebam; & in nouissima parte corporis totum me periturum dessebam. inedia denique continua, vel præcipiti ruina memet ipse quærebam extinguere: moriturus quidem nihilominus, sed moriturus integer. Dumque in ista necis meæ decontor electione; matutinò me rursus puer ille, peremptor meus, contra montis suetum ducit vestigium. Iamque de cuiusdam vastissimæ ilicis ramo pendulo destinato, paululum viam supergressus ipse, securi lignum, quod deucheret, recidebat. Et ecce de proximo specu, vastum attollens caput, funesta proserpit vrsa. Quam simul conspexi; pavidus, & repentina facie conterritus, totum corporis pondus in postremos poplites recello: arduaque ceruice sublimiter eleuata, lorù quo tenebar rumpo: meque, protinus pernici fuga concitato, perque prona non tantum pedibus, verum etiam toto proiecto corpore, properè deuolutus, immitto me campis subpatentibus: summo studio fugiens immanem vrsam, vrsaque peiorem illum puerum. Tunc quidem viator solitariu vagumque me respiciens, inuadit: & properiter insensum baculo quem gerebat obuerberans, per obliquam, grauemque me ducebat viam. Nec inuitus ego cursui me commodabam, relinquens atroci sumam virilitatis lanienam. Ceterum plagis non magnopere commouebam: quippe consuetus, ex fortuna, concidi fustibus. Sed illa Fortuna meis casibus peruicax, tam opportunum latibulum misera celeritate præuersa, nouas instruxit insidias. Pastores enim mei, per-

ditam sibi requirentes vacculam, variasque regiones peragrantes, occurrūt nobis fortuito: statimque me, cognito capillro, prehensum attrahere gestiūt. Sed audacia valida resistens ille, fidem hominum, Deūmque testabatur. Quid me rapratis violenter, quid inuaditis? An te nos tractamus inciuiliter, qui nostrum asinum, furatus, abducis? Quin potius effaris, vbi puerū eiusdem agasonem, necatum scilicet, occultaris? Et illico detractus ad terram, pugnisque pulsatus, & calcibus contusus, infir, deierans, nullum semet vidisse ductorem, sed planē concinnatum, solutum & solitarium, ob indicinæ præmium occupasse: domino tamen suo restitutum. Atque vrinam ipse asinus, inquit, quem numquam profectō vidissem, vocem quiret humanam dare, meaque testimoniū innocētiae perhibere posset: profectō vos huius omnis iniuriæ pigeret. Sic adseuerās, nihil quidquam promouebat. nam collo cōstrictum reducunt eum pastores molesti contra montis illius siluosa nemora, vnde lignum puer solebat egerere. Nec vsquam ruris reperitur ille, sed planē corpus eius membratim laceratum, multisque dispersum locis cōspicitur. Quam rem proculdubio sentiebam ego illius visæ dentibus esse perfectam. & hercules dicerem quod sciebam, si loquendi copia suppeditaret. Sed quod solum poteram, tacitus licet, seræ vindictæ gratulabar. Et cadauer quidem dissectis partibus tandem totum repertum, ægréque concinnatū ibidem terrę dedēte: meum verō Bellerophontem, abactorem indubitatum, eruentumque percussorem criminantes, ad casas interim suas vincitū perducunt; quoad re nascenti die sequenti deductus ad magistratum, vt aiebāt, pœnæ redderetur. Interim, dum puerum illum parentes sui plangoribus fletibusque quærebant; & adueniens ecce rusticus, nequaquam promissum suum frustratus, destinatam sectionem meam flagitat. Nō est, inquit in his vnus, iudicem præsens iactura nostra; sed planē crastino libet non tantum.



tantum naturam, verum etiam caput quoque ipsum  
 pessimo isti asino demere. Nec tibi ministerium  
 deerit. Hoc sic effectum est, ut in alterum diem cla-  
 des differretur mea. At ego gratias agebam bono  
 puero, quod saltem mortuus una carnificinae meae  
 dieculam donasset. Nec tamen tantillum saltem  
 gratulationi meae, quietive spatium datum. Nam  
 mater pueri, mortem deplorans acerbam filii, fleta  
 & lacrymosa, iuscaque veste contacta, ambabus  
 manibus trahens cinerosam cauitiem, eiulans, &  
 exinde proclamans, stabulum irrumpit meum,  
 tunsisque ac diuerberatis vehementer vberibus,  
 incipit: Et nunc iste securus incumbens praesepio,  
 voracitati suae deseruit, & insatiabilem protun-  
 dumque ventrem semper esitando distendit: nec  
 aruminae meae miseretur, vel detestabilem casum  
 defuncti magistri recordatur; sed scilicet senectam  
 infirmitatem meam contemnit ac despicit, & im-  
 pune se laturum tantum scelus credit? at utcumque  
 se praesumit innocentem. Est enim congruens pes-  
 simis conatibus, contra noxiam conscientiam spe-  
 rare securitatem. Nam pro Deum fidem quadru-  
 pes nequissime! licet precariam vocis usuram sum-  
 mens, cui tandem vel ineptissimo persuadere pos-  
 sis, atrocitatem istam culpa carere, cum propu-  
 gnare pedibus, & arcere moribus misello puero  
 potueris? An ipsum quidem sapius incurfare cal-  
 cibus potuisti, moriturum vero defendere alacri-  
 tate simili nequissi? Certe dorso receptum aufer-  
 res protinus, & infelisi latronis cruentis manibus  
 eniperes: postremum, deserto deiecto que illo con-  
 seruo, magistro, comite, pastore, non solus aufuge-  
 res. An ignoras, eos etiam qui morituris auxi-  
 lium salutare denegarint, quod contra bonos  
 mores idipsum fecerint, solere puniri? Sed non  
 diutius meis cladibus lataberis homicida, senties  
 efficiam, misero dolori naturales vires adesse. Et  
 cum dicto subsertis manibus exolvit suam sibi fas-  
 ciam, pedesque meos sigillatim alligas, indidem con-  
 stringis

stringit artissimè; scilicet ne quod vindictæ mez  
 superesset præsidium. & pertica, qua stabuli fores  
 affirmari solebant, arrepta, non prius me desit ob-  
 tundere, quàm victis fessisque viribus, suo pte pon-  
 dere degrauatus, manibus eius fustis esset elapsus.  
 Tunc de brachiorú suorú cita fatigatione conque-  
 sta, procurrit ad focum: ardentemque titionem ge-  
 rens, mediis inguinibus obtrudit; donec solo quod  
 restabat præsidio nisus, liquida fimo strictim egesta  
 faciem atque oculos eius confecta hæm. qua cæci-  
 tate atque fœtore tandem fugata est à me perni-  
 cios. Ceterùm titione delirantis Althææ Melcager  
 asinus interfisset.

L. APVLEII

## METAMORPHOSEON

SIVE

## DE ASINO AVREO

LIBER OCTAVVS.

**N**OCTIS gallicinio, venit quidam iuuenis  
 proxima ciuitate, vt quidem mihi videba-  
 tur, vnus ex famulis Charites, puellæ illius  
 quæ mecum apud latrones pares ærumnas exant-  
 lauerat. Is de eius exitio, & domus rotius infortu-  
 nio mira ac nefanda, ignem propter assidens inter  
 conseruorum frequentiam, sic annuntiabat: Equi-  
 siones, opilionesque & bubsequæ, fuit Charite ho-  
 bis quam misella, & quidem casu grauissimo. nec  
 verò incomitata Manes adiuit. Sed vt cuncta no-  
 ritis, referam vobis à capite quæ gesta sunt, quæq;  
 possent meritò doctiores, quibus stilos Fortuna  
 subministrat, historiæ specimen, chartis inuoluere.  
 Erat in proxima ciuitate iuuenis natalibus præno-  
 bilis, equo clarus, & pecuniæ simul satis locuples.  
 sed luxuriæ popinalis, scortisq; & diurnis potatio-  
 nibus exercitatus, atq; ob id factionibus latronum  
 male

male sociatus, necnon etiam manus infectus humano cruore, Thrasyllus nomine. Idque sic erat: & fama dicebat. Hic, cum primum Charite nubendo maturuisset, inter præcipuos procos, summo studio petitionis eius munus obierat. Et quamquam ceteris omnibus is genere viris antistaret, eximiisque muneribus parentes inuitaret; iudicio morum tamen improbatus, repulsæ contumelia fuerat aspersus. Ac dum herilis puella in boni Lepolemi manû venerat; firmiter deorsus delapsam nutriens amorem, & denegati thalami permiscens indignationem, cruento facinori quærebat accessum. Nactus denique præsentis suæ tempestiuam occasionem, sceleri, quod diu cogitabat, accingitur. Ac die, quo prædonum infestis micronibus puella fuerat actu virtutibusque sponsi sui liberata, turbæ gratulantium, exultans insigniter, permiscuit sese: salutique præsentia futura soboli nouorum maritorum gaudibundus, ad honorem splendida præcipua, inter præcipuos hospites domum nostram receptus, occultato consilio sceleris, amici fidelissimi personam mentiebarur. Iamque sermonibus assiduis, & conuersatione frequenti, nonnumquam etiam cæna poculoque communi carior cariorque factus, in profundam roriam Cupidinis sese paulatim nescius præcipitauerat. quidni? cum flamma scui Amoris, parua quidem primo vapore delectet; sed fomento consuetudinis exæstuans, immodicis ardoribus toros adurat homines. Diu denique delibetauerat secum Thrasyllus, cum nec clandestinis colloquiis opportunum reperiret locum, & adulterinæ Veneris magis magisque præclusos aditus copia custodientium cerneret, nouæque atque gliscentis affectionis firmissimum vinculum non posse dissociari perspiceret, & puellæ, si vellet, quâquam velle non posset, furatrinæ coniugalis incommodaret rudimentum: & tamen ad hoc ipsum quod non potest, contentiosa pernicie, quasi posset, impellitur. Quod nunc arduum factu putatur, amore

per

per dies roborato, facile videtur effectu. Spectate denique, sed oro sollicitis animis intendite, quorum furiosæ libidinis prorupit impetus. Die quadam venatum Lepolemus, assumpto Thrasyllo, petebat: indagaturus feras, si quid tamen in capreis feritatis est, nec enim Charite maritum suum querere patiebatur bestias armatas dente vel cornu. Iamque apud frondosum tumulum, ramorumque densis tegminibus umbrosum, prospectu vestigatoriū obseptis campis, canes venationis indagini generosæ, mandato cubili residetes, inuadere bestias immittuntur: statimque, solertis disciplinæ memores, partitæ totos præcingunt aditus: tacitaque prius seruata mullitatione, signo sibi repentino reddito, latratibus feruidis dissonisque miscent omnia. Nec vlla capra, nec pauens damula, nec præ ceteris feris mitior cerna, sed aper immanis atque inuisitatus exurgit: toris callosæ cutis obesus, pilis inhorrentibus corio squalidus, feris insurgentibus spinæ hispida, dentibus attritu sonaci spumans, oculis aspectu minaci flammeus, impetu seuo frementis oris totus fulmineus. Et primum quidem canū procaciores, qui cominus cõtulerant vestigiū, generis hac illac iactatis, cõsectas interficit: deinde calcata retiola, qua primos impetus reduxerat, transfabit. Et nos quidem cuncti pauore deterriti, & alioquin innoxii venationibus consueti, tunc etiam inermes atque immuniti, tegumentis frondis & arboribus latenter abscondimus. Thrasyllus verò natus fraudium opportunum decipulum, sic Lepolemum captiosè compellat: Quid stupore confusi, vel etiam cassa formidine similes humilitati seruorum istorum, vel in modū pauoris feminei deiecti, tam opimam prædam mediis manibus amittimus? Quin equos iuscendimus? quin ocyus indipiscimur? & cape venabulum, & ego sumo lanceam. Nec tantillum morati, protinus insiliunt equos, summo studio bestiam insequētes. Nec tamen illa genuini vigoris oblita, retorquet impetum: & incendio

cendio feritatis ardescens, dente compulso, quem  
 primum infiliat, cōtabunda rimatur. Sed prior Le-  
 polemus iaculum, quod gerebat, insuper dorsum  
 bestię contorsit. At Thrasyllus ferę quidem par-  
 cens, sed equi, quo vehebatur Lepolemus, postre-  
 mos poplites, lancea feriens, amputat. Quadrupes  
 recidens, quā sanguis effluerat, toto tergo supina-  
 tus, inuitus donum suum deuoluit ad terram.  
 At enim furēs aper, inuadens primò lacinias eius,  
 post ipsum resurgentem multo dente laniauuit. Nec  
 cœpti nefarij bonum piguit amicum, vel suę sæ-  
 uitię litatum saltem tanto periculo cernens; po-  
 tuit expleri; sed percito atque plagosa vulnera con-  
 tegenti, suumque auxilium miseriter roganti, per  
 femur dextrum lanceam immisit: tanto ille qui-  
 dem fidentius, quanto crederet ferri vulnera simi-  
 lia futura profectu dentium. Nec non tamen ipsam  
 bestiam facili manu transfadigit. Ad hunc modum  
 defuncto iuuenē, exciti latibulo suo quisque, fa-  
 milia mæsta cōcurrimus. At ille, quamquam per-  
 fecto voto, prostrato inimico latus ageret; vultu  
 tamen gaudium tegit, & frontem assueerat, dolo-  
 rem simulans: & cadauer, quod ipse fecerat, auidē  
 amplexatus, omnia quidem lugentium officia sin-  
 xit; sed solę lacrymę procedere noluerunt. Sic ad  
 nostri similitudinem, qui verē lamētabamur, con-  
 formatus, culpam manus suę, mentiens, bestię da-  
 bat. Necdum satis scelere transacto, Fama dilabi-  
 tur, & cursus primos ad domum Lepolemi detor-  
 quet: & aures infelicis nuptę percutit. Quę qui-  
 dem simul percepit talem nuntium, qualem non  
 audiet alium; amens, & vecordia percita, cursuq;  
 bacchata furibundo, per plateas populosas &  
 arua rurestria fertur, insanā voce calum mariti  
 quiritans. Confluunt ciuium mæstę cateruę: se-  
 quuntur obuij omnes dolore sociato. ciuitas va-  
 cquatur studio visionis. Et ecce mariti cadauer ac-  
 currit, labantiq; spiritu, totam se super corpus  
 effudit: ac pænissimę ibidem, quam deuouerat ei,  
 reddidit

reddidit animā . sed agrè manibus erepta suorum ,  
 inuita remansit in vita . Funus verò , toto feralem  
 pompam prosequente populo , deducitur ad sepul-  
 turam . Sed Thrasyllus nimium clamare , plangere :  
 & quas in primo marore lacrymas non habebat ,  
 iam , scilicet crescente gaudio , reddere , & multis  
 caritatis nominibus veritatem ipsam fallere . illum  
 amicum , coætaneum , contubernalem , fratrem de-  
 nique , addito nomine lugubri , ciet : nec non inter-  
 dum manus Charites à pulsandis vberibus amo-  
 uere : luctum sedare , eiulatum coercere : verbis pal-  
 pantibus stimulum doloris obtundere , variis exem-  
 plis multiuagi casus solatia necere : cunctis tamen  
 mentitæ pietatis officiis studiū contrectandæ mu-  
 lieris adhibere , odiosumque amorem suum pepe-  
 ram delectando nutrire . Sed officiis inferialibus  
 statim factis , puella protinus festinat ad maritum  
 suum demere : cunctasque prorsus perterritat vias .  
 Certè illam lenem , otiosamque , nec telis vllis in-  
 digentem , sed placidæ quieti consimilem , inedia  
 denique misera , & incuria squalida , tenebris imis  
 abscondita cum luce iam transegerat . Sed Thra-  
 syllus instantia peruicaci , partim per semetipsum ,  
 partim per ceteros familiares ac necessarios nun-  
 tios , ipsos denique puellæ parentes extorquet tan-  
 dem , iam lutore & illuue pænè collapsa membra  
 lauacro , cibo denique confoueret . At illa , parètum  
 suorum alioquin reuerens , inuita quidem , verum  
 religiosa necessitati succumbens , vultu nõ quidem  
 hilario , verum paulo sereniore obiēs , vt videbatur ,  
 viuentium munia , prorsus in pectore , immò verò  
 penitus in medullis , luctu ac marore carpebat ani-  
 mum : & dies totos totasque noctes infumebat lu-  
 ctuoso desiderio : & imaginem defuncti , quam ad  
 habitum dei Liberi formauerat , affixo seruitio di-  
 uinis percolens honoribus , ipso sese solatio crucia-  
 bat . Thrasyllus verò , præceps , & temerarius , prius-  
 quam dolorem lacrymæ satiarèt , & percitæ men-  
 tis resideret furor , & in sese nimietatis senio facer-  
 seret

feret luctus adhuc flentem maritum, adhuc vestes  
 lacerantem, adhuc capillos distrahentem, non du-  
 bitauit de nuptiis conuenire, & impudentiæ labe  
 tacita pectoris sui secreta, fraudésq; ineffabiles de-  
 tegere. Sed Charite vocem, nefandam & horruit,  
 & detestata est: & velut graui tonitru, procella quæ  
 fideris, vel etiam ipso Diali fulmine percussa, cor-  
 ruit corpus, & obnubilauit animam. sed inernallo  
 reualescente paulatim spiritu, serenos rugitus ite-  
 rans, etiam scenam pessimi Thrasylli perspiciens,  
 ad limam consilij, desiderium pectoris ditulit. Tunc  
 inter moras, umbra illa miserè trucidati Lepolemi,  
 sanè cruenta, & pallore deformem attollens faciem,  
 quietem pudicam interpellat vxoris: Mi coniunx,  
 quod tibi profus ab alio dici non licebit, & si pe-  
 ctori tuo iam permanet nostri memoria, vel acer-  
 bæ mortis meæ casus fœdus caritatis intercidi-  
 quouis alio felicitus maritare: modò ne in Thrasyl-  
 li manum sacrilegam conuenias: nèue sermonem  
 conferas, nec mœsam accumbas, nec toro adquies-  
 cas. Fuge mei percussoris cruentam dexteram, noli  
 patricidio nuptias auspicari. Vulnera illa, quorum  
 sanguinem tuæ lacrymæ proluerunt, non sunt to-  
 ta dentium vulnera. lancea mali Thrasylli me tibi  
 fecit alienum. Et addidit cetera, omnemque scenam  
 sceleris illuminat. At illa, vt primum mæsta quie-  
 uerat, toro faciem impressa, etiam nunc dormiens,  
 lacrymis emanantibus, decoras genas contundit:  
 & velut quodam tormento inquieta quiete ex-  
 cussa, luctu redintegrato, prolixum ciulat: discissa-  
 que interula, decora brachia seuientibus palmulis  
 verberabat. Nec tamen cum quoquam participa-  
 tis nocturnis imaginibus, sed indicio facinoris  
 profus dissimulato, & nequissimum percussorem  
 punire, & ærumnabili vitæ sese subtrahere tacite  
 decernit. Ecce rursus improuidæ voluptatis dete-  
 stabilis petitor, aures obsecratas de nuptiis obtun-  
 dens, aderat. Sed illa clementer aspernata sermo-  
 nem Thrasylli, astuque miro personata, instantec

garrienti, summiſſeque deprecanti: Adhuc, inquit, tui fratris, meiſque cariffimi mariti facies pulchra illa in meis deuerſatur oculis: adhuc odor cinnameus ambroſij corporis per nares meas percurrit: adhuc formoſus Lepolemus in meo viuit pectore. Boni ergo & optimi conſules, ſi luctu legitimo miſerrimæ feminæ neceſſarium cōceſſeris tempus; quoad reſiduis menſibus ſpatium reliquum compleatur anni. Quæ res tum meū pudorem, tum etiam tuum ſalutarem cōmodum reſpicit: ne forte immaturitate nuptiarum, indignatione iuſta manes acerboſ mariti ad exitium ſalutis tuæ ſuſcitemus. Nec iſto ſermone Thraſyllus ſobriefaſtus, vel ſaltem tempeſtiua pollicitatione recreatus, idemtidē pergit linguæ ſauciantis ſuſurros improbos inuergere; quoad ſimulanter reuicta Charite ſuſcipit: Iſtud equidem certe magnoperē deprecanti concedas neceſſe eſt mihi Thraſylle, vt interdum taciti clandestinos coitus obeamus; nec quiſquam perſentifcat familiarium, quoad dies reliquos metiatur annus. Promiſſioni fallacioſæ mulieris oppreſſus ſuccubuit Thraſyllus: & prolixē conſentit de furtiuo concubitu, noctemque & opertas exoptat vtrō tenebras, vno potiundi ſtudio poſtponens omnia. Sed heus tu, inquit Charite, quā probe veſte conſectus, omniſque comite viduatus, prima vigilia fores meas tacitus accedas, vnoque ſibilo contentus, nutricem iſtam meam opperiare: quæ clauſtris adharēs excubabit aduentui tuo, nec ſecius, patefaſtis pedibus, acceptum te, nullo lumine conſcio, ad meum perducet cubiculum. Placuit Thraſyllo ſcena feralem nuptiarum, nec ſequius aliquid ſuſpicatus, ſed expectatione turbidus, de diei tantum ſpatio & vespere mora querebatur. Sed vbi Sol tandem nocti deceſſit: & imperio Charites adornatus, & nutricis captioſa vigilia deceptus, irrepit cubiculum, pronus ſpei. Tūc anus, de iuſſu dominæ, blandiens ei, furtim depromptis calicibus, & cenophoro, quod inmixtum vino ſoporiferum gerebat venenum,



nenum, crebris potionibus auide & securè haurientem, mentita dominæ tarditatem, quasi parentem adideret agrotum, facile sepeliuit ad somnū, iamque eo ad omnes iniurias exposito, ac supinato, introvocata Charite, masculi animis impetūque diro fremens inuadit, ac supersedit sicarium. En, inquit, fidus coniugis mei comes, en venator egregius, en carus maritus. hæc est illa dextra, quæ meum sanguinem fudit: hoc pectus, quod fraudulentas ambages in meum concinnauit exitium: oculi isti, quibus malè placui, qui quodammodo tamen iam futuras tenebras auspicantes, venientes pœnas antecedunt. Quiesce securus, beatè somnare. non ego gladio, non ferro petam. Absit, ut velim simili mortis genere cum marito meo conqueris. Vno tibi morientur oculi, nec quidquam videbis nisi dormiens. Faxo feliciorē necem inimici tui, quā vitam tuam sentias. Lumen certè nō videbis; manu comitis indigebis. Charitem non tenebis; nuptiis non fruēris: nec mortis quiete recreaberis, nec vitæ voluptate lataberis; sed incertum simulacrum errabis inter Orcum & Solem: & diu quæres dexteram, quæ tuas expugnauit pupillas. quodque est in ærumna miserrimum, nescies de quo queraris. At ego sepulcrum mei Lepolemi tuo luminū cruore libabo: & sanctis manibus eius, istis oculis parentabo. Sed quid mora temporis dignum cruciatum lucraris, & meos forsitan tibi petiferos imaginariis amplexus? Relictis somnolentis tenebris, ad aliam pœnalem euigila caliginem, attolle vāuam faciem: vindictam recognosce: infortunium intellige: ærumnas computa. Sic pudicæ mulieri tui placere oculi, sic faces nuptiales tuos illuminarunt thalamos. vltices habebis pronubas, & orbitatem comitem & perpetuæ conscientie stimulum. Ad hunc modū vaticinata mulier, acu crinali capite deprompta, Thrasylli conuulnerat tota lumina: eumque profus exoculata relinquit, dum dolore nescio crapula eum somno

discutit; arrepto nudo gladio, quo se Lepolemus solebat accingere, per mediam civitatem cursu furioso proripit se, proculdubio nescio quod scelus gestiens, monumentum mariti contendit. At nos, & omnis populus, nudatis totis artibus, studiose consequimur: hortati mutuò fertum vesanis extorquere manibus. Sed Charite capulum Lepolemi propè assistens, gladiòque fulgenti singulos abigès, ubi fletus vberes & lamentationes varias cunctotum intuetur: Abiicite, inquit, importunas lacrymas, abiicite luctū meis virtutibus alienum. Vindicaui mei mariti cruentū peremptorem: punita sum funestum mearum nuptiarū prædonem. iam tempus, ut isto gladio deorsus ad meum Lepolemum viam quæram. Et, enarratis ordine singulis, quæ sibi per somnium nuntiauerat maritus, quòq; aliu Thrasyllum inductum perisset, ferro sub papillam dexteram transfadæto, corruit: & in suo sibi peruoluta sanguine, postremò balbutiens incerto sermone, perefflauit animam virilem. Tunc propere familiares, miseræ Charites accuratissime corpus ablutum, munita sepultura ibidem marito perpetuam conjugem dedere. Thrasyllus verò, cognitis omnibus, nequens idoneū exitium præsentis cladi reddere, certusq; tanto facinori nec gladium sufficere, sponte delatus ibidem ad sepulcrum: Vltronea vobis, infesti Manes, en adest victima, sæpe clamitans: valuis super sese diligèter obseratis, inedia statuit elidere sua sententia damnatum spiritum. Hic ille longo trahens spiritu, & nonnumquam illacrymans, grauitè affectis rusticis annuntiabat. Tunc illi, mutati domini nouitatem metuentes, & infortunium domus herilis altius miserantes, fugere comparât. Sed equorum magister, qui me curandum magna ille quidem commendatione susceperat, quidquid in casula pretiosum conditum, peruolat: meo atque aliorum iumentorum dorso repositum asportans, sedes pristinas deserit. Gerebamus infantulos & mulieres; gerebamus pullos, auferes,

anseres, hœdos, catellos. & quidquid infirmo gra-  
 du fugam morabatur, nostris quoque pedibus am-  
 bulabat. Nec me pōdus sarcinæ, quamquam enor-  
 mis, vrgebat, quippe gaudiali fuga detestabilem il-  
 lum exectorem virilitatis meæ relinquentem. Sil-  
 uosi montis asperum permens iugum, rursusq; re-  
 posita camporum ad spatia peruecti, iam vespera  
 semitam tenebrante, perueimus ad quoddam ca-  
 stellum frequens & opulens: vnde nos incolæ no-  
 cturna, immò verò matutina etiam prohibebant  
 egressione. Lupos enim numerosos, grandes, & va-  
 stis corporibus sarcinosos, ac nimia ferocitate sæ-  
 uientes, passim rapinis aduetos infestare cunctam  
 illam regionem: iamque ipsas vias obsidere, & in  
 modum latronum prætereuntes aggredi; immò  
 verò vefana fame rabidos finitimas expugnare vil-  
 las: exitiumque inertissimorum pecudum ipsis iam  
 humanis capitibus imminere. deniq; ob iter illud,  
 quâ nobis erat commeandum, iacere semesa ho-  
 minum corpora, suisque visceribus nudatis ossi-  
 bus cuncta candere: ac per hoc nos quoque cau-  
 tione summâ viæ reddi debere: idque vel in primis  
 obseruitate: vt luce clara, & die iam prouecto, &  
 Sole florido, vitantes vndiq; latentes insidias, cum  
 & ipso lumine dirarum belciarum repigratur im-  
 petus, non laciniatim disperso, sed cuneatim stipa-  
 to commeatu difficultates illas transabiremus. Sed  
 nequissimi sagitiui ductores illi nostri, cæcæ festi-  
 nationis temeritate, ac metu incertæ insequutio-  
 nis, spreta salubri monitione, nec expectata luce  
 proxima, circa tertiam ferme vigiliam noctis, onu-  
 ctos nos ad viam propellunt. Tunc ego non in sius  
 prædicti periculi, quam potui, turbæ medius, & in-  
 ter conferta iumenta latenter absconditus, cluni-  
 bus meis ab aggressionibus ferinis consulebam.  
 Iamque me cursu celeri cetetos equos antecellen-  
 tem mirabantur omnes. Sed illa pernicitas nō erat  
 alacritatis meæ, sed formidinis indicium. Denique  
 mecum ipse reputabam, Pegasus inclytum illum

metu magis volaticum fuisse; ac per hoc merito pennatum prociatum, dum altum adusque caelum subsilit ac resultat: formidās scilicet igniferæ morsum Chimææ. Nam & illi pastores qui nos agebant, in speciem prælij manus obarmaverant. Hic lanceam, ille venabulum, alius gerebat spicula, fustem alius: sed & saxa, quæ salebrosa femita largiter subministrat. Erant qui fudes præacutas attollerent, plerique tamen ardentibus facibus proterebant feras, nec quidquam præter vnicam tubam deerat, quin acies esset præliaris. Sed nequidquam frustra timorem illum satis inanem perfusisti, longè peiores inhaesimus laqueos. Nam lupi, forsitan confertæ iuventutis strepitu, vel certe nimia luce flammatarum deterriti, vel etiam aliorum grassantes, nulli contra nos aditum tulerunt: ac ne procul saltem vlli comparuerant. Villæ verò, quam fortè tunc præteribamus, coloni, multitudinè nostram latrones rati, satis agètes rerum suarum, eximieque trepidi, canes rabidos & immanes, & quibusvis lupis & visis friviores, quos ad tutelæ præsidia curiose fuerant alumniati, iubilationibus solitis & cuiuscemodi vocibus nobis inhortantur. Qui, præter genuinam ferocitatem, tumultu suorum exasperati contra nos ruunt; & yndiquelaterà circumfusi passim insilunt, & sine vlllo delectu iumenta simul & homines lacerant: diuque grassati, plerosque prosternunt. Ceteros, non tam hercules memorandum, quàm miserandum spectaculum, canes copiosos, ardentibus animis alios fugientes arripere, alios stantibus inhiære, quosdam incætes incidere, & per omnem nostrum com meatum moribus ambulare. Ecce tanto periculo malum maius insequitur. De summis enim tectis, ac de proximo colle rustici illi saxa super nos raptim deuoluunt. *Discedere* proptus nequiremus, qua potissimùm caueremus clade, comminus canum, an eminus lapidum. Quorum quidem vnus caput mulieris, quæ meum dorsum residebat, repente percussit.

Quo

Quo dolore commota, statim fletu cum clamore  
 suolato, maritum suum patorem illum supplicia-  
 tum ciet. At ille Deum fidem clamitans, & cruo-  
 rem vxoris abstergens, altius quiritabat: Quid mi-  
 seros homines, & laboriosos viatores, tam crude-  
 libus animis inuaditis, atque obteritis? quas præ-  
 das munitis? quæ damna vindicatis? At non spe-  
 luncas ferarum, vel cautes incolitis barbarorum,  
 vt humano sanguine profuso gaudicatis. Vix hæc  
 dicta: & statim lapidum congestus cessauit imber,  
 & infestorum canum reuocata conquieuit pec-  
 cella. Vnus illinc denique de summo cupressus ca-  
 tumine, At nos, inquit, non vestrorum spoliatorum  
 cupidine latrocinamur, sed hanc ipsam cladem de  
 vestris protelamus manibus, iam denique pace tran-  
 quilla securi potestis incedere. Sic ille. Sed nos plu-  
 rifariam vulnerati, reliquam viam capessimus, alius  
 lapidis, alius morsus vulnera referentes; vniuersi  
 tamen faucij. Aliquanto denique vix peruenso  
 spatio, peruenimus ad nemus quoddam proceris  
 arboribus consitum, & patentibus viretis amœ-  
 num, vbi placuit illis ductoribus nostris paululum  
 conquiescere, corporaque sua diuise laniata sedu-  
 lo recurare. Ergo passim prostrati solo, primum fa-  
 tigatos animos recuperare, ac dehinc vulneribus  
 medelas varias adhibere festinant, hic cruorẽ præ-  
 terfluentis aquæ rore diluerunt, ille spongiis macida-  
 tis tumores comprimere; alius fasciis hiates vin-  
 cire plagas. Ad istum modum salutis suæ quisque  
 consulebat. Interea quidam senex de summo colle  
 prospectat, quem circum capellæ pascentes, opilio-  
 nem esse profecto clamabant. Eum rogauit vnus è  
 nostris, haberetne vœnui lacte, vel adhuc liqui-  
 dum, vel in caseum recentem incoactum? At ille  
 diu capite quassanti, Vos autem, inquit, de cibo  
 vel poculo, vel omnino vlla refectione nunc cogita-  
 tis? an nulli scitis, quo loco confederitis? Et cùm di-  
 cto, cōductis oniculis, cōuersus longè recessit. Quæ  
 vox eius & fuga, pastoribus nostris non medio-  
 trem

crem pavorem incussit. Ac, dum perterriti, de loci  
 qualitate sciscitari gestiunt, nec est qui doceat; se-  
 nex alius, magnus ille quidem, grauatus annis, to-  
 tus in baculum pronus, & lassum trahens vesti-  
 gium, vbertim lacrymans, per viam proximat: vi-  
 sisque nobis, cum fletu maximo singulorum iuue-  
 num genua contingens, sic adorat: Per Fortunas,  
 vestrosque Genios, sic ad mea senectutis spatia va-  
 lidi latique veniatis, decepto seni subsistite, meumque  
 paruulum ab Inferis ereptum canis meis reddite.  
 Nepos namque meus, & itineris huius suavis co-  
 mes, dum forte passerem, incantantem sepiculae,  
 confectatur arripere; delapsus in proximam foueam,  
 qua fruticibus imis subpatet, in extremo iam vitae  
 consistit periculo: quippe cum de fletu ac voce ip-  
 sius auum sibi sepicule clamitantis, viuere illum  
 quidem sentiam, sed per corporis ut videtis, mei  
 defectam validitudinem, opitulari nequeam. At vo-  
 bis, aetatis & roboris beneficio, facile est suppetiari  
 miserimo seni, puerumque illum, nouissimum suc-  
 cessionis meae atque vnicam stirpem, sospitem mihi  
 facere. Sic deprecantis, suamque canitiem distra-  
 hentis, totos quidem miseruit. Sed vnus, praeter ce-  
 teris & animo fortior, & aetate iuuenior, & corpore  
 validior, qui que solus praeter alios incolumis pra-  
 lium superius euaserat, exurgit alacer: & percon-  
 tatus quo nam loci puer ille decidisset, monst-  
 rans digito non longe frutices horridos senem illum  
 impigre comitatur. Ac dum pabulo nostro, suaque  
 cura refecti, sarcinulis quisque sumptis suis viam  
 capebant; clamore primum nominatim cientes,  
 illum iuuenem frequenter inclamant: mox mora  
 diutina commoti, mittunt e suis arcessitores vnum,  
 qui requisitum comitem tempestivae viae commo-  
 nefactum reduceret. At ille modicum commora-  
 tus, refert sese. baxanti pallore trepidus, mira super  
 conseruo suo renuntiat. Conspicatum se quippe,  
 supinato illi, & iam ex maxima parte consumpto,  
 immanem draconem mandentem insistere: nec  
 vllum

vltima usquam miserinnū senem comparere illum.  
 Qua re cognita, & cum pastoris sermone collata,  
 qui eam prorsus hunc illum, nec alium locorum  
 inquilinum præminabantur, pestilenti deserta re-  
 gione, velociori se fuga proripiunt: nosq; pellunt,  
 crebris tundentes fustibus. Celerimè denique lon-  
 go itinere confecto, pagum quemdam accedimus:  
 ibiq; rotam perquiescimus noctem. Vbi cœptum  
 facinus, oppidò memorabile, narrare cupido. Ser-  
 uus quidam, cui cunctam familiæ tutelam domi-  
 nus permiserat suus, quiq; possessionem maxi-  
 mam illam, in quam deuerteramus, villicabat, ha-  
 bens ex eodem famulatio conseruam coniugem,  
 liberæ cuiusdam extraneæque mulieris flagrabat  
 cupidine. Quo dolore pellicatus vxor eius instric-  
 ta, cunctas mariti rationes, & quidquid horreo  
 reconditum cõtinebatur, admoto combussit igne.  
 Nec tali damno tori sui contumeliam vindicasse  
 contenta, iam contra sua sæuies viscera, laqueum  
 sibi nectit, infantulumq;ne, quem de eodem marito  
 iam dudum susceperat, eodem funiculo nectit: seq;  
 in præaltissimum puteum, appendicem paruulum  
 trahens, præcipitat. Quam mortem dominus eo-  
 rum ægerimè sustinens, arreptum seruulum, qui  
 causam tãti sceleris vxori suæ præstiterat, nudum,  
 ac totum melle illitum, firmiter alligauit arbori fi-  
 culneæ: cuius in ipso carioso stipite, inhabitantium  
 formicarum niditicia barriebant, & vltro citroq;  
 commeabant multiuga scaturigine. Quæ simul  
 dulcem ac mellitum corporis nitorem persentif-  
 cunt; paruis quidem, sed numerosis & continuis  
 morfiunculis penitus inhaerentes, per longi tem-  
 poris cruciatum ita, carnibus atque ipsis visceri-  
 bus adefis, homine cõsumpto, membra nudarunt:  
 vt ossa tamen viduata pulpis, nitore nimio cãden-  
 tia, funestæ cohærerent arbori. Hac quoque dete-  
 stabili deserta mansione, paganos in summo luctu  
 relinquentes, rursam pergimus: dieq; toto cam-  
 pestres emensi vias, ciuitatem quamdam populo-  
 sam

sam & nobilem iam fessi peruenimus. Inibi Latem  
 sedesq; perpetuas pastores illi statuere decernunt;  
 quod & longè quaesituris firmæ latebræ videren-  
 tur, & annonæ copiosa beata celebritas inuitabat.  
 Triduo denique fumentorum refectis corporibus,  
 quo vendi cariore videremur, ad mercatum pro-  
 ducimur: magnâque voce præconis pretia singulis  
 nuntiantis, equi atque alij asini opulentis emtori-  
 bus præstinentur, ac me relictum solum, ac subsi-  
 cium cum fastidio plerique præteribant. Iamque  
 tædio contrectationis eorum, qui de dentibus no-  
 stris ætatem computabant, manum cuiusdam fœ-  
 tore sordentem, qui gingiuas idemtidem meas pu-  
 tridis scalpebat digitis, mordicus arreptam, peni-  
 sime contriui. Quæ res circumstantium ab emptio-  
 ne mea, utpote ferocissimi, deterruit animos. Tunc  
 præco disruptis faucibus, & rauca voce saucius, in  
 meas fortunas ridiculos construebat iocos: Quem  
 ad finem canterium istum vaxui frustra subiicie-  
 mus, & vetulû, extritis vngulis debilem, & colore  
 deformem, & in hebeti pigrizia ferocem, nec quid-  
 quam amplius quàm ruderarium cribrum? Quare  
 vel donemus cum cuiquam, si qui tamen fœnum  
 suum perdere nō grauat. Ad istum modum præ-  
 co ille cachinnos circumstantibus commouebat.  
 Sed illa Fortuna mea sæuissima, quâ per tot regio-  
 nes iam aufugiens effugere, vel præcedentibus ma-  
 lis placare non potui, rursus in me cæcos detorsit  
 oculos: & emptorem aptissimum duris meis casu-  
 bus mirè repertum obiecit. scitote qualem. cinæ-  
 dum, & senem, caluum quidem, cincinnis semica-  
 nis & pendulis capillatum: vnum de triuiali popu-  
 larium fece, qui per plateas & oppida cymbalis &  
 crotalis personantes, deamque Syriam circumse-  
 rentes mendicare compellunt. Is, nimio præsti-  
 nandi studio, præconem rogat, cuiatis essem? At  
 ille Cappad: cum me, & satis forniculum denūtiat.  
 Rursus requirit annos ætatis meæ. Sed præco las-  
 ciuens: Mathematicus quidam, qui stellas eius  
 dispo-



disposuit, quintum ei numeravit annum, sed ipse  
 scilicet melius istud de sua nouit professione Quā-  
 quam enim prudens crimen Corneliæ legis incur-  
 ram, si ciuem Romanum pro seruo tibi vendidero;  
 quin emis bonum & frugi mancipium, quod te &  
 foris & domi poterit iuuare? Sed exinde, odiosus  
 emptor, aliud de alio non desinit querere, denique  
 de mansuetudine etiam mea percontatur anxie.  
 At præco, Veruerem, inquit, non asinum vides, ad  
 vsu omnem quietum, non mordacem, nec cal-  
 citronem quidem; sed potius in asini corio mo-  
 dum hominem habitare credas, Quæ res co-  
 gnitu non ardua, nam si faciem tuam mediis  
 eius feminibus immiseris, facile periclitaberis, vi-  
 dens quàm grandem tibi demonstrat patientiam.  
 Sic præco Iurconem tractabat dicacule. Sed ille,  
 cognito cauillatu, similis indignanti: At te, inquit,  
 cadauer surdum & mutum, celitumq; præconem,  
 omnipotens & omniparens dea Syta, & sanctus  
 Sabadius, & Bellona, & mater Idæa, cū suo Adone  
 Venus domina, cæcū reddant: qui scurrilibus ianu-  
 dudum contra me velitaris iocis. An me putas in-  
 spre, iure fero posse Deam committere, vt tur-  
 latum repete diuinum delicias sin alacrum; egoq;  
 miser cogar crinibus solutis discutere, & Deæ  
 meæ humi lacenti aliquem medicum querere? Ac-  
 cepto tali sermone, cogitabam subito velut lym-  
 phaticus exilire; vt, me ferocitate cernens exaspe-  
 ratum, emptionem desineret. Sed præuenit cogita-  
 tum meum emptor anxius, pretio depenso statim,  
 quod quidem gauces dominus, scilicet tædio mei,  
 facile suscepit, septemdecim denarium; & illico me  
 tunica spattea deligatum tradidit Philebo, hoc  
 enim nomine celsabatur iam meus dominus. At  
 ille susceptū nouitium famulum traheret ad do-  
 mum, statimq; illinc de primo limine proclamat:  
 Puella, seruum vobis pulcellum en ecce mercatus,  
 perduxi. Sed illæ puellæ, chorus erat cinædorum,  
 quæ statim exultantes in gaudiū, fracta, rauca &  
 effo

effeminata voce clamores absonos intollunt: ratz  
 fcilicet, verè quempiam hominem feruulum mini-  
 fterio suo paratum. Sed postquam non ceruam pro  
 virgine sed asinum pro homine succidaneum vi-  
 dère; nare detorta, magistrũ suum variè cauillan-  
 tur. non enim feruum, sed maritum illum fcilicet  
 sibi perduxisse. Et heus, aiunt, caue ne solus exedas  
 tam bellum fcilicet pullulum; sed nobis quoque,  
 tuis palumbulis, nonnumquam impertias. Hæc &  
 huiusmodi mutuò blatterantes, præsepio me pro-  
 ximum deligant. Erat quidam iuuenis satis corpul-  
 entus, choraula doctissimus, collaritia stipe de  
 mensa paratus: qui foris quidem circungestantibus  
 Deam cornu canens adambulabat; domi verò pro-  
 miscuis operis partiaros agebat concubitus. Hic  
 me, simul domi conspexit libenter, appositis largi-  
 ter cibariis, gaudés alloquitur: Venisti tandem mi-  
 ferrimi laboris vicarius. sed diu viuas, & dominis  
 placeas, & meis defectis iam lateribus consulas.  
 Hæc audiens, iam meas futuras nouas cogitabant  
 ærumas. Die sequenti variis coloribus indusiati,  
 & deformiter quisque formati, facie cœnoso pig-  
 mēto delita, & oculis obunctis graphicè, prodeūt:  
 mitellis, & crocotis, & carbasinis & bombycinis  
 linteis iniecti. Quidam tunicas albas, in modum  
 lanciolarum quoquouerfum fluente purpura, de-  
 pictas cingulo subligati, pedes luteis induti cal-  
 ceis, Deamque serico cōtectam amiculo, mihi ge-  
 rendam imponunt: brachiisque suis humerotenus  
 renudatis attollentes immanes gladios ac secures,  
 euantes exiliunt, incitante tibie cantu lymphati-  
 cum tripudium. Nec paucis percursatis casulis, ad  
 quamdam villam possessoris Britini perueniūt. &  
 ab ingressu primo, statim absonis vlulatibus con-  
 strepentes, fanaticè peruolant. Diuque capite de-  
 misso, ceruices lubricis intorquentes motibus, cri-  
 nesque pendulos rotantes in circulum, & nonnum-  
 quam morsibus suos incurstantes musculos, ad po-  
 streum ancipiti ferro, quod gerebant, sua quisque  
 brachia

brachia difficant. Inter hæc, vnus ex illis bacchatut  
 effusus, ac de imis præcordiis anhelitus crebros  
 referēs, velut numinis diuino spiritu repletus, sinu-  
 labat fauciam vecordiani profus. Quasi Deum  
 præsentia soleant homines, non sui fieri meliores,  
 sed debiles effici, vel ægroti. Specta denique, quale,  
 cælesti Proidentia, meritum reportauerit. Infit  
 vaticinatione clamosa conficto mendacio, semet-  
 ipsum inceslere atque criminari, quasi contra fas  
 sanctæ religionis designasset aliquid: & insuper iu-  
 stas pœnas noxij facinoris, ipse de suis manibus ex-  
 poscere. Atrepto denique flagro, quod semiuiris il-  
 lis proprium gestamen est, contortis tænis lanosi  
 velleris prolixè fimbriatum, & multiugis talis o-  
 uium tessellatum, indidem sese multinodis com-  
 mulcat iæctibus: mirè cōtra plagarum dolores præ-  
 sumptione munitus. Cernerēs, profectu gladio-  
 rum, iæctūque flagrorum, solum spurcitie sanguinis  
 effeminati madescere. Quæ res incutiebat mihi  
 non paruam sollicitudinem, videnti tot vulneribus  
 largiter profusum cruorem: ne quo casu Deæ pere-  
 grinæ stomachus, vt quorundam hominū lactem,  
 sic illa sanguinem conspiceret asininum. Sed ubi  
 tandem fatigati, vel certè suo laniatu satiati, pau-  
 sam carnificinæ dedere; stipes æreas, immò verò  
 & argenteas, multis certatim offerentibus, sinu re-  
 cepere patulo: necnon & vini cadusi, & lactem,  
 & caseos, & farris & siliginis aliquid, & nonnullis  
 ordeum Deæ gerulo donātibus, auidis animis cor-  
 radentes omnia, & in sacculos huic quæstui de in-  
 dustria præparatos sarcientes, dorso meo conge-  
 runt. vt duplici scilicet sarcinæ pondere grauatus,  
 & horreum simul & templū incederem. Ad istum  
 modum palantes, omnem illam deprædabātur re-  
 gionem. Sed in quodam castello, copia lætati lar-  
 gioris quæsticuli, gaudiales instruūt dapes. A quo-  
 dam colono, fictæ vaticinationis mendacio, pin-  
 guissimum deposcunt arietem, qui deam Syriam  
 esuriētē suo satiaret sacrificio: probeq; disposita  
 cæcula,

cænula, balneas obeunt: ac dehinc lauti, quemdam fortissimum rusticanum, industria laterum atque imis ventris benè præparatum, comitem cænæ secum adducunt: paucis que admodum prægustatis olusculis, ante ipsam mensam, spurci sima illa propudia, ad illicitæ libidinis extrema flagitia infandis inguinibus efferantur. passimque circumfusum, nularum supinatumque iuuenem execrandis vicedinibus flagitabant. Nec diu tale facinus meis oculis toletantibus, PORRO QUIRITES perclamare gestiui. sed viduatam ceteris syllabis ac literis præcessit O tantum, sanè clarum ac validum, & aliud proprium, sed inopportuno planè tempore. Namque de pago proximo complures iuvenes, abactum sibi noctu perquirentes a sellam, nimioque studio cuncta diuersoria scrutantes, intus ædium audito raditu meo, prædam absconditam latibulis ædium rati, coram rem inuasari suam, improvisi cõferto gradu se penetrant: palamque illos, execrandas forditates obeuntes deprehendunt. Iam iamque vicinos undique partientes, turpissimam scenam patefaciunt: insuper ridiculè sacerdotum purissimam laudantes castimoniam. Hac infamia consternati, quæ per ora populi facillè stilapsa, meritò inuisos ac detestabiles eos cunctis effecerat, noctem ferme circa median, collectis omnibus, furtim castello facessunt. bonaque itineris parte ante iubaris ortum transacta, iam die claro solitudines auias nacti, multa secum prius collocuti, accingunt se meo fueri: Deaque vehiculo meo sublata, & humi reposita, cunctis instrumentis me tenudatum, ac de quadam quercu destinatum, flagro illo pecuinis ostibus cathenato verberantes, pænè ad extremam conferant mortem. Fuit vnus, qui poplites meos enervare securi sua comminaretur, quòd de pudore illo, candido scilicet, suo tam defosmiter triumphissem. Sed & ceteri, non meæ salutis, sed simulacri iacentis contemplatione, in vitâ me retinendum consuevit. Rursum itaque me refertum sarcinis plenis gladiis

gladiis minantes, perueniunt ad quamdam nobilem civitatem. Inibi vir principalis, & aliis religiosus, & eximie Deum reuerens, tinnitu cymbalorum & sonitu tympanorum, cantusque Phrygij mulcentibus modulis excitus, prœcurrit obuiam: Deamque votivo suscipiens hospitio, nos omnis intra conseptum domus amplissimæ constituit: numenque summa veneratione atque hostiis opimis placare contendit. Hic ego me potissimum capitis periclitatum memini. Nam quidam colonus, partem venationis, immanis cerui pinguissimum femur, domino illi suo muneri miserat. quod incuriosè ponè culinæ fores non altiusculè suspensum, canis adæque venaticus latentè inuaserat, latusque præda, properè custodientes oculos euaserat. Quo damno cognito, suaque reptensa negligentia, coquus diu lamentatus lacrymis inefficacibus, iam iamque domino cœnam flagitante mærens, & vtcunque metuens, altius filio suo paruulo consalutato, arreptoque funiculo, mortem sibi nexu laquei comparabat. Nec tamen latuit fidam vxorem eius casus extremus mariti. sed funestum nodum violenter inuadens manibus ambabus, Adeo ne, inquit, præsentis malo perterritus, mente excidisti tua? nec fortuitum istud remedium, quod Deum prouidentia subministrat, intueris? Nam, si quid in vltimo Fortunæ turbine respicis, expergite mi aus. ulta: & aduenam istum asinum remoto quodam loco deductum iugula, femurque eius ad similitudinem perditæ detractum, & accuratius in protinentis sapidissime decoctum, appone domino, ceruini vice. Nequissimo verberoni sua placuit salus de mea morte. & multum conferæ sagacitate laudata, destinata etiam laniena, cultros acuebat.

I. APY-

L. APVLEII  
 METAMORPHOSEON  
 SIVE  
 DE ASINO AVREO  
 LIBER NONVS.

**S**ic ille nequissimus carnifex contra me manus impias obarmabat. At ego, præcipitante consiliû periculi tanti præsentia, nec expectata diutina cogitatione, lanienam imminentem fugavitare statui. protinusque vinculo, quo fueram deligatus, arrupto, cursu me proripio totis pedibus, ad tutelam salubrem crebris calcibus velitatus: illicoque me, raptim trãscursa proxima porticu, triclinio, in quo dominus ædium sacrificales epulas cum sacerdotibus Deæ cœnitabat, incontanter immitto. nec pauca rerum apparatus cibarij, mensas etiam, impetu meo collido, atque disturbo. *Qua* rerum deformi strage paterfamiliã commotus, vt importunum atque lasciuum, me cuidam famulo curiose traditum, certo aliquo loco clausum iussit cohiberi: ne rursus cõuiuium placidum simili petulantia dissiparem. Hic astulo commento scitulè munitus, & mediis lanij manibus ereptus, custodia salutaris mihi gaudebam carceris. Sed nimirum nihil Fortuna renuente licet homini nato dexterum prouenire: nec consilio prudentis, vel remedio sagacis, diuinæ Prouidentia fatalis dispositio subuerti vel reformari potest. Mihi denique id ipsum commentum, quòd momentariam salutem reperisse videbatur, periculum grande, immò exitium præsens conflauit aliud. Nam quidam subito puer, mobili ac trepida facie percitus, vt familiares inter se susurrabant, irrumpit triclinium: suoque annuntiat domino, de proximo angiportu canem rabidam pauloante per posticam impetu miro sese direxisse:

direxisset: ardentique; prorsus furore venaticos canes  
 inuasisset: ac dehinc proximum petiisset stabulum,  
 atque ibi pleraque iumenta incurrisse pari saevitia;  
 nec postremum saltem ipsis hominibus pepercisset.  
 nam Mitillum mulionem, & Hephæstionem co-  
 cum, & Hypatauium cubiculatiū, & Apollonium  
 medicū, immo verò & plures alios ex familia, abi-  
 gere tentantes, variis morsibus quemque lacerasset:  
 certè venenatis morsibus contacta nonnulla iu-  
 menta, efferrari iam simili rabie. Quæ res omnium  
 statim percussit animos. ratiq̄ue me etiam eadem  
 peste infectum ferocire, arreptis cuiuscemodi telis,  
 mutuoq̄ue ut exitium commune protelarent co-  
 hortati, ipsi potius eodem vesaniæ morbo laboran-  
 tes, persequuntur. Nec dubio me lanceis illis & ve-  
 nabilis, immo verò & bipennibus, quæ faciliè fa-  
 muli subministrabant, membratim compilassent:  
 ni respecto subiti periculi turbine, cubiculū in quo  
 mei domini deuertebāt, protinus irrupissem. Tunc  
 clausis obseratisq̄ue super me foribus, obsidebant  
 locum: quoad, sine vlllo concessionis suæ periculo,  
 pestilentiz letalis periuicaci rabie possessus ac pere-  
 sus, absumerer. Quo factò, tandem libertatem na-  
 ctus, solitariae Fortunæ munus amplexus, super  
 cōstratum lectum abiectus, post multum equidem  
 temporis somnum humanum quieui. Iamq̄ue cla-  
 ra die, mollitie cubiculi refota lassitudine, vegetus  
 exsurgō: atque illos, qui meæ tutelæ peruigiles ex-  
 cubias agitauerant, ausculto de meis sic altercate  
 fortunis: At huncine miserum istum asinum iugū  
 furore iactari credimus? immo verò iam virus, in-  
 quiescente saevitia, prorsus extinctum. Sic opinio-  
 nis variz terminum, ad explorationem conferunt:  
 ac de rima quidam prospiciunt, sanum me atque  
 sobrium otiose consistere. Iamq̄ue vltro foribus  
 patefactis, plenius, an sim iam mansuefactus, peri-  
 clitantur. Sed vnus ex his, de cælo missus mihi fos-  
 pitator, argumentum explorandæ sanitatis meæ  
 tale commonstrat ceteris: ut aquæ recentis com-

pletam peluem offerrent potui meo; ac, si intrepidus, & more solito sumens, aquis allubescerem: sanum me, atque omni morbo scirent expeditum: contra verò, si visum contactumque laricis vitam ac perhorrescerem: pro comperto, noxiam rabiem pertinaciter durare. Hoc enim, libris etiam pristinis proditum, obseruari solere. Isto placito, vas immane confestim aquæ perlucidæ de proximo petiæ fonte, contantes adhuc, offerunt mihi. At ego sine vlla mora progressus, etiam obuiò gradu satis sitienter, pronus, & totum caput inuerges, salutare verè equidem illas aquas hauriebam. Iamq; & plausus manus, & aurium flexus, & ductum capistrum, & quiduis aliud periclitantium, placidè patiebar: quoad contra vesanam eorum præsumptionem, modestiam meam liquidò cunctis approbarem. Ad istum modum vitato duplici periculo, die sequenti rursus diuinis exuuiis ornatus, cum crotalis & cymbalis circumforaneum mendicabulum producor ad viam. Nec paucis casulis atq; castellis oberratis, deuertimus ad quempiam pagum vrbis opulentæ quondam, vt memorabant incolæ, inter semirutata vestigia conditum. & hospitio proximi stabuli recepti, cognoscimus lepidam de adulterio cuiusdam pauperis fabulam: quã vos etiam cognoscatis volo. Hic gracili pauperie laborans, fabriles operas præbèdo, paruis illis mercedibus vitam tenebat. Erat ei tamen vxorcula, etiam satis quidem tennis & ipsa, verumtamen postrema lasciuia famigerabilis. Sed die quadam, dum matutinò ille ad opus susceptum proficiscitur, statim latenter irrepit eius hospitium temerarius adulter. Ac, dum Veneris colluctationibus securius operantur: maritus ignarus rerum, ac nihil etiam tunc tale suspicans, improuisus hospitium repetit. Iamque clausis & obseratis foribus, vxoris laudata continentia, ianuam pulsat, sibilo etiam præsentiam suam denuntiante. Tunc mulier callida, & ad huiusmodi flagitia perastutula, tenacis-

simis



simis amplexibus expeditum hominē, dolio, quod erat in angulo semiobrutum, sed aliās vacuū, dissimulanter abscondit: & patefaciis rēdibus, adhuc introcuntem maritum aspero sermone accipit: Siccine, vacuus & otiosus, insinuatīs manibus ambulabis mihi, nec, obito consueto labore, vitæ nostræ prospicies, & aliquid cibatus parabis? at ego, misera & pernox & perdiē lanificio nervos meos contorqueo, ut intra cellulam nostram saltem lucerna luceat. Quanto me felicior Daphne vicina, quæ mero & prandio matutino laucia, cum suis adulteris voluptatur! Sic confutatus maritus, Et quid istuc est? ait. Nam, licet forensi negotio officinator noster attentus ferias nobis fecerit, tamen hodiernæ cænulæ nostræ prospexit. Vides istud dolium, quod semper vacuum, frustra locum detinet tantum, & reuera præter impedimentum conversationis nostræ, nihil præstat amplius? istud ego quinque denariis cuidam venditavi: & adest, ut, dato pretio, secum rem suam ferat. Quin itaque percingeris, mihi que manum tantisper accomodas, ut exobrutum protinus tradatur emptori. E renata fallaciā, mulier temerarium tollens cachinum, Magnum, inquit, istum virum ac strenuum negotiatorem nacta sum; qui rem quam ego mulier, & intra hospitium contenta, iam dudum septem denariis vendidi, minoris distraxit. Additamento pretij latus maritus, Et quis est ille, ait, qui tanto pretio præstinauit? At illa, Olim inepre, inquit, descendit in dolium, sedulo soliditatem eius probaturus. Nec ille sermoni mulieris defuit: sed exurgens alacriter, Vis, inquit, verum scire materfamilias? hoc tibi dolium nimis vetustum est, & multifariam rimis hiantibus quassum. Ad maritumque eius dissimulanter conuersus: Quin tu quicumque es, homuncio, lucernam, ait, actutum mihi expedis; ut, erasis intrinsecus sordibus, diligenter aptum vsui possim dinoscere. nisi nos putas as de malo habere. Nec quidquam moratus ac suspicatus acer &

egregius ille maritus, accensa lucerna: Discede, inquit, frater, & otiosus adsisite, donec probe procuratum istud tibi repræsentem. Et cum dicto nudatus ipse, delato lumine, scabiem vetustam cariosæ testæ occipit exsculpere. At verò adulter, bellissimus ille pugio, inclinatum dolio pronam vxorem fabri, superincuruatus, securè dedolabat. At illa capite in dolium demisso, maritum suum astu meretricio tractabat ludicrè. hoc, & illud, & aliud, & rursus aliud purgandum digito demonstrat suo: donec vtroque opere perfectò, acceptis septem denariis, calamitosus faber collo suo gerens dolium, coactus est ad hospitium adulteri perferre. Pauculis tibi diebus commorati, & munificentia publica saginati, vaticinationisque crebris mercedibus suffarcinati piissimi illi sacerdotes, nouum quæstus genus sibi comminiscuntur. Sorte vnica casulis pluribus enotata, consulentes de rebus variis plurimos, ad hunc modum cauillantur. Sors hæc erat:

*Idco coniunctis terram profcindunt boues,*

*Vt in futurum læta germinent sata.*

Tum si qui, matrimonium sorte captantes, interrogarent: rem ipsam responderi aiebant: Iungendos connubio, & satis liberum procreandis, Si possessiones præstinaturus quæreret: meritò boues, vt & iugum, & arua sementis florentia, pronuntiarî. Si quis de profectioe sollicitus, diuinum caperet auspiciû: iunctos iam paratosque quadrupedum cunctorum mansuetissimos: & lucrum promitti de glebæ germine. Si prælium capessiturus, vel latrocinium factionem persequuturus, vtiles necne processus sciscitaretur: additam victoriam forti præfatio contendebant: quippe ceruices hostium iugo subacturi, & prædam de rapinis vberimam fructuosamque capturi. Ad istum modum, diuinationis eius astu captioso contraxerant non paruas pecunias. Sed assiduis interrogacionibus, argumenti fatietate iam defecti, rursus ad viam prodeunt, via tota quam nocte cõfeceramus lougè peiorem.

quidam?

quidni? lacunosis incilibus voraginosam, partim stagnanti palude fluidam, & alibi subluuie canosa lubricam. Crebris denique offensaculis & assiduis lapsibus iam contusis cruribus meis, vix tandem ad campestres semitas fessus euadere potui. Et ecce, nobis repente de tergo manipulus armati supercurrit equitis: ægreque cohibita equorum curruli rabie, Philebum ceterosque comites eius inuolant auidi: colloque constricto, & factilegos impurosque compellantes, interdum pugnis obuerberant: nec non manicis etiam cunctos coartant: & identidem vrgenti sermone comprimunt, promerēt otius aureum cantharum, promerent auctoramentum illud sui sceleris: quod, simulatione solemniū, quæ in operto factitauerant, ab ipsis puluinaribus matris Deūm clanculo furati, prorsus quasi possent tāti facinoris euadere supplicium, tacita profectio- ne adhuc luce dubia pomerium peruaserint. Nec defuit, qui manu super dorsum meum iniecta, in ipso Deæ, quam gerebam, gremio scrutatus, reperi- ret, atque incoram omnium aureum depromeret cantharum. Nec isto saltem tam nefario scelere impuratissima illa capita confutari, terrensue po- tuere; sed mendoso risu cauillantes: En, inquit, indignæ rei scæuitatem! quam plerique infontes periclitantur homines! propter vnicum cantha- rum, quem Deūm mater sorori suæ Syriæ hospita- le munus obtulit, noxios religionis antistites ad discrimen vocari capitis. His, & aliis similibus af- faniis frustra blatteratis, eos retrorsum abducunt pagani, statimque victos in Tullianū compingunt: cantharoque, & ipso simulacro quod gerebam, apud fani donarium redditis ac consecratis, altera die productum me, rursus voce præconis vanui sub- iiciunt, septemque nummis carius, quam prius me comparauerat Philebus, quidam pittor de proxi- mo castello præstinavit. protinusque, frumento etiam coëmpto assatim onustum, per iter arduum scrupis, & huiuscemodi stirpibus infestum, ad pi-

strinum, quod exercebat, perducit. Ibi complurimum iumentorum multiuij circuitus intorquebant molas ambage varia. nec die tantum, verum perpeti etiam nocte, profus instabili machinarum vertigine lucubrabant petuigilem farinam. Sed mihi, ne rudimentum seruitij perhorrescerem, nouus dominus loca lautia prolixè præbuit. Nam & diem illum primum feriatum dedit, & cibariis abundanter instruxit præsepium. Nec tamen illa otij saginæque beatitudo durauit ulterius. Sed die sequenti, molæ, quæ maxima videbatur, matutinus adstitutor: & illico velata facie, propellor ad incurua spacia flexuosi canalis; vt in orbe termini circumduētis reciproco gressu, mea recalcans vestigia, vagaret errore certo. Nec tamen sagacitatis ac prudentiæ meæ profus oblitus, facilem metirociulo disciplinæ præbul. Sed quâquam frequenter, cum inter homines agerem, machinas similes circumrotari vidissem; tamen vt expertus & ignarus operis, stupore mentito detixus hærebam. quod enim rebar, vt minus aptum, & huiusmodi ministerio satis inutilem, me ad quempiam altum utique leuiorem laborem legatum iri, vel otiosum certe cibatum iri. Sed frustra solertiam damnosam exercui. Complures enim protinus, baculis armati me circumsteterunt: atque, vt etiam luminibus obiectis securus, etiam nunc repente signo dato, & clamore conferto, plagas ingerentes acervatim, adeo me strepitu turbulentant: vt cunctis consiliis abiectis, illico scitissime tanisæ sparteæ totus innixus, discursus akacres obitem. Hac subita sedæ commutatione risum toto cœtu commoueram. Iamq; maxima diei parte transacta, defectum alioquin, me, helcio sparteo dimoto, nexu machinæ liberatum applicant præsepio. At ego quamquam eximiè fatigatus, & refectioe virium vehementer iudigus, & profus fame perditus; tamen familiari curiositate attonitus, & satis anxius, postposito cibo, cui copiosus <sup>admirari</sup> inestabilis officinæ discipli-

ciplinam cum delectatione quadam arbitrabar.  
 Dij boni! quales illi homunculi vibicibus liuedi-  
 nis totam cutem depicti, dorsumq; plagosum scif-  
 sili centunculo magis inumbrati quam obtecti:  
 nonnulli exiguo tegili tãrummodo pubem iniecti:  
 cuncti tamen sic tunicati, vt essent per pannulos  
 manifesti, frontes literati, & capillum femirasi, &  
 pedes annulati: cum lurore deformes: & fumosis  
 tenebris vaporosæ caliginis palpebras adesti, atque  
 adeo malè luminati: vt in modum pugilum, qui  
 puluisculo perspersi dimicant, farinulento cinere  
 sordidè candidati. Iam de meo iumentario contu-  
 bernio quid, vel ad quem modum memorem?  
 Quales illi muli senes, vel cantherij debiles: circa  
 præsepium capita demersi, contruncabant moles  
 palearum: ceruice cariosa vulnerum putredine,  
 follicantes nares languidas assiduo pulsu tussedi-  
 nis hiulci, pectora copulæ spartæ tritura conti-  
 nua exulcerati, costas perpetua castigatione ossiũ  
 tenus renudati, vngulas multiuia circuncisione in  
 enorme velligium porrecti, totumque corium ve-  
 terna atque scabiosa macie exasperati. Talis fami-  
 liæ funestum mihi etiam metuens exemplum, ve-  
 terisq; Lucij Fortunam recordatus, & ad vltima  
 salutis iam detrux, summissis capite marebam.  
 Nec vllum vsquam cruciabilis vitæ solatium ade-  
 rat: nisi quòd ingenita mihi curiositate recreabar,  
 dum præsentiam meam parui facientes, liberè quæ  
 volunt omnes & agunt & loquuntur. Nec imme-  
 ritò prisce poëtice diuinus auctor apud Graios,  
 summæ prudentiæ virum monstrare cupiens, mul-  
 tarum ciuitatum obitu, & variorum populorum  
 cognitu, summas adeptum virtutes cecinit. Nam  
 & ipse gratas gratias A sino meo meminì, quòd me  
 suo celatum tegmine, variisque fortunis exercita-  
 tum, etsi minus prudentem, multiscium certè red-  
 didit. Fabulam denique bonam, præ ceteris suauè  
 compram, ad aures vestras afferre decreui, & en-  
 occipio. Pistor ille, qui me pretio suum fecerat,

bonus alioqui vir & apprimè modestus, pessimam  
 & ante cunctas mulieres longè deterrimam sorti-  
 tus conjugem, pœnas extremas tori Larisq̄ue susti-  
 nebat: vt hercules eius vicem ego quoque tacitus  
 frequenter ingemiscerem. Nec enim vel vnum vi-  
tiū nequissimæ illi feminæ deerat: sed omnia pror-  
 sus, vt in quamdam cœnosam latrinam, in eius ani-  
 mum flagitia confluxerant. scœua, sœua, viriosa,  
 ebriosa, peruicax, pertinax: in rapinis turpibus aua-  
 ra, in sumptibus scœdis profusa: inimica Fidei, hostis  
 Pudicitix. Tunc spretis atque calcatis diuinis nu-  
 minibus, in vicem certæ religionis, mentita sacri-  
 lega præsumptione Dei, quem prædicaret vnicum,  
 contictis obseruationibus vacuis, fallens omnes  
 homines, & miserum maritum decipiens, matuti-  
 no mero & continuo stupro corpus manciparat.  
 Talis illa mulier, miro me persequabatur odio.  
 Nam & antelucio recubans adhuc, subiungi ma-  
 chinx nouitium clamabat asinum: & statim vt cu-  
 biculo primùm processerat, insistens iubebat, in-  
 coram sui plagas mihi quàmplurimas irrogari. &  
 eum tempestiuo prandio laxarentur iumenta cete-  
 ra, longè tardius applicari præsepio iubebar. Quæ  
 sœuitia, multo mihi magis genuinam curiositatem  
 in suos mores ampliauerat. Nam & assiduò planè  
 commeantem in eius cubiculum quemdam sentie-  
 bam iuuenem, cuius & faciem videre cupiebam ex  
 summo studio; si tamen velamentum capitis liber-  
 gatè tribuisset meis alioquin luminibus. nec enim  
 mihi solertia defuisset, ad detegēda quoquomodo  
 pessimæ feminæ flagitia. Sed anūs quædam, stupri  
 sequestra, & adulterorum internuntia, de die cot-  
 tidie inseperabilis aderat. cum qua protinus ienta-  
 culo, ac dehinc vino mero mutuis vicibus velita-  
 tas cœnas fraudulentas, in exitium miserimi ma-  
 riti subdolis ambagibus cōstruebat. At ego quam-  
 quam grauitè succensens errori Fotidis, quæ me  
 dum auem fabricat, perficit asinum; isto tamen vel  
 vnicò solatio ærumnabilis deformitatis meæ re-  
 crea-

creabar, quod auribus grādissimis præditus, cuncta longulè etiam distita facillimè sentiebam. Denique die quadam timidæ illius aniculæ sermo talis meas adfertur aures: De isto quidem mi herilis tecū ipsa videris, quē sine meo consilio pigrum, & formidolosum familiarem istum sortita es: qui insuavis & odiosi mariti tui caperatum supercilium ignauiter perhorrescit: ac per hoc amoris languidi desidia tuos volentes amplexus discruciat. Quanto melior Philesitærus, adulescens & formosus & liberalis & strenuus, & contra maritorum inefficaces diligentias cōstantissimus: dignus hercules solus omnium matronarum perfrui deliciis: dignus solus coronam auream capite gestare, vel ob vitulum istud, quod nunc nuper in quemdam zelotypum maritum eximio studio commentus est. Audi denique, & amatorum diuersum ingenium compara. Nosti quemdam Barbarum, nostræ ciuitatis decurionem, quem Scorpionem, præ morum acritudine, vulgus appellat. hic vxorem generosam, & eximia formositate præditam, mira castodela manitam, domi suæ quā cautissimè cohibebat. Ad hæc, vltima pistoris illa vxor, subiiciens: Quidni? Inquit, noui diligenter. Arctem meam condiscipulam memoras. Ergo, inquit anus, nosti totam Philesitæri etiam ipsius fabulam? Minimè gentium, inquit: sed nosse valde cupio. & erō mater, ordine mihi singula retexe. Nec commorata illa sermocinatrix immodica, sic anus incipit: Barbarus iste, cum necessariam profecionem pararet, pudicitiamque caro coniugio cōseruare summa diligentia cuperet: seruulum suum Myrmecem, fidelitate præcipua cognitum, secretum commonet, suæque dominæ custodiam omnem permittit: carcerem & perpetua vincula, mortem denique violentam & famem comminatus, si quisquam hominum, vel in transitu, digitotenus eam contigisset. idque deierans etiam confirmat per omnia diuina numina. Ergo igitur summo pauore perculsum Myrmecem

à cerrimum relinquens vxori sequutorem, securam  
 dirigit profectiōem. Tunc obstinato animo vechementet  
 anxius Myrmex, nec vsquam dominam suam  
 progredi sinebat, & lanificio domestico de-  
 strictam inseperabilis adsidebat. ac tantum neces-  
 sario vespertini lauacri progressu, adfixus atque  
 conglutinatus, extremas manu prehensens laci-  
 nias, mira sagacitate commissæ prouinciæ fidem  
 tuebatur. Sed ardentem Philesitari vigilantiam,  
 matronæ nobilis pulcritudo latere nō potuit. Atq;  
 hac ipsa potissimum famosa castitate, & insignis  
 tutelæ nimietate instrictus atque inflammatus,  
 quiduis facere quiduis pati paratus, ad expugnan-  
 dam tenacem domus disciplinam toris accingitur  
 viribus. certusque fragilitatis humanæ Fidei, &  
 quod pecuniæ cunctæ sint difficultates petuiz, au-  
 roque soleant adamantinæ etiam perfringi fores;  
 opportune nactus Myrmecis solitatem, ei amorem  
 suū aperit: & supplex cum medelam cruciatui de-  
 precatur. nam sibi statutam decretamque mortem  
 proximare, ni maturius cupito potiatur. Nec eum  
 tamen quidquam in re facili formidare debere.  
 quippe cum vespera solus, fide tenebrarum conte-  
 ctus atq; absconditus, introrepere, & intra momen-  
 tum temporis remeare possit. His & huiuscemodi  
 suadelis validum addēs cuneum, qui rigetem pro-  
 fus serui tenacitatem violēter diffruderet. porrecta  
 enim manu sua, demōstrat ei nouitate nimia can-  
 dentes solidos aureos: quorū viginti quidem puel-  
 læ destrinasset; ipsi verò decem libēter offerret. Ex-  
 horruit Myrmex inauditum facinus, & obclusis  
 auribus effugit protinus. Nec auri tamen splendor  
 flāmeus oculos ipsius exire potuit. sed quamquam  
 procul semotus, & domum celeri gradu prouectus,  
 videbat tamen decōra illa monetę lumina, & opu-  
 lentam prædam iam tenebat animo: miroq; men-  
 tis salo & cogitationis dissensione, misellus in di-  
 uersas sententias carpebatur, ac distrahebatur. Illic  
 fides, hic lucrum; illic cruciatus, hic voluptas. Ad  
 poste-



postremum tamen, formidinem mortis vicit au-  
 rum. Nec saltem spatio cupido formosæ pecuniæ  
 leniebatur, sed nocturnas etiam curas inuaserat  
 pestilens auaritia: vt, quamuis herilis eum commi-  
 natio domi cohiberet, aurum tamen foras euocaret.  
 Tunc deuorato pudore, & dimota contatione, sic  
 ad aures dominæ mandatum perfert. Nec à genui-  
 na leuitate disciuit mulier, sed execrando metallo  
 pudicitiam suam protinus auctorata est. Ita gaudio  
 perusus, ad suæ fidei præcipitium, Myrmex non  
 modò capere, verum saltem, cõtingere quã exitio  
 suo viderat, pecuniam cupiēs, & magnis suis labo-  
 ribus perfectum desiderium Philesitæro, lætitia percit-  
 tus, nũtiat: statimq; destinatum pretium reposit.  
 & tenet nummos aureos manus Myrmecis, quæ  
 nec creos norat. Iamq; nocte promota, solum per-  
 ducit ad domum, probeq; capite cõtectum, ama-  
 torem strenuum infert adusq; dominæ cubiculum.  
 Commodum nouis amplexibus Amori rudi lita-  
 bant, commodum prima stipendia Veneri milita-  
 bant noui & nudi milites: & contra omnium opi-  
 nionem, captata noctis opportunitate, improuisus  
 maritus assistit. suæ domus ianuam iam pulsat, iam  
 clamat, iam saxo fores verberat: &, ipsa tarditate  
 magis magisque suspectus, dira comminatur Myr-  
 meci supplicia. At ille, repentino malo perturbatus,  
 & misera trepidatione ad inopiam consilij dedu-  
 ctus, quod solum poterat, nocturnas tenebras cau-  
 labatur sibi obistere, quin clauem curiose abscon-  
 ditam reperiret. Interdum Philesitærus, cognito  
 strepitu, raptim tunicam iniectus, sed planè præ tur-  
 batione pedibus intectis, procurrit cubiculo. Tunc  
 Myrmex, tandem clauem pessulis subiecta, repandit  
 fores: & recipit tunc etiam fidem Deum boantem  
 dominum. eoq; properè cubiculum petente, clan-  
 destino transcurso dimittit Philesitærum. Quo  
 iam pro limine liberato, securus sui, clausa domo,  
 rursus se reddidit quieti. Sed dum prima luce Bar-  
 bars procedit cubiculo; videt sub lectulo soleas  
 incogni-

incognitas, quibus indutus Philestærus in repperat: suspectusque è re nata, quæ gesta sunt: non uxori, nec ulli familiarium cordolio patefacto, sublatis his, & in sinum furtim absconditis, iussu tantum Myrmece per conseruos vincito forum versus detrahi, tacitos secum mugitus iterans, rapidum dirigit gressum: certus solearû indicio vestigium adulteri posse se perfacile indipisci. Sed ecce, per plateam dum Barbarus vultu turgidus, subductisque superciliis incedit iratus; ac ponè eum Myrmex vinculis obrutus, non quidem coram noxæ deprehensus, consciëntia tamen pessima permistus, lacrymis vberibus, ac postrenis lamentationibus, inefficacem comouet miserationem: opportunè Philestærus occurrès, quamquam diuerso quodam negotio destinatus, repentina tamen facie permotus, non enim deterritus, recolens festinationis suæ delictum, vt cetera consequenter suspicatus, sagaciter extemplò sumpta familiari constantia, dimotis seruulis, inuadit cum summo clamore Myrmecem, pugnisque malas eius clementer obtundens, At te, inquit, nequissimum & periurum caput, dominus ille tuus, & cuncta cæli numina, quæ deierando temerè deuotasti, pessimû pessimè perdant? qui de balneis soleas hesternæ die mihi furatus es: dignus hercules, dignus, qui & ista vincula contendas, & insuper etiã carceris tenebras perferas. Hac opportuna fallacia vigorati iuuenis inductus, immò sublatus & ad crudelitatem delapsus Barbarus, postliminiò domum regressus, vocato Myrmece, soleas illas offerens, & ignouit ex animo: & vti domino redderet, cui subtipuerat, suasisit. Hactenus adhuc anicula garriente, suscipit mulier: Beatam illam, quæ tam constantis sodalis libertate fruitur! At ego misella, molæ etiã sonum, & cæcam illius scabiosi asini faciem timentem familiarem inacidi. Ad hæc anus: Iam ego tibi, probè suasum & confirmatum animi amatorem illum alacrem, vadimonio sistam. Et insuper condicte  
resper-

vespertina regressione, cubiculo facessit. At pudica  
 vxor statim cœnas Saliarum comparat, vix pretio-  
 sa defœcat, pulmenta recentia tucetis réperat. mœsa  
 largiter instructa. Deniq; vt Dei cuiusdam, sic ad-  
 uentus expectatur adulteri. nam, & opportunè,  
 maritus foris apud naccam proximum cœnitabat.  
 Ergo igitur meridie propinquante, helcio tandem  
 absolutus, refectuiq; secure redditus, non tam her-  
 cules laboris libertate gratulabar, quàm quòd re-  
 uelatis luminibus, liber etiam, cunctas facinorosæ  
 mulieris artes prospectare poteram. Sol ipsum qui-  
 dem delapsus Oceanum, subterrenas orbis plagas  
 illuminabat: & ecce, nequissimæ anus adhzrens  
 lateri temerarius adulter aduêrat: puer admodum,  
 & adhuc lubrico genarum splendore conspicuus,  
 adhuc adulteros ipse delectans. Hunc multis ad-  
 modum sauiis exceptum, mulier cœnam iubet pa-  
 ratam accumbere. Sed vt primùm antecursoriam  
 potionem, & inchoatum gustum extremis labiis  
 contigebat adolescens; multo celerius opinione re-  
 diens, maritus aduentat. Tunc vxor egregia, diras  
 deuotiones in eum deprecata, & crurum eius fra-  
 gium abominata, exanguis formidine trepidantem  
 adulterum, alueo ligneo, quo frumêta purgati con-  
 sueuerant, temerè propter iacenti suppositum, ab-  
 scondit: ingenitaq; astutia dissimulato tanto fla-  
 gitio, intrepidum mentita vultum, percontatur de  
 marito, cur vtique contubernalis artissimi relicta  
 cœnula, præmaturus afforet. At ille dolenti protus  
 animo suspirans assiduè, Nefarium, inquit, & ex-  
 tremum facinus perditæ feminæ tolerare nequies,  
 fuga me proripui. Hæc qualis Dijs boni matrona,  
 quàm fida, quàmque sobria, turpissimo se dedeco-  
 re fœdauit: Iuro per istam ego sanctam Cererem,  
 me nunc etiam meis oculis de tali muliere mi-  
 nus credere. His instincta verbis mariti, audacis-  
 sima vxor, noscendæ rei cupiens, non cessat ob-  
 tundere, totam prorsus à principio fabulam pro-  
 nectet. Nec destitit; donec sius voluntati succu-  
 buit

buit maritus. & sic, ignarus suorum, domus alienæ  
 percenset infortunium: Contubernalis mei fullo-  
 nis vxor; alioquin seruati pudoris, vt videbatur,  
 femina, quæ semper secundo rumore gloriosa, La-  
 renti mariti pudicè gubernabat, occulta libidine  
 prorupit in adulterum quempiam. Cumq; furtiuos  
 amplexus obiret assidue, ipso illo deniq; momèto,  
 quo nos lauati cœnam petebamus, cum eodem illo  
 iuvene miscebatur in Venerem. Ergo nostra repêc-  
 turbata præsentia, subitario ducta consilio, cum-  
 dem illum subiectum contegit viminea cauea: quæ  
 furtium flexu in rectum aggregata cumulum, laci-  
 nias circumdatas, suffusa candido fumo sulphuris  
 inalbabat. eoque iam, vt sibi videbatur, tutissimè  
 celato, mensam nobiscum secura participabat. In-  
 terdum acerrimo grauiq; odore sulphuris iuuenis  
 inescatus, atq; obnubilatus, intercluso spiritu dis-  
 fluebat: vtque est ingeniû viuacis metalli, crebras  
 ei sternutationes commouebat. Atque vt primum  
 eregione mulieris, ponè tergum eius maritus acce-  
 perat sonum sternutationis, quod enim putaret ab  
 ea profectum; solito sermone salutem ei fuerat im-  
 precatus, & iteratò rursus, & frequentatò sapius:  
 donec rei nimietate commotus, quæ res erat tan-  
 dem suspicatur. Et, impulsâ mensa protinus, remo-  
 taque cauea, producit hominem crebros anhelitus  
 ægrè resstantem. inflammatusque indignatione  
 contumeliæ, gladium flagitans, iugulate moritu-  
 rum gestiebat; nî respecto eomuni periculo, vix  
 eum ab impetu furioso cohibuissim: adseuerans  
 breui, absque noxa nostri, suapte inimicum eius  
 violentia sulphuris periturum. Nec suadella mea,  
 sed ipsius rei necessitate lenitus, quippe iam semi-  
 uiuum, illum in proximum deportat angiportum.  
 Tunc vxorem eius tacitè suasi, ac deniq; persuasi,  
 secederet paululum, atque ultra limen tabernæ ad  
 quampiam tantisper familiarem sibi mulierem;  
 quoad spatio seruens mariti sedaretur animus: qui  
 tanto calore, tantaque rabie perculsus, non eram  
 dubius,

dubius, aliquid etiam de se suaque coniuge tristius profecto cogitaret aliud. Contubernalis epularum tædio fugatus, Larem reuerti meum. Hæc recente pistore, iam dudum proca & temeraria mulier, verbis execrantibus fullonis illius detestabatur uxorem: illam perfidam, illam impudicam, denique vniuersi sexus grande dellectus: quæ suo pudore postposito, tori que genialis calcato scdere, Larem mariti lupanari maculasset infamia; iamque perdita nuptæ dignitate, prostituta sibi notam adiciuerit. Addebat, & tales oportere viuas exuri feminas. Et tamen, taciti vulneris, & suæ sordidæ conscientiaë commonita, quo maturius stupratorem suum tegminis cruciatu liberaret, idem idem suadebat, maritum temporius quieti recedere. At ille, vtpote intercepta cæna profugerat prorsus ieiunus, mensam poni comiter postulabat. Apponebat ei prope, quamuis inuita, mulier. quippini? destinata alijs. Sed mihi penitus carpebantur præcordia, & præcedens facinus ac præsentem deterrimæ feminæ constantiam cogitanti: mecumque sedulo deliberabam, si quo modo possem, detectis ac reuelatis fraudibus, auxilium meo præbere domino: illumque, qui instar testudinis alueum succubabat, depulso tegmine, cunctis palam facere. Sic herili contumelia me cruciatum, tandem cælestis respexit Prouidentia. Nam senex claudus, cui nostra tutela permissa fuerat, vniuersa nos iumenta, id hora iam postulante, ad locum proximum bibendi causa gregatim prominabat. Quæ res opportunissimam mihi vindictæ subministravit occasionem. Namque prætergrediens, obseruatos extremos digitos adulteri, qui per angustias caui tegminis prominebant, obliquata atque infestâ vngula compressos, vsque ad summam minutiam cõterero: donec intolerabili dolore commotus, sublato flebilique clamore, repulsoque & abiecto alueo, cõspectui profano redditus, scenâ propudiosæ mulieris patefecit. Nec tamen pistori damno pudicitiaë magno.

inagropete commotus, exanguis pallore trepidan-  
 tem puerum, serena fronte & propitiata facie com-  
 mulcens, incipit: Nihil triste de me tibi fili metuas.  
 non sum barbarus, nec agresti morum squallore  
 præditus: nec ad exemplum machinæ truculentæ,  
 sulphuris te letali fumo necabo; ac ne iuris quidem  
 seueritate Lege de adulteriis ad discrimen vocabo  
 capitis tam venultū atq; pulcellū, puellū; sed planè  
 cum vxore mea partitio tractabo, nec eriscunde  
 familiæ, sed cōmuni diuidendo formula dimica-  
 bo: vt, sine vlla controuersia vel dissensione, tribus  
 nobis in vno conueniat lectulo. Nam & ipse sem-  
 per cum mea coniuge tam concorditer vixi, vt, ex  
 secta prudentium, eadem nobis ambobus placeret.  
 Sed nec æquitas ipsa patitur, habere plus auctori-  
 tatis vxorem quàm maritum. Talis sermonis blan-  
 ditie cauillatum, deducebat ad torum nolentem  
 puerum, sequentem tamen: & pudicissima illa vxore  
 alterorsus disclusa, solus ipse cum puero cubans,  
 gratissima corruptarum nuptiarum vindicta per-  
 fruebatur. Sed cū primū rota Solis lucida diem  
 peperit; vocatis duobus è familia validissimis,  
 quàm altissimè sublato puero, ferula nates eius ob-  
 uerberans: Tu autem, inquit, tam mollis ac ten-  
 ner, & admodum puer, defraudatis amatoribus,  
 ætatis tuæ flore mulieres appetis: atque eas libe-  
 ras & conubia lege sociatas corrumpis, & intem-  
 pestiuum tibi nomen adulteri vindicas? His, &  
 pluribus verbis compellatum, & insuper affatim  
 plagis castigatum, foris secus abiicit. At ille adulte-  
 rorum omnium fortissimus, insperata potitus salu-  
 te, tamen nates candidas illas noctu diuque diru-  
 ptus, marens profugit. Nec secius pistor ille nun-  
 tium remisit vxori, eamque protinus de sua pro-  
 turbauit domo. At illa, præter genuinam nequi-  
 tiam, contumelia etiam, quamuis iusta, tamen al-  
 tius commota atque exasperata, ad armillum re-  
 uertit, & ad familiares feminarum artes accendi-  
 tur: magnaq; cura requisitam veteratricem quam-  
 dan

dam feminam, quæ deuotionibus ac maleficiis  
 quiduis efficere posse credebatur, multis exorat  
 precibus, multisq; suffarcinat muneribus, alterum  
 de duobus postulans: vel rursus mitigato conci-  
 liari marito; vel si id nequieuit, certè Larua, vel  
 aliquo diro numine immisso, violenter eius ex-  
 pugnari spiritum. Tunc saga illa, & diuinipotens  
 primis adhuc armis facinorosa disciplinæ suæ veli-  
 tatur: & vehementer offensum mariti flectere at-  
 que in amorem impellere conatur animum. Quæ  
 res cum ei fecius ac rata fuerat, proueniret; indig-  
 nata numinibus, & præter præmij destinatum com-  
 pendium, contemptione etiam stimulata, ipsi iam  
 miserrimi mariti incipit imminere capiti, vni-  
 bramq; violenter preempte mulieris ad exitum eius  
 instigare. Sed forsitan lector scrupulosus, reprehen-  
 dens narratum meum, sic argumentaberis: Vnde  
 autem tu stultule asine, intra terminos pistri-  
 netus, quid secretò, vt affirmas, mulieres gesse-  
 rint, scire potuisti? Accipe igitur, quemadmodum  
 homo curiosus, iumentum faciem sustinens, cuncta  
 quæ in perniciem pistoris mei gesta sunt, cognoui.  
 Diem fermè circa mediam, repente intra pistrinam  
 mulier, reatu mira que tristitie deformis, apparuit,  
 flebili centunculo semiamicta, nudis & intestis  
 pedibus, lurore buxco macie que fœdata, & dis-  
 ceptæ comæ semicanæ, sordentes inspersu cineris,  
 pleramque eius anteuentulæ contegebant faciem.  
 Hæc talis, manu pistori clementer iniecta, quasi  
 quippiam secretò collocutura, in suum cubiculum  
 deducit eum: & adducta fore, quam diutissimè de-  
 moratur. Sed cum esset iam confectum omne fru-  
 mentum, quod inter manus opifices tractauerant,  
 necessarioque peti deberet aliud; seruuli cubicu-  
 lum propter astantes dominum vocabant, operiq;  
 supplementum postulabant. Atque vt illis sapi-  
 culè & interuocaliter clamantibus nullus respon-  
 dit dominus; iam forem pulsare validius: & quod  
 diligentissimè fuerat oppellulata, maius peiusque  
 L aliquid

aliquid opinâtes, nifu valido reducto vel diffracto cardine, tandem patefaciunt aditum. Nec vspiam reperta illa muliere, vident è quodam tigillo conftrictum, iamque exanimem pendere dominum. Eumque nodo cervicis absolutum, detractumque, summis plangoribus, summisque lamentationibus atque vltimo lauacro procurant: peractisque ferilibus officiis, frequenti que prosequente comitatu, tradunt sepulturæ. Die sequenti, filia eius occurrit è proximo castello, in quo pridem denuperat, mæsta, atque crines pendulos quatiens, & interdum pugnis obtundens vbera, quæ, nullo quidem domus infortunium nuntiante, cuncta cognouerat; sed ei per quietem obtulit sese flebilis patris sui facies, adhuc nodo reuincta ceruice: eique totum nouerit scelus aperuit, de adulterio, de maleficio, & quemadmodum laruatus ad Inferos demeasset. Et cum se diutino plangore cruciasset, concursu familiarium cohibita, tandem pausam luctui fecit. Iamque nono die ritè completis apud tumulum sollemnibus, familiam, supellectilemque, & omnia iumenta ad hereditariam deducit auctiorem. Tunc vnum Larem, variè dispergit venditionis incertæ licentiosa Fortuna. Me denique ipsum pauperculus quidam hortulanus cõparat quinquaginta nummis, sed magno, vt aiebat: sed vt cõmuni labore victum sibi quæreret. Res ipsa mihi poscere videtur, vt huius quoque seruitij mei disciplinam exponam. Matutinò me multis oleribus onustũ, proximam ciuitatem deducere consueuerat dominus: atque ibi venditoribus tradita mercede, dorsum infidens meum, sic hottum redire. At dum fodiens, dum irrigans, ceteroque incuruus labore deseruit: ego tantisper otiosus, tacita quiete recreabar. Sed ecce, siderum ordinatis ambagibus, per numeros dierum ac mensium remeans annus, post mustulentas autumnalium delicias, ad hybernas Capricorni pruinæ deflexerat: & assiduis pluuiis, nocturnisque rorationibus, sub dio, & intecto cõclusus stabulo, con-

tinuo



timo diferuciabar frigore. quippe cum meus do-  
 minus, præ nimia paupertate, ne sibi quidem, ne-  
 dum mihi, posset stramen aliquod, vel exiguum  
 regimen parare; sed, frondoso casulæ contentus  
 ymbaculo, degeret. Ad hoc, matutinò lutum ni-  
 mis frigidum, geluque præacuta frustra nudis inua-  
 dens pedibus, enitebar. ac ne suctis saltem cibariis  
 ventrem meum replere poteram. Namque & mihi  
 & ipsi domino cana par ac similis oppidò, sed te-  
 nuis aderat: lactucæ veteres & insuaues, illæ, quæ  
 seminis enormi senectâ, ad instar scoparû, in ama-  
 ram cœnosi succus cariem exolescunt. Nocte qua-  
 dam paterfamilias, de pago proximo, tenebris illu-  
 nç caliginis impeditus, & imbre nimio madescens,  
 atq; ab id ab itinere directo cohibitus, ad hortum  
 nostrum, iam fesso equo, deuertit. Receptusq; co-  
 miter pro tempore, licet non delicato, necessario  
 tamen quietis subsidio, remunerari benignum ho-  
 spitem cupiens, promittit ei, de prædiis suis sese da-  
 turum & frum eti & oliui aliquid, & amplius duos  
 vini cados. Nec moratus meus dominus, sacculo  
 & vtribus vacuis secum apportatis, nudæ spinæ  
 mex residens, ad sexagesimum stadium profectio-  
 nem comparat. Eo iam confecto viæ spatio, per-  
 uenimus ad prædictos agros. ibique statim meum  
 dominum comis hospes opipari prædio participat.  
 Iam his in poculis mutuis altercancibus, mirabile  
 prorsus euenit ostentum. Vna de cetera cohorte  
 gallina, per mediam cursitans aream, clamore ge-  
 nuino, velut ouum parere gelliens, personabat. eam  
 suus dominus intuens, O bona, inquit, ancilla, &  
 satis fræcunda, quæ multo iam tempore quotidiana  
 nis nos partibus saginasti! nunc etiam cogitas, vt  
 video, gustulum nobis præparare. Et, Heus, inquit,  
 puer, calathum frætui gallinaceo destinatum, angu-  
 lo solito collocato. Ita, vt fuerat iussum, procu-  
 rante puero, gallina consuetæ lecticulæ spreto cu-  
 bili, ante ipsos pedes domini præmaturû, sed ma-  
 guo prorsus futurum scrupulo, prodidit partum.

non enim ouum, quod scimus, illud; sed pinnis & unguibus, & oculis & voce etiam perfectum edidit pullum; qui matrem suam continuo cœpit comitari. Nec eo secius longè maius ostentum, & quod meritò perhorrescerent, exoritur. Sub ipsa enim inensa, quæ reliquias prandij gerebat, terra dehiscente imitùs, largissimus emicuit fons sanguinis. Hinc resultantes vberimæ guttæ, mensam cruore perspergunt; ipsoque illo momento, quo stupore dehixi mirantur ac trepidant diuina præfagia; concurrunt vnus è cella vinaria, nuntians omne vinum, quod olim diffusum fuerat, in omnibus dolis feruenti calore, & prorsus, vt igni copioso subdito, rebullire. Visæ etiam interea mustelæ, mortuum serpentem forinsecus mordicus attrahentes. & de ore pastoricij canis virens exsiluit ranula: ipsumque canem qui proximus consistebat, aries appetitum, vnico motu strangulauit. Hæc tot ac talia, ingenti pauore domini illius, & familiæ totius ad extremum stuporem deiecerunt animos: quid prius, quidue posterius, quid magis, quid minus numinum cælestium leniendis minis, quot & qualibus procuraretur hostiis. Adhuc omnibus expectatione teterrimæ formidinis torpidis, accurrit quidam seruulus, magnas & postremas domino illi fundorum clades annuntians. Namque is adultis iam tribus liberis, doctrina instructis, & verecundia præditis viuebat gloriosus. His adulescentibus erat cum quodam paupere, modicę casulę domino, vetus familiaritas. At enim casulæ paruulæ conteminos magnos & beatos agros possidebat vicinus potens, & diues, & iuuenis, & profapiæ maiorum gloria malè vtens: pollensque factionibus, & cuncta facile faciēs in ciuitate; hostili modo vicini tenuis incurfabat pauperiem, pecua trucidando, boues abigendo, fruges adhuc immaturas obtredendo. iamque totum frugalitate spoliatum, ipsis etiam glebulis exterminare gestiebat: finiumque inani commota quæstione, terram totam sibi vindicabat.

bat. Tunc agrestis, verecundus alioquin, avaritia diuitis iam spoliatus, ut suo saltem sepulcro paternum retineret solum, amicos plurimos ad demonstrationem finium, trepidans eximie, corrogarat. Aderant inter alios tres illi fratres, cladibus amici quantum ferentes auxilium. Nec tamen ille verfanus tantillum presentia multorum civium teritus, vel etiam confusus, licet non rapinis, saltem verbis temperare noluit: sed illis clementer expositulantibus, feruidosque eius mores blanditiis permulcentibus, repente suam suorumque carorum salutem quam sanctissime adiurans, adseuerat, parui se pendere tot mediatorum presentiam: denique vicinum illum auriculis per suos serulos sublatum, de casula longissime, statimque proiectum iri. Quo dicto, insignis indignatio totos audientium pertentauit animos. Tunc vnus e tribus fratribus, incontanter & paulo liberius respondit: Frustra eum suis opibus confisum, tyrannicam superbiam comminari; cum alioquin pauperes, etiam liberali legum presidio, de insolentia locupletium consueuerint vindicari. Quod oleum flammæ, quod sulfur incendio, quod flagellum Furis, hoc & iste sermo truculentis hominis nutrimento fuit. Iamque ad extremam insaniam vecors, suspendium sese & totis illis, & ipsis legibus mandare proclamans, canes pastoricos, villaticos, feros atque immanes, adfuetos abiecta per agros exicare cadauera, preterea etiam transeuntium viatorum passuis moribus annulatos laxari, atque in eorum exitium inhortatos, immitti precipit. Qui simul signo solito pastorum incensi atque inflammati sunt, furiosa rabie conciti, & latratibus etiam absonis horribiles, eunt in homines: eosque, variis aggressi vulneribus, distrahunt ac lacerant. nec fugientibus saltem compescunt; sed eo magis irritiores sequuntur. Tunc inter confertam trepidæ multitudinis stragem, e tribus iunior, offenso lapide, atque obtundis digitis, terræ prosternitur: sæuisque illis ac ferocissimis

cissimis canibus instruit nefariam depem. protinus enim nacti prædam iacentem, miserum illum adulescentem sic frustatim discerpunt. Atque, ut eius letalem ululatum cognouere ceteri fratres; accurrunt mæsti suppetias; obuolutisque lacinia læuis manibus, lapidum crebris iactibus propugnare fratri, atque abigere canes aggrediuntur. Nec tamen eorum ferociam vel contertere, vel expugnare potuerunt. quippe cum miserrimus adolescens, vltima voce prolata, vindicarent de pollutissimo diuite mortem fratris iunioris, illicò laniatus interiit. Tunc reliqui fratres, non tam hercules desperata quam vltro neglecta sua salute, contendunt ad diuitem; atque, ardentibus animis impetuque vesano, lapidibus crebris in eum velitantur. At ille cruetus, & multis antè flagitiis similibus exercitatus percussor, iniecta lancea, duorum alterum per pectus medium transadegit. Nec tamè peremptus ac prorsus exanimatus adolescens ille, terræ concidit. nam telum transiectum, atque ex maxima parte ponè tergum elapsum, soloque nisus violentia defixum, rigore librato suspenderat corpus. Sed & quidam de seruulis, procerus & validus, sicario illi ferens auxilium, lapide contorto, tertij illius iuuenis dexterum brachium longo iactu petierat, sed impetu casto per extremos digitos transcurrens lapis, contra omnium opinionem, deciderat innoxius. Nonnullam tamen sagacissimo iuueni prouetus humanius vindictæ speculam subministravit. Ficta namque manus suæ debilitate, sic crudelissimum iuuenem compellat: Fruere exitio totius nostræ familiæ, & sanguine trium fratrum insatiabilis, tuam crudelitatem pascere, & de prostratis tuis ciuibus gloriose triumphadum scias. licet priuato suis possessionibus paupere, fines vsque & vsque proterminaueris, habiturum te tamen vicinum aliquem. Nam hæc etiam dextra, quæ tuum prorsus amputasset caput, iniquitate Fati contusa, decidit. Quo sermone alioquin exasperatus furiosus latro, raptoglacio,

gladio, sua miserrimum iuuenem manu perempturus, inuadit auidus. Nec tamen sui molliorem prouocauerat, quippe insperato, & longè contra eius opinionem resistens iuuenis, complexu fortissimo arripuit eius dexteram: magnoque nisu, ferro vibrato, multis & crebris ictibus impuram elidit diuitis animam: & vt accurrentium etiam familiarium manu se liberaret, confestim adhuc inimici sanguine delibuto mucrone, gulam sibi prorsus execut. Hæc erant, quæ prodigiosa præ saguerant ostenta; hæc, quæ miserrimo domino fuerant nuntiata. Nec vllum verbum, ac nec tacitum quidem fletum, tot malis circumuētus senex, quiuit emitte: sed arrepto ferro, quo commodum inter suos epulones cæcum atque alias prandij partes diuiserat, ipse quoq; , adinstar infelicissimi sui filij, iugulum sibi multis ictibus contrucidat; quoad super mensam cæruleus corruēs, portentosi cruoris maculas noui sanguinis fluuio proluit. Ad istum modum, puncto breuissimo, dilapsæ domus Fortunam hortulanus ille miseratus, suosque casus grauer ingemiscens, depēsis pro prædio lacrymis, vacuasq; manus complodens sæpiculè, protinus insenso me, retro, quam veneramus, viam capeffit. Nec innoxius ei saltè regressus euenit. Nam quidam procerus, & vt indicabat habitus atq; habitudo, miles è legione, factus nobis obuius, superbo atque arroganti sermone percontatur, quorsum vacuum duceret asinum? At meus dominus adhuc marote permixtus, & aliàs Latini sermonis ignarus, tacitus præteribat. Nec miles ille familiarè cohibere quiuit insolētiam; sed indignatus silentio eius, vt conuicio, vite quam tenebat, obtundens eum, dorso meo proturbat. Tūc hortulanus supplicuè respondit, sermonis ignorantia se, quid ille diceret, scire non posse. Ergo igitur Græcè subiiciens miles, Vbi, inquit, ducis asinum istum? Respondit hortulanus, petere se ciuitatè proximam. Sed mihi, inquit, operæ eius opus est. nam de proximo castello sarcinas

præsidis nostri cum ceteris iumentis debet adue-  
 here. Et, iniecta statim manu, loro me quo ducebar  
 arreptum, incipit trahere. Sed hortulanus prioris  
 plagæ vulnere prolapsum capite sanguinem deter-  
 gens, rursus precatur, ciuilius atque mansuetius  
 versari commilitonem. idque per spes prosperas  
 eius orabat adiurans. Nam & hic ipse, aiebat, iners  
 a fellus, & nihilominus morbo detestabili caducus,  
 vix etiam paucos olerum manipulos de proximo  
 hortulo solet, anhelitu languido fatigatus, subue-  
 here; nedum vt rebus amplioribus idoneus videat-  
 ur gerulus. Sed vbi nullis precibus mitigari mili-  
 tem, magisq; in suam perniciem aduertit efferari,  
 iamque inversa vite de vastiore nodulo cerebrum  
suum diffindere; currit ad extrema subsidia: simu-  
 lansque, ad commouendam miserationem, genua  
 eius velle cōtingere, summissus atque incuruatus,  
 arreptis eius pedibus vtrisque, sublimem elatum,  
 terræ grauiter applodit: & itatim quâ pugnâ, quâ  
 cubitis, quâ moribus, etiâ de via lapide coriepto,  
 totam faciem, manusque eius & latera conuerberat.  
 Nec ille, vt primum humi supinatus est, vel  
 repugnare, vel omnino munire se potuit, sed pla-  
 ne idemtidem comminabatur, si surrexisset, se-  
 se concisurum eum machæra sua frustatim. Quo  
 sermone eius commonefactus hortulanus, eripit ei  
 spatham: eaque longissimè abiecta, rursus sauior-  
 ribus eum plagis aggreditur. Nec ille prostratus ac  
 præuentus vulneribus, vllum reperire quiens saluti  
 subsidium, quod solum restabat, simulat sese mor-  
 tuum. Tunc spatham illam secum asportans hor-  
 tulanus, in scenso me, concito gradu rectè festinat  
 ad ciuitatem. nec hortulum suû saltem curans in-  
 uisere, ad quempiam sibi deuertit familiarem. cun-  
 ctisque narratis, deprecatur periclitanti sibi ferret  
 auxilium: seq; cum suo sibi asino tantisper occul-  
 taret; quoad celatus spatio bidui triduiue, capita-  
 lem causam euaderet. Nec oblitus ille veteris ami-  
 citiæ, promptè suscipit. meque per scalas, compli-  
 citis

citis pedibus, in superius cęnaculum attracto, hortulanus deorsus in ipsa tabernacula direpit in quādam cistulam, & supergesto delitescit orificio. At miles ille, vt postea didici, tandem velut emerfus graui crapula, nutabundus tamen, & tot plagarum dolore saucius, baculoque se vix sustinens, in ciuitatem aduentat: confususque de impotentia, deque inertia sua quidquam ad quemquam referre popularium, sed tacitus iniuriam deuorans, quosdam cōmilitones nactus, istas tunc clades enarrat suas. Placuit, vt ipse quidem cōtubernio se tantisper absconderet: nam præter propriam cōtumeliam, militaris etiam sacramenti Genium ob amissam spatham verebatur, ipsi autem, signis nostris enotatis, inuestigationi vindictęque sedulam darent operam. Nec defuit vicinuis perfidus, qui nos illico occultari nuntiaret. Tum commilitones, accersitis magistratibus, mentiuntur sese multi pretij vasculum argenteum præsidis in via perdidisse: idque hortulanum quemdam reperisse, nec velle restituere, sed apud familiarem quemdam sibi delitescere. Tunc magistratus, & damno præsidis nomine cognito, veniunt ad diuersorij nostri fores: claraque voce denuntiant hospiti nostro: nos, quos occultaret apud se, certò certius dedere, potius quam discrimen proprii subiret capitis. Nec ille tantillum conterritus, salutique studens eius, quem in suam receperat fidem, quidquam de nobis fatetur: ac diebus plusculis non vidisse quidem illum hortulanum contendit. Contrà militones, ibi, nec vsquam, illum delitescere, adiurantes Genium principis, contendebant. Postremum magistratibus placuit, obstinatè denegantem scrutinio detegere. Immissis itaque licitoribus, ceterisque publicis ministeriis, angulatim cūcta sedulo perlustrari iubet. nec quisquam mortalium, ac ne ipse quidem asinus intra limen comparere nuntiatur. Tunc gliscit violētior vtrimquesecus contentio militum, pro comperto de nobis asseuerantium, fidemque Cæsaris idem

venæ pulsus, quid caloris intemperantia, quid fatigatus anhelitus, & vtrimque fecus iactatæ crebiter laterum mutuæ vicissitudines? *Dij boni!* quàm facilis, licet non artifici medico, cuius tamen docto Veneræ cupidinis, comprehensio; cùm videas aliquam sine corporis calore flagrantem. Ergo igitur impatientia furoris altiùs agitata, diutinum dirupit silentium; & ad se vocari præcipit filium. quod nomé in eo ipso, scilicet ne ruboris admoneretur, libenter eraderet. Nec adulescens ægræ parentis moratus imperium, senili tristitie striatam gerens frontem, cubiculum petit vxoris patris, matrisque fratris, vtcunque debitum sistens obsequium. Sed illa cruciabili silentio diutissimè fatigata, & vt in quodam vado dubitationis hærens, omne verbum quod præsentis sermoni putabat aptissimum, rursum improbens, iurante etiam nunc pudore, vnde potissimum caperet exordium, decontatur. At iuuenis nihil etiam tunc sequius suspicatus, summissio vultu rogat vltro præsentis causas ægritudinis. Tunc illa nacta solitudinis damnosam occasionem, prorumpit in audaciam: & ybertim adlacrymans, laciniæque contegens faciem, voce trepida sic eum breuiter affatur: *Causa omnis & origo præsentis doloris, & etiam medela ipsa, & salus vnica mihi vitæ tute ipse es. Isti enim tui oculi per meos oculos ad intima delapsi præcordia, meis medullis accerrimum commouent incendium. Ergo miserere tuæ caræ parentis. nec te religio patris omnino deterreat; cui morituram profus seruabis vxorem. Illius enim recognoscēs imaginem in tua facie, meritò te diligo. Habes solitudinis plenam fiduciam, habes capax necessarij facinoris otium. Nam quod nemo nouit, panè non fit. Repentino malo perturbatus adulescens, quamquam tale facinus protinus exhorruisset; non tamen negationis intempestiua seueritate putauit exasperandum, sed cautæ promissionis dilatione leniendum. Ergo prolixè pollicetur, vt bonum caperet*  
*animum,*



animum, refectioni quæ se ac saluti redderet, impendit suadet: donec patris aliqua professione, liberum voluptati concederetur spatium. Statimque se refert à noxio conspectu nouerca. Et magnam domus cladem ratus indigere consilio pleniore, ad quemdam compertæ grauitatis educatorem senex protinus refert. Nec quidquam diutina deliberatione tam salubre visum, quam fuga celeri procellam Fortunæ saeuientis euadere. Sed impatiens vel exiguæ dilationis mulier, ficta qualibet causa, confestim marito miris persuadet artibus, ad longissimè dilatas festinare villulas. Quo factò, maturatæ spei vesania præceps, promissæ libidinis flagitat vadium. Sed iuuenis modò istud, modò illud causæ faciès, ex execrabilem frustatur eius aspectum: quoad illa nuntiorum varietate, pollicitationem sibi denegatam manifesto perspiciens, mobilitate lubrica nefarium amorem ad longè deterius transtulisset odium. Et, assumpto statim nequissimo, & ad omne facinus emancipato, quodam dotali seruulo, perfidiæ suæ consilia communicat. nec quidquam melius videtur, quam vita miserum priuare iuuenem. Ergo missus continuo furcifer, venenum præsentarium comparat: idque vino diligenter dilatum, in fontis priuigni præparat exitio. Ac dum de oblationis opportunitate secum noxij deliberant homines: forte fortuna puer ille iunior, proprius pessimæ femine filius, post maturinum laborem studiorum domum se recipiens, prandio iam capto sitiens, repertum vini poculum, in quo venenum latitabat inclusum, nescius fraudis occultæ, continuo perduxit haultu. qui, vbi fratri suo paratam mortem ebibit, exanimis terræ procumbit. Illico repentina pueri pernicie pædagogus commotus, vlulabili clamore matrem totamque ciet familiam. Iamque cognito casu noxix potionis, variè quisque præsentium auctores insimulabant extremi facinoris. Sed dira illa femina, & malitiæ nouercalis exemplar vnicum, non acerba filij morte, non patricidij

ruidij conscientia, non infortunio domus, non lu-  
 ctu mariti, vel ærumna funeris commota, cladem  
 familiæ vindictæ compendium traxit, misitq; pro-  
 tinus cursorem qui vianti marito domus expu-  
 gnationem nuntiaret, ac mox eodem ocus ab iti-  
 nere regresso, personata nimia temeritate, insimu-  
 lat priuigni veneno filium suum interemptum. Et  
 hic quidem non adeo mentiebatur, quod iam de-  
 stinatum iuueni mortem præuenisset puer, sed fra-  
 trem iuniorem fingebat ideo priuigni scelere per-  
 emptum, quod eius probrosæ libidini, qua se compri-  
 mere tentauerat, noluisset succubere. Nec tam im-  
 manibus cõrenta mendaciis, addebat, sibi quoque,  
 ob detectum flagitiũ, eundem illum gladio com-  
 minari. Tunc infelix, duplici filiorum morte per-  
 cussus, magnis ærumnarum procellis æstuat. Nam  
 & iuniorem in coram sui funerari videbat: & alte-  
 rum, ob incestum parricidiumque capitis scilicet,  
 damnatum iri certo sciebat. Adhuc vxoris dilectæ  
 nimium mentitis lamentationibus, ad extremum  
 sobolis impellebatur odium. Vix dum pompæ fu-  
 nebres sepulturæ filij fuerant explicatæ: & statim  
 ab ipso eius rogo senex infelix, ora sua recentibus  
 adhuc rigans lacrymis, trahensque cinerem sorden-  
 tem canitiem, foro se festinus immittit. Atque ibi  
 tum fletu tum precibus, genua etiam decurionum  
 contingens, nescius fraudum pessimæ mulieris, in  
 exitium reliqui filij plenè operabatur affectibus;  
 illum incestum paterno thalamo, illum parrici-  
 dam fraterno exitio, & in comminata noueræ  
 nece sicarium. Tanta denique miseratione, tan-  
 taque indignatione curiam, sed & plebem mærens  
 inflammauerat; vt remoto iudicandi tædio, &  
 accusationis manifestis probationibus, & respon-  
 sionis meditatæ ambagibus, cuncti conclamarint:  
 LAPIDIBVS OBRVTVM PVBLICVM MA-  
 LVM PVBLICE VINDICARI. Magistratus  
 interim, metu periculi proprii, ne de paruis indi-  
 gnationis elementis, ad exitium disciplinæ ciuita-  
 tisque

tisq̄ue seditio procederet, partim decuriones de-  
 precari, partim populariter compescere; ut ritè, &  
 MORE MAIORVM iudicio reddito, & utrius-  
 que seecus allegationibus examinatis, ciuilitè sen-  
 tentia promeretur: nec, ad instar barbaricæ ferita-  
 tis, vel tyrannicæ impotentia, damnaretur aliquis  
 inauditus: & in pace placida tam dirum sæculo  
 proderetur exemplum. Placuit salubre consilium.  
 & illico iussus præco, pronuntiat: PATRES IN  
 CYRIAM CONVENTIRENT. Quibus protinus  
 dignitatis iure consueta loca residentibus, rursus  
 præconis vocatu, primus accusator intendit. Tunc  
 demum clamatus inducitur etiam reus: &, exem-  
 plo legis Atticæ, Martiiq̄ue iudicij, causæ patronis  
 denuntiat præco, neque principia dicere, neque  
 miserationem commouere. Hæc ad istum modum  
 gesta cōpluribus mutuò sermocinantibus, cogno-  
 ui. Quibus autem verbis accusator egerit, quibus  
 rebus diluerit reus, ac prorsus orationes, alterca-  
 tionesq̄ue, neque absens ipse apud præstipium sci-  
 re, neque ad vos quæ ignorari possum enuntiare.  
 sed quæ planè concepi, ad istas litteras proferam.  
 Simul enim finita est dicentium contentio: verita-  
 tem criminum fidemq̄ue probationibus certis in-  
 strui, nec suspicionibus tantam coniecturam per-  
 mittere placuit: atq; illum promptissimum seruum,  
 qui solus hæc ita gesta esse scire diceretur, sisti mo-  
 dis omnibus oportere. Nec tantillum cruciarius  
 ille, vel Fortuna tam magni iudicij, vel confertæ  
 conspectu curiæ, vel certè noxia conscientia sua  
 deterritus, quæ ipse finxerat, quasi vera adseuerare  
 atque adferere incipit. Quod se vocasset indigna-  
 tus fastidio noueræ iuuenis, quod vlciscens iniu-  
 riam, filij eius mandauerat necem: quod promisisset  
 grande silentij præmium: quod recusanti mor-  
 tem sit comminatus: quod venenum sua manu  
 temperatum, dandum fratri reddiderit: quod ad  
 criminis probationem reseruatam poculum negle-  
 xisse suspicatus, sua postremum manu porrexerit  
 puero.

puero. Hæc, eximia enim ad veritatis imaginem, verberone illo simulata trepidatione perferente, finitum est iudicium. Nec quisquam decurionum tam æquus remanserat iuueni, quin cum euidenter noxæ compertum, insui culleo pronuntiaret. Cum iam sententiæ pares, cunctorū stilis ad vnum sermonem congruentibus, ex more perpetuo, in vinam æneam deberent conici: quo semel conditis calculis, iam cum rei Fortuna transacto, nihil postea commutari licebat: sed mancipabatur potestas capitis in manum carnificis: vnus è curia senior, præ ceteris compertæ fidei, atque auctoritatis præcipuæ, medicus, orificium vinx manu contegens, ne quis mitteret calculum temerè, hoc ad ordinem pertulit: Quod ætatis sum vobis approbatus, me vixisse gaudeo. nec patiar, falsis criminibus petito reo, manifestum homicidium perpetrari: nec vos, qui iureiurando adstricti iudicatis, inductos seruuli mendacio, peierare, ipse non possum, calcata numinum religione, conscientiam meam fallens, perperam pronuntiare. Ergo vt res est, de me cognoscite. Furcifer iste venenum præsentarium comparare sollicitus, centumq; aureos solidos offerens pretium, mecum olim conuenerat; quod ægroto cuidam dicebat necessarium, qui morbi inextricabilis veterno vehementer implicatus, vitæ se cruciatui subtrahere gestiret. At ego perspicuus malum istum verberonem blaterantem, atque inconcinnè causificantem, certusq; aliquod moliri flagitium, potionem quidem dedi sed futuræ quæstioni præcauens, non statim pretiū quod offerebatur accepi. Sed, ne forte aliquis, inquam, istorum quos offers aureorum, nequam vel adulter reperiatur: in hoc ipso sacculo conditos eos, annulo tuo prænota; donec altera die nummulario præseente comprobetur. Sic inductus, signauit pecuniam, quam exinde, vt iste repræsentatus est iudicio, iussi de meis aliquem curriculò saberna promptam asserre. & en ecce, prolaram  
coram

coram exhibeo, videat, & suum sigillum recognoscat. Nam quemadmodum eius veneni frater insimulari potest, quod iste comparauerit? Ingens exinde verberonem corripit trepidatio; & in vicem humani coloris succedit pallor infernus: perque vniuersa membra frigidus sudor emanabat. Tunc pedes incertis alternationibus commouere: modo hanc modo illam partem scalpere capitis: &, ore semiclauso balbutiens, nescio quas affanias effutire; ut eum nemo prorsus a culpa vacuum merito crederet. Sed reualefcente rursus astutia, constantissime negare, & arcessere medicum non desinit. Qui prater iudicij religionem, cum fidem suam coram lacerari videret, multiplicato studio verberonem illum contendit redarguere: donec iussu magistratum ministeria publica, contrectatis nequissimi serui manibus, anulum ferreum deprehensum cum signo sacculi conferunt, quae comparatio praecedente in roborauit suspicionem. Nec rota, vel eculeus, more Graecorum, tormentis eius apparatus iam deerant, sed obfirmatus mira praesumptione, nullis verberibus, ac ne ipso quidem succubuit igni. Tunc medicus: Non patiar, inquit, hercules, non patiar, vel contra fas de innocente isto iuvene supplicium vos sumere; vel hunc, ludificato nostro iudicio, poenam noxij facinoris euadere. Dabo enim rei praesentis euidentis argumentum. Nam, cum venenum peremptorium comparare pessimus iste gestiret; nec mea secta crederem conuenire, causas vlli praebere mortis; nec exitio, sed saluti hominum medicinam quaesitam esse didicissem: verens, ne si daturum me negassem, intempestiua repulsa viam sceleri subministrarem: &, ab alio quopiam exitiabilem mercatus hic potionem, vel postremum gladio, vel quouis telo nefas inchoatum perficeret; dedi non venenum, sed somniferum mandragorae illud, grauedinis compertae famosum, & morti simillimi soporis efficax. Nec mirum, desperatissimum istum latronem, certum

extrema pœnæ, quæ MORE MAIORVM in eum  
 competit, cruciatus istos, vt leuiore, facile tole-  
 rare. Sed si verè puer meis temperatam manibus  
 sumpsit potionem; viuit, quiescit, & dormit: & pro-  
 tinus marcido sopore discusso, remeabit ad diem  
 lucidam, quod si verè peremptus est, si verè morte  
 præuentus est; quærat licet causas mortis eius  
 alias. Ad istum modum seniore adorante, placuit.  
 & itur confestim magna cum festinatione ad illud  
 sepulcrum, quo corpus pueri depositum iacebat.  
 Nemo de curia, de optimatibus nemo, ac ne de ipso  
 quidem populo quisquam, qui non illuc curiosè  
 confluerit. Ecce pater, suis ipse manibus, cooper-  
 culo capuli remoto, commodum discusso morti-  
 fero sopore, surgentem postluminio mortis depre-  
 hendit filium: eumque complexus artificiosè, verbis  
 impar præsentis gaudio, producit ad populum, atque  
 vt erat adhuc feralibus amiculis obitricus atque  
 obditus, portatur ad iudicium puer. Iamque liqui-  
 dò serui nequissimi, atque mulieris nequioris pate-  
 factis sceleribus, procedit in medium nuda veritas.  
 & noueræ quidem perpetuum indicitur exilium;  
 seruus verò patibulo suffigitur: & omnium cõsen-  
 su, bono medico sinuntur aurei opportuni somni  
 pretium. Et illius quidem senis famosa atque fabu-  
 losa Fortuna, Prouidentia diuinæ condignum ac-  
 cepit exitura: qui momèto modico, immo puncto  
 exiguo, post orbitaris periculum, adulescentium  
 duorum pater repente factus est. At ego tunc tem-  
 poris talibus fatorum fluctibus volutabar. Miles ille,  
 qui me nullo vèdente comparauerat, & sine precio  
 suum fecerat, tribuni sui præcepto debitum susti-  
 nens obsequium, litteras ad magnum scriptas Prin-  
 cipem Romam versus perlaturus, vicinis me qui-  
 busdam duobus seruis fratribus vndecim denariis  
 vendidit. His erat diues admodum dominus, at il-  
 lorum alter pistor dulciarius, qui panes & mellita  
 concinnabat edulia; alter coquus, qui sapidissimis  
 intrimentis succum pulmenta condita, vapore  
 mollibat.

mollibat. Vnico illi contubernio communem vitam sustinebant. meque ad vasa illa complura gestanda præstinarant, quæ, dominis regiones plusculas petrantibus, variis vsibus erant necessaria. Ad discor itaq; inter duos illos fratres tertius contubernalis: haud villo tempore tam benignam Fortunam expertus. Nam vespera, post opiparas cænas, earumque splendidissimos apparatus, multas numero partes in cellulam suam mei solebant reportare domini: ille porcorum, pullorum, piscium, & eiusmodi pulmentorum largissimas reliquias: hic panes, crustula, lucunculos, hamos, lacertulos, & complura scitamenta mellita. Qui cum se refecturi, clausa cellula, balneas petissent, oblati ego diuinitus dapibus affatim saginabar. Nec enim tam stultus eram, tanque verè asinus, vt dulcissimis illis relictis cibus, cænam asperrimum fœnum. Et diu quidem pulcherrimè mihi satatiæ procedebat artificium: quippe adhuc timidè & satis parcè subripiendi de tam multis pauciora, nec illis fraudes vllas in asino suspicantibus. At vbi fiducia latendi pleniore capta, partes opimas quasque deuorabam, & rancidiora seligens, abligutibam dulcibus suspicio non exilis fratrum pupugit animos. Et, quamquam de me nihil etiam tunc tale crederent; tamen quotidiani damni studiose vestigabant reum. illi verò postremò, etiam mutuo sese rapinæ turpissimæ criminabantur. Iamque curam diligentiorè, & acriorem custodelam, & diuinationem adhibebant partium. Tandem denique rupta verecundia, sic alter alterum compellat: At istud iam neque æquum, ac ne humanum, fidem minuere quidem quoti die, ac partes electiores surripere: atque his diuenticis, peculium latehter augere, de reliquis æquam vindicare diuisionem. Si tibi denique societas ista displicet; possumus omnia quidem cetera fratres manere, ab isto tamen nexu communionis discedere. Nam video in imensum damni procedentem querelam, nutrire

nobis immanem discordiam. Subiicit alius: Laudo istam tuam mehercules & ipse constantiam, quòd, furatis cláculo partibus, præuenisti querimoniam: quam diutissimè sustineas, tacitus ingemiscebam: ne viderer rapinæ sordidæ meum fratrem arguere. Sed bene, quòd vtrimque secus sermone prolato, iacturæ remedium quaritur: ne silentio procedens simultas, Eteocleas nobis contentiones pariat. His & similibus altercati cõnuiciis, deierant vtrique, nullam se prorsus fraudem, nullam denique surreptionem factitasse: sed planè debere cunctis artibus communis dispendij latronem inquiri. Nam neq; asinû, qui solus interesset, talibus cibus affici possè: & tamen quotidie partes electibiles comparere nusquam: nec vtrique cellam suam tam immanes inuolare muscas, vt olim Harpyiæ fuere, quæ diripiebant Phineias dapes. Interea liberalibus canis inescatus, & humanis affatim cibus saginatus, corpus obesa pinguitie compleueram; corium aruina succulenta molliueram; pilum liberali nitore nutriueram. Sed iste corporis mei decor, pudori peperit grande dedecus. Insolita namq; tergoris vastitate commoti, fœnum prorsus intactum quotidie remanere cernètes, iam totos ad me dirigunt animos. Et, hora cõsuetâ velut balneas petaturi, clausis ex more foribus, per quamdam modicam cauernulam rimantur me passim expositis epulis inhaerentem. Nec vlla cura iam damni sui habita, mirati monstruosas asini delicias, risu maximo dirumpuntur: vocatoq; vno, & altero, ac deinde pluribus conferuis, demonstrant infandam memoratu hebetis iumentu gulam. Tautus denique ac tam liber cachinnus cunctos inuaserat, vt ad aures quoque prætereuntis perueniret domini. Sciscitatus denique, quid bonum rideret familia: cognito quod res erat, ipse quoq; per idem prospiciens foramen, deletatur eximie, ac dein risu ipse quoque latissimo, adusq; intestinorum dolorem redactus, iam patefacto cubiculo proximè cõsistens, coram arbi-



arbitratur. Nam & ego tandem ex aliqua parte mollius mihi renidētis Fortunæ contemplatus faciem, gaudio præsentium fiduciam mihi subministrante, nec tantillum cōmotus, securus esitabam: quoad nouitate spectaculi lætus dominus ædium, duci me iussit; immò verò suis & ipse manibus ad triclinium perduxit: mensa que posita, omne genus edulium solidorum, & illibata fercula iussit apponi. At ego, quamquam iam bellulè suffarcinatus, gratiorem commendatioremque me tamen ei facere cupiens, esurienter exhibitas escas appetebam. Nam & quidquid potissimum abhorreret asinus excogitantes scrupulosè, ad explorandam mansuetudinem id offerunt mihi: carnes lasere infectas, altilia pipere inspersa, pisces exotico iure perfusos. Interim conuiuium summo risu personabat. Quidam denique præsens scurrula, Date, inquit, sodali huic quippiam meri. Quod dictum dominus secutus: Non adeò, respondit, absurdè locutus es furcifer. valde enim fieri potest, vt contubernalis noster poculum quoque mulsi libenter appetat. Et, Heus ait puer, lautum diligētèr ecce illum aureum cantharium mulso, & multo, contempera, & affer parasito meo: simul, quod ei præbiberim, commone-to. Ingeus exin oborta est epulonum expectatio. Nec vlla tamen ego ratione conteritus, otiose, ac satis genialiter contorta, in modum linguæ, extrema labia, grandissimum illum calicem vno haustu perhausi. Clamor exurgit consona voce cunctorum salute me prosequentium. Magno denique delibutus gaudio dominus, vocatis seruis emptoribus meis, iubet quadruplum rellitui præuium. meque cuidam acceptissimo liberto suo, & satis peculiato, magna præfatus diligentia, tradidit, qui me satis humanè, satisque comiter nutrebat: & quo se patrono commendatiorem faceret, studio-sissime voluptates eius per meas argutias instruebat. Et primùm me quidem mensam accumbere suffixo cubito, dein adluèctari, & insultare subla-

tis p̄timoribus pedibus petdocuit: quodq̄ue esset  
 apprimè mirabile, verbis nutum commodare; vt  
 quod nollem relato, quod vellem reiecto capite  
 monstrarem; sitiensq̄ue, pocillatore respecto, ciliis  
 alterna conuiuens, bibere flagitarem. Atque hæc  
 omnia perfacilè obediebam: quæ nullo etiã mon-  
 strante scilicet facerem. Sed verebar, ne si fortè sine  
 magistro, humano ritu hoc ederem; plerique rati  
 scæuum præsagium portendere, velut monstrum  
 ostentumq̄ue, me obtruncatum, vulturibus opi-  
 mum pabulam redderent. Iamq̄ue rumor publicè  
 crebuerat, quo conspectum atque famigerabilem  
 meis miris artibus effeceram dominum: Hic est,  
 qui sodalem conuiuiamq̄ue possidet luctantem a si-  
 num, saltantem asinum, voces humanas intelli-  
 gentem, sensum nutibus exprimentem. Sed prius  
 est, vt vobis, quod initiò facere debueram, vel nũc  
 saltem referam, quis ille, vel vnde fuerit Thyasus.  
 hoc enim nomine meus nuncupabatur dominus,  
 Oriundus patria Corinthe, quod caput est totius  
 Achæe prouinciæ, vt eius prosapia atque digni-  
 tas postulabat, gradatim permensis honoribus,  
 quinquennali magistratui fuerat destinatus: &, vt  
 splendori capessendorum respõderet fasciam, mu-  
 nus gladiatorum triuuanis spectaculis pollicitus,  
 latius munificentiam suam porrigebat. Denique  
 gloriæ publicæ studio, tunc Thessaliam etiam ac-  
 cesserat, nobilissimas feras & famosos inde gladi-  
 atores comparaturus. Iamq̄ue ex arbitrio disposi-  
 tis, coemptisque omnibus, domuitionem parabat.  
 sprete luculentis illis suis vehiculis, ac posthabitis  
 decoris prædarum carpentis, quæ partim contecta,  
 partim reuelata, frustra nouissimis trahebãtur con-  
 sequis: equis etiam Thessalicis, & aliis iumentis  
 Gallicanis, quibus generosa soboles perhibet præ-  
 tiosam dignitatem: me phaleris aureis, & fucatis  
 ephippiis, & purpureis tapetis, & frenis argenteis,  
 & pictilibus baltheis, & tintinnabulis perargutis  
 exornatum, ipse residens amantissimè, nonnum-  
 quam

quam comissimis affatur sermonibus. Atque inter alia plerique, summè se delectati proſtebatur, quòd haberet in me simul & coniuam & vectorem. At, ubi partim terrestri, partim maritimo itinere confectò, Corinthum accessimus; magnæ ciuium turbæ confluebant: vt mihi videbatur, nò tantum Thyasi dautes honori, quam uici conspectus cupientes. Nam tanta ibidem etiam de me fama peruaſerat; vt non mediocri quæſtui præposito illi meo fuerim. Qui cum multos uideret nimio fauore lusus meos spectare gestientes; obserata fore, atque singulis eorum seorsus admissis, siles accipiens nò patuus, summulas diuinas contadere consueuerat. Fuit in illo conuenticulo matrona quædam pollens, & opulens; quæ more ceterorum visum meum mercata, ac dehinc multiformibus ludicris delectata, per admirationem assiduam, paulatim in admirabilem mei cupidinem incidit. nec vilam uesantæ libidini medelam capiens, adinstar asinaris Pasisphæes, complexus meos ardentem expebat. grandi denique præmio cum altore meo depacta est noctis vnus concubitum. At ille nequam, vt posset de me suane prouenire, lucro suo tantum contentus, annuit. Iam denique cenati è triclinio domini decesseramus: & dudum præstolantem cubiculo meo matronam offendimus. Dij boni! qualis ille, quamque præclarus apparatus! Quatuor eunuchi confestim, puluillis compluribus ventosò tumentibus pluma delicata, terrestre nobis cubitum præstruunt: sed & itragua veste, auto ac murice Tyrio depicta probè consisternunt: ac desuper breuibus admodum, sed satis copiosis puluillis, aliis nismis modicis, quibus maxillas & ceruices delicatæ mulieres suffulcite consueuerunt, superstruunt. nec dominæ voluptatis diutina sua præsentia morati, clausis cubiculi foribus, facessunt. At intus cerei præclara micantes luce, nocturnas nobis tenebras inalbabant. Tunc ipsa cuncto prorsus spoliata tegmine, ténia quoque, qua decoras deuinxerat

papillas, lumen propter adūstans, de stanneo vas-  
 culo multo sese perungit oleo balsamo, meque it-  
 didem largissime perficit: sed multo tanta impen-  
 sius cura etiam nates perfundit meas. Tunc exof-  
 culata pressule: non qualia in lupanari solent ba-  
 siola iactari, vel meretricum poscinumnia, vel ad-  
 uentorum negotinumnia, sed pura atque sincera  
 instruit. & blandissimos affatus: Amo, & Cupio, &  
 Te solum diligo, & Sine te iam viuere nequeo:  
 & cetera, quis mulieres & alios inducunt, & suas  
 testantur affectiones. Capistroque me prehensum,  
 more quo didiceram, reclinat facile. quippe cum  
 nil noui, nihilque difficile facturum mihi viderem:  
 praesertim post tantum temporis, tam formosae  
 mulieris cupientis amplexus obiturus. Nam & vi-  
 no pulcerrimo atque copioso memet madefece-  
 ram; & vnguento fragrantissimo proluuium libi-  
 dinis suscitaram. Sed angebar plane, non exili  
 metu reputans, quemadmodum tantis tamque  
 magnis cruribus, possem delicatam matronam in-  
 scendere: vel tam lucida, tamque tenera, & lacte  
 ac melle confecta membra, duris vngulis com-  
 plecti: labiasque modicas ambrosio rore putpu-  
 rantes, tam amplo ore tamque enormi, & saxeis  
 dentibus deformis sauiari: nouissime, quo pacto  
 quamquam ex vnguiculis perpruriscens, mulier  
 tam vastum genitale susciperet. Heu me, qui di-  
 rupta nobili femina, bestiis obiectus, munus in-  
 structurus sim mei domini? Molles interdum vo-  
 culas, & assidua sauia, & dulces gannitus, com-  
 morsicantibus oculis, irerabat illa. Et in summa:  
 Teneo te, inquit, teneo meum palumbulum,  
 meum passerem. Et cum dicto, vanas fuisse cogi-  
 tationes meas, ineptumque monstrat metum. ar-  
 tissime namque complexa, tum me profus, sed to-  
 tum recipit. Illa vero, quotiens ei parcens nates  
 recellebam; accedens totiens nisu rabido, & spi-  
 nam prehensens meam, appliciote nexu inhare-  
 bat: vt hercules etiam decisse mihi aliquid, ad sup-  
 plendam

plédam eius libidinē crederem; nec Minotauri matrem, frustra delectatam putarem adultero mugiente. Iamq; operosa & peruigili nocte transacta, vitata lucis conscientia, facessit mulier, condicō pari noctis futuræ pretio. Nec grauatè magister meus voluptates ex eius arbitrio largiebatur, partim mercedes amplissimas acceptando, partim nouum spectaculum domino præparando. incontinenter ei denique libidinis nostræ totam detegit scenam. At ille, liberto magnificè munerato, destinat me spectaculo publico. Et, quoniam neque egregia illa vxor mea propter dignitatem, neque profus vlla alia inueniri poterat; grandî præmio vilis quaeritur aliqua, sententia præsidis bestiis addicta: quæ mecum incoram publicam populi caueã frequenter, eius præne talem cognoueram fabulam. Maritum habuit, cuius pater peregrè proficiscens mandauit vxori suæ, matri eiusdem iuuenis, quod enim sarcina prægnationis onerata eam relinquebat: vt, si sexus sequioris edidisset fœtum; protinus, quod esset editum, necaretur. At illa per absentiam mariti, natam puellam insita matri pietate præuenta, desciuit ab obsequio mariti: eamq; prodidit vicinis alunmandam. Regressoq; iam marito, natam necatamq; puellam nuntiabat. Sed vbi flos ætatis nuptialem virgini diem flagitabat, nec, ignaro marito, dotare filiam pro natalibus quibat; quod solum potuit, filio suo tacitum secretum aperuit, Nam & oppidò verebatur, ne quo casu calor is iuuenilis impetu lapsus, nescius nesciam sororem incurreret. Sed pietatis spectatæ iuuenis, & matris obsequium, & sororis officium religiose dispensat: & arcanis domus venerabilis silentij custodiam tradidit; plebeiam facietenus prætendens humanitatem. Sic necessarium sanguinis sui munus aggreditur, vt desolatam vicinam puellam parentumq; præsidio viduatam, domus suæ tutela receptaret: ac mox artificissimo, multumq; sibi dilecto contubernali,

nali, largitus de proprio dotem liberalissimè, tradé-  
 ret. Sed hæc benè atq; optimè, plenaq; cum sancti-  
 monia disposita, feralem Fortunæ nutū latere non  
 potuerunt, cuius instinctu, domum iuuenis protin-  
 us se direxit scæua rivalitas. Et illico hæc eadem  
 vxor eius, quæ nunc bestiis propter hæc ipsa fuerat  
 addicta, cæpit puellam, velut amulam tori, succu-  
 bamque, primò suspicari: dehinc detestari, dehinc  
 crudelissimis laqueis mortis insidiari. Tale denique  
 cõminiscitur facinus. Annulo mariti surrepto, rus  
 profecta, mittit quemdam seruulum, sibi quidem  
 fidelem, sed de ipsa Fide pessimè meretem, qui puel-  
 læ nuntiaret, quòd eam iuuenis profectus ad villu-  
 lam vocaret ad sese: addito, vt sola & sine vllò cõ-  
 mite, quàm maturissimè perueniret. Et, ne qua for-  
 tè nasceretur veniendi contatio; tradit annulum  
 marito subtractum, qui monstratus, fidem verbis  
 adstipularetur. At illa mandato fratris obsequens,  
 hæc enim sola sciebat, respecto etiam signo eius,  
 quod offerebatur: ignauiter, vt præceptū fuerat, in-  
 comitata festinat. Sed vbi fraudis extremæ lapsa  
 decipula laqueos insidiarum accessit; tunc illa vxor  
 egregia, sororem mariti, libidinosæ Furix stin-  
 gulis efferrata, primùm quidem nudam flagris vberri-  
 mè verberat: dehinc, quod res erat, clamâtem quo-  
 que, quòd frustra pellicatus indignatione bullit,et,  
 fratrisq; nomen sæpius iterantem, velut mentitam,  
 atq; cuncta fingentem, titione candenti inter media  
 femina detruso, crudelissimè necauit. Tunc acerbæ  
 mortis exciti nuntii frater & maritus, accurrunt:  
 variisq; lamentationibus defletam puellam, tradit  
 sepulturæ. Nec iuuenis sororis suæ mortem tam  
 miseram, & quæ minime vt par erat illata est, e quo  
 tolerare quiuit animo: sed medullitùs dolore com-  
 motus, acerrimæque bilis noxio furore perfusus,  
 exin flagrantissimis febribus ardebat; vt ipsi quoq;  
 iam medela videretur esse necessaria. Sed vxor,  
 quæ iam pridem nomen vxoris cū fide perdiderat,  
 medicum conuenit quemdam notæ perfidiæ, qui  
 iam

iam multarum palmarum spectatus præliis, magna dextræ sua trophæa numerabat, eique protinus quinquaginta promittit festertia: ut ille quidē momentarium venenum venderet; illa autem emeret mariti sui mortem. Quo cōfecto, simulatur necessaria præcordiis leniendis, biliq̄ue subtrahenda illa prænobilis potio, quā sacra doctiores nomināt: sed in eius vice subditur alia, Proserpine facta salutis. Iamq̄; præsentē familia, & nonnullis amicis & affinibus, ægroto medicus poculum probè temperatum manu sua porrigebat. Sed audax illa mulier, ut simul & consciū sceleris amoliretur, & quam desponderat pecuniam lacretetur; coram detento calice: Non prius, inquit, medicorum optime, non prius carissimo mihi marito trades istā potionem, quā de ea bonā partem hauseris ipse. Vnde enim scio, an noxium in ea lateat venenū? quæ res utiq̄; te, tam prudentem, tamque doctum virum, nequamquam offendit; si religiosa vxor, circa salutem mariti sollicita, necessariam afferō pietatem. Qua mirra desperatione truculētæ feminæ repente perturbatus medicus, excussusq̄; toto consilio, & ob angustiam temporis, spatio cogitandi priuatus, antequam trepidatione aliqua vel cōtatione ipsa daret malæ conscientiæ suspicionem; indidem de potione gustauit ampliter. Quam fidem secutus adolescēs, etiam sumpto calice, quod offerebatur hausit. Ad istum modum præsentī transactō negotio, medicus quā celerrimē domū remeabat, salutifera potione pestem præcedētis veneni festinans extinguerē. Nec eum obstinatione sacrilega, qua semel cœperat, truculenta mulier vngue latius à se discedere passā est: Priusquam, inquit, digesta potione, medicinæ euetus probatus appareat. Sed agrē, precibus & obstinationibus eius multum ac diu fatigata, tandem abire concessit. Interdum perniciem cæcam totis visceribus furentem, medullæ penitus attraxerant, multum denique faucibus, & grauedine somnolenta iam demersus, domum peruadit ægerri-

ægerimè. Vixq; enarratis cùctis, ad vxorem mandat, saltè promissam mercedem mortis geminata deposceret. Sicq; elius violenter spectatissimus medicus, effudit spiritum. Nec ille tamen iuuenis diutius vitam tenuerat; sed inter fictas mentitasq; lacrymas vxoris, pari casu mortis fuerat extinctus. Iamq; eo sepulto, paucis interiectis diebus, quis feralia mortuis litatur obsequia, medici vxor pretium geminæ mortis petens aderat. Sed mulier vsquequaque suæ simulatæ fidei supprimens faciem, pratendens imaginem, blâdiculè respondit: & omnia pròlixè accumulatèq; pollicetur, & statutum pramium sine mora se reddituram constituit; modo pauxillum de ea portione largiti sibi vellet, ob incepti negotij persecutionem. Quod, pluribus laqueis fraudium pessimarum vxor inducta medici, facile consensit: &, quò se gratiorem locupleti feminæ faceret, properiter domo petita, totam prorsus veneni pyxidem mulieri tradidit. Quæ grandem scelerû naçta materiam, longè lateq; cruentas suas manus porrigit. Habebat filiam suam parvulam de marito, quem nuper necauerat. Huic infantulæ quòd leges necessariam patris successionem deferrent, sustinebat ægerime: inhiansq; toto filia patrimonio; imminebat & capiti. Ergo certa, defunctorum liberorum, matres sceleratas hereditates excipere, talem parentem prabuit, qualem exhibuerat vxorem. prandioq; commento pro tempore, etiam vxorem medici, simul & suam filiam veneno eodem percutit. Sed parvulæ quidem tenuem spiritum, & delicata ac tenera præcordia conficit protinus virus infestum. at vxor medici, dum noxiis ambagibus pulmones eius pererrat tempestas detestabilis potionis; primùm suspicata quod res erat, mox urgente spiritu iam certò certior, contèdit ad ipsam præsidis domum: magnoq; fidem eius protestata clamore, & populi concitato tumultu, vtpote tam immania detectura flagitia, efficit statim, sibi simul & domus & aures præsidis  
patehe-



patefierent. Iamque ab ipso exordio, crudelissimæ  
mulieris cunctis atrocitatibus diligenter expositis,  
repentè mentis nubilo turbine correpta, semihian-  
tes adhuc compressit labias: & attritu dētium lon-  
go stridore reddito, ante ipsos præsidis pedes exa-  
nimis corruit. Nec ille, vir alioquin exercitus,  
multiforme facinus execratæ venenicæ dilatiōe  
languida passus marcescere, confestim cubiculariis  
mulieris attractis vi tormētorum, veritatem eruit:  
atque illam, minus quidem quàm merebatur, sed  
quod dignus cruciatus alius excogitari non pote-  
rat, certè bestiis obiiciendam pronuntiauit. Talis  
mulieris publicitūs matrimonium confarreatu-  
rus, ingentiq̄ angore oppidò suspensus, expecta-  
bam diem muneris: sæpius quidem mortem mihi  
mea volens manu consciscere, priusquam scelerō-  
sæ mulieris cōtagio macularer, vel infamia publici  
spectaculi depudescerem. Sed priuatus humana  
manu, priuatus digitis, vngula rotunda atque mu-  
tila gladium stringere nequaquam poteram. Planè  
tenui specula solabar clades vltimas; quòd ver in  
ipso ortu iam gemmulis floridis cuncta depinge-  
ret, & iam purpureo nitore prata vistiret: & com-  
modùm disrupto spineo tegmine, spirantes cinna-  
meos odores, promicatent rosæ, quæ priori me  
Lucio redderent. Dies ecce muneri destinatus ade-  
rat. ad conspectū caueæ, prosequente populo, pom-  
patico fauore deducor. Ac dum ludicris scenico-  
rum choreis primitiæ spectaculi dedicantur; tan-  
tis per ante portam constitutus, pabulum latissimi  
graminis, quod in ipso germinabat aditu, libens  
affectabam: subinde curiosos oculos, patente por-  
ta, spectaculi prospectu gratissimo rehiciens. Nam  
puelli puellæque vitenti florentes ætatula, forma  
conspicui, veste nitidi, incessu gestuosi, Græciani-  
cam saltantes pyrrhicam, dispositis ordinationi-  
bus decoros ambitus inerrabant: nunc in orbe ro-  
tarum flexuosi; nunc in obliquam seriem cōnexi;  
& in quadratum patorem cuneati; & in cateruæ  
dissi-

diſſidium ſeperati. At vbi diſcurſus reciproci mul-  
 timodes ambages tubæ terminalis cætuſ explicuit;  
 aulæo ſubducto & cõplicitis ſipariis, Patidis ſcena  
 diſponitur. Erat mons ligneus, ad inſtar inçlyti  
 montis illius quem vates Homerus Idæum ceci-  
 nit, ſublimi inſtructus fabrica, conſitus viretis &  
 vinis arboribus ſummo cacumine, de manibus fa-  
 bri fonte manante, fluuialis aquas eliquans. Ca-  
 pellæ pauculæ tondebant herbulas: &, in modum  
 Paridis Phiygij paſtoris, barbaricis amiculis hume-  
 ris deſluentibus, pulcre induſiatus aduleſcens, au-  
 rea tyara cõtecto capite, pecuarium ſimulabat ma-  
 giſterium. Adeſt luculentus puer nudus, niſi quòd  
 ephebica chlamyda ſiniſtrum tegebat humerum:  
 flauis crinibus vſquequaque conſpicuus: &, inter  
 comas eius, aureæ pinnulæ cognatione ſimili ſo-  
 ciatæ, prominebãt, quem caduceû & virgula, Mer-  
 curium indicabant. Is ſaltatoriè procurrens, ma-  
 lumque bracteis inauratum dextera gerens, ei qui  
 Paris videbatur porrigit: quid mãdaret Iupiter, nu-  
 tu ſignificans. protinus gradus citule referens, è  
 conſpectu faceſcit. Inſequitur puella vultu honeſta,  
 in deæ Iunonis ſpeciem ſimilis. nam & caput ſtrin-  
 gebat diadema candida. ferebat & ſceptrum. Irru-  
 pit alia, quam putares Mineruam, caput contecta  
 fulgenti galea, & oleaginea corona tegebatur ipſa  
 galea: clypeum attollens, & haſtam quatiens, &  
 qualis illa cùm pugnat. Super has introceſſit alia,  
 viſendo decore præpollès, gratia coloris ambroſei  
 deſignans Venerem: qualis fuit Venus, cùm fuit  
 virgo, nudo & intecto corpore perfectam formoſi-  
 ratem profeſſa; niſi quòd tenui pallio bombycino  
 inumbrabat ſpectabilem pubem. quã quidem laci-  
 niã curioſulus ventus ſatis amanter nunc laſciuiès  
 reſſabat: vt dimota, pateret flos ætatulæ: nunc  
 luxurians aſpirabat: vt adhærens preſſulè mem-  
 brotum voluptatem graphicè laciniaret. ipſe au-  
 tem color Deæ diuiſus in ſpeciem: corpus candi-  
 dum, quod celo demeat; cærulam, quod mari  
 reimeat.

remeat. Iam singulas virgines, quæ Deæ putabantur, sui obibant comites. Iunonem quidem Castor & Pollux, quorum capita cassides aratæ stellarum apicibus insignes contegebant, sed & illi Castores erant scenici pueri. Hæc puella, varios modulos lasciuia concinente tibi, procedens quieta & inaffectata gestulatione, nutibus honestis, pastori pollicetur, si sibi præmium decoris addiderit: sese regnum totius Asiæ tributuram. At illam, quam cultus armorum Mineruam fecerat, duo pueri muniebant, præliaris deæ comites armigeri, Terror & Metus nudis insultantes gladiis. at pænè tergum tibi cen horum canebat bellicosum: & permissens bombis grauibus tinnitus acutos, in modum tubæ, saltationis agilis vigorem suscitabat. Hæc inquieto capite, & oculis inspectu minacibus, citato & intorto genere, gestulatione alacri demonstrabat Paridi, si sibi formæ victoriam tradidisset; fortem, tropeisque bellorum inelutum suis adminiculis futurum. Venus ecce cum magno fauore cauee, in ipso meditullio scenæ, circumfuso populo latissimorum paruulorum, dulcè subridens, constitit amenè. Illos teretes & lacteos puellos diceres tu Cupidines, & Cupidines veros, de cælo vel mari commodum inuolasse, nam & pinnulis & sagittulis, & habitu cetero formæ præclaræ congruebant: & velut nuptiales epulas obitura, dominae coruscis prælucebant facibus. Et insupunt innuptarum puellarum decoræ soboles. hinc Gratiæ gratissimæ; inde Horæ pulcerrimæ, quæ iaculis floris ferti & soluti Deam suam propitiâtes, scitissimum construxerunt chorum, dominae voluptatum Veneris coma blandientes. Iam tibiæ multiforabiles, cantus Lydios dulciter consonant. quibus spectatorum pectora suaue, mulcentibus, longè suauior Venus placidè cōmoueri, contantiq; lētè vestigio, & leuiter per fluctuantes pinnulas, & sensim annuntante capite cœpit incedere, molliq; tibiæ sonò delicatis respōdere gestibus: & nūc mitè cōnuen-

tibus,

tibus, nunc acré comminantibus gestire pupillis; & nonnumquam saltare solis oculis. Hæc ut primùm ante iudicis conspectum facta est, nisu brachiorum polliceri videbatur, si fuisset Deabus ceteris antelata; daturam se nuptam Paridi forma præcipuam, suiq; consimilem. Tunc animo volenti Phrygius iuuenis, malum, quod tenebat, aureum, velut victoriæ calculum, puellæ tradidit. Quid ergo miramini vilissima capita, immò forensia pecora, immò verò togati vulturij, si toti nunc iudices sententias suas pretio nundinantur? cùm rerum exordio, inter Deos & homines agitatum iudicium corruerit gratia: & originalem sententiam magni Iouis consiliis electus iudex, rusticanus & opilio, lucro libidinis vendiderit, cum totius etiam suæ stirpis exitio? Sic hercules & aliud sequens iudicium, inter inclytos Achiuorum duces celebratû: vel cum falsis insimulationibus, eruditione doctrinaq; præpollens Palamedes prodicionis damnatur: vel virtute Martia præpotenti præfertur Vlysses mendicus Aiaci maximo. Quale autem & illud iudicium apud legisferos Athenienses, & catos illos, & omnis scientiæ magistros? Nõne diuinæ prudentiæ senex, quem sapientia prætulit cunctis mortalibus deus Delphicus, fraude & inuidia nequissimæ factionis circumuentus, velut corruptor adulescentiæ, quam frenis coërcebat, herbæ pestilentis succo noxio peremptus est, relinquens ciuibus ignominie perpetuæ maculam? cùm nuncetiam egregij Philosophi sectam eius sanctissimam præoptent, & summo beatitudinis studio iurent in ipsius nomen. Sed ne quis indignationis meæ reprehendat impetum, secum sic reputans: Ecce nunc patiemur philosophantem nobis asirum? rursus, vnde discessi, reuertar ad fabulam. Postquam finitum est illud Paridis iudicium; Iuno quidem cum Minerua tristes, & iratis similes è scena redeunt, indignationem repulsæ gestibus professæ; Venus verò gaudens & hilaris, lætitiâ suam saltando, toto cum

choro,

choro, professa est. Tunc de summo montis cacumine, per quamdam latetem fistulam, in excelsum prorumpit vino crocus diluta: sparsimque defluēs, pascentis capellas odoro perpluit imbres; donec in meliorem maculata speciem, canitiem propriam luteo colore mutarent. Iamque tota suaue fragante cauea, montem illum ligneum terræ vorago decepit. Ecce quidam miles per mediam plateam dirigit cursum, petiturus, iam populo postulante, illam de publico carcere mulierem: quam dixi, propter multiforme scelus, bestiis esse damnatam, meisque præclaris nuptiis destinatam. Et iam, torus Genialis scilicet noster futurus, accuratissime desternebatur lectus, Indica testudine perlucidus, plumea cōgerie tumidus, veste serica floridus. At ego, præter pudorem obeundi publicè concubitus, præter cōtagium scelestæ pollutæque feminae, metu etiam mortis cruciabar maxime, sic ipse mecum reputans: Quòd, in amplexu Venereo scilicet nobis cōeuntibus, quæcunque ad exitium mulieris bestia fuisset immissa, non adeò vel prudentia solers, vel artificio docta, vel abstinentia frugi, posset prouenire: ut adiacentem lateri meo laceraret mulierem; mihi verò, quasi indénato & innoxio, parceret. Ergo igitur non de pudore iam, sed de salute ipsa sollicitus, dū magister meus lectulo probè coaptando districtus inseruit; tota familia partim ministerio venationis occupata, partim voluptario spectaculo attēta, meis cogitationibus liberum tribuebatur arbitrium. nec magnopere quisquam custodiendum tam mansuetum putabat asinum. Paulatim furtiuum pedem proferens, porta, quæ proxima est, potitus, iam cursu me celerrimo propicio: sexque totis passuum milibus pernicipiter confectis, Cenchreas peruado: quod oppidum adeunt quidem nobilissimæ coloniae Corinthiensium: adluitur autem Ægæo & Saronico mari. vbi portus etiam, tutissimum nauium receptaculum, magno frequētatur populo. Vitatis ergo turbulis, & electo

secreto littore, prope ipsas fluctuum aspergines, in quodam molliilimo harenæ gremio lassum corpus porrectus refoueo, nam & vltimam diei metam curriculum Solis deflexerat: & vespertinæ me quieti traditum, dulcis somnus oppresserat.

L. APVLEII  
 METAMORPHOSEON  
 SIVE  
 DE ASINO AVREO  
 LIBER VNDECIMVS.

**C**IRCA primam fermè noctis vigiliam ex-  
 perrectus pauore subito, video præmicantis  
 Lunæ candore nimio completum orbem,  
 commodum marinis emergentem fluctibus. Na-  
 ctusq; opacæ noctis silensiosa secreta, certus etiam  
 summam Deam præcipua maiestate pollere,  
 resque profus humanas ipsius regi prouidentia:  
 nec tantum pecuina & ferina, verum inanima etiam  
 diuino eius luminis numinisq; nutu vegetari: ipsa  
 etiam corpora terra, cælo, mariq; nunc incremen-  
 tis consequenter augeri; nunc decrementis obse-  
 quenter imminui, Fato scilicet iam meis tot tan-  
 tisque cladibus satiato, & spem salutis, licet tar-  
 dam, subministrare, augustum specimen Dææ præ-  
 sentis statui deprecari. Confestimque discussa pi-  
 gra quiete, alacer exsurgo: meque protinus, puri-  
 ficandi studio, marino lauacro, trado: septiesque  
 submerso fluctibus capite, quod cum numerum  
 præcipue religioni aptissimum diuinus ille Pytha-  
 goras prodidit, latus & alacer, Deam præpotentem  
 lacrymoso vultu sic apprecabar: REGINA cæli,  
 siue tu Ceres alma frugum patens originalis, quæ  
 repertu lætata filia, vetustæ glandis ferino remoto  
 pabulo,

pabulo, mihi commonstrato cibo, nunc Eleuthiniam  
 glebam percolis; seu tu cælestis Venus, quæ primis  
 rerum exordiis, sexuū diuersitatem generato amo-  
 re sociasti, & æterna sors humano genere pro-  
 pagato, nunc circumfluo Paphi sacrario coleris; seu  
 Phœbi soror, quæ partu ferarū medelis lenientibus  
 recreato, populos tātos educaſti, præclarisq; nunc  
 veneratis delubris Ephesi; seu nocturnis vlulatus  
 horreda Proserpina, triiformi facie laruales impetus  
 comprimens, terræq; claustra cohibēs, lucos diuer-  
 sos inerrans, vario culto propitiaris: ista luce femi-  
 nea conultrans cuncta incenia, & nudis ignibus  
 nutriens læta semina, & Solis ambagibus dis-  
 pensans incerta lumina: quoquo nomine, quoquo  
 ritu, quaqua facie te fas est inuocare; tu meis iam  
 nunc extremis ærumnis subsiste, tu Fortunam col-  
 lapsam asirma; tu sæuis exantlatis calibus pau-  
 sam pacemq; tribue. sit satis laborum, sit satis peri-  
 culorum. Depelle quadrupedis diram faciem. redde  
 me cōspectui meorum; redde me meo Lucio. Ac si  
 quod offensum numen inexorabili me sœuitia pre-  
 mit; mori saltē liceat, si non licet viuere. Ad istum  
 modum fuis precibus, & adstructis miseris lamen-  
 tationibus, rursus mihi marcentē animū in eodem  
 illo cubili sopor circumfusus oppressit. Necdū satis  
 compresseram: & ecce pelago medio, venerandos  
 Diis etiā vultus attollens, ēmergit diuina facies. ac  
 dehinc paulatim toto corpore perlucidum simula-  
 crum, excusso pelago, ante me cōstitisse visum est.  
 Eius mirandā specie ad vos etiam referre conuati;  
 si tamē mihi differē. si tribuerit facultatē paupertas  
 oris humani: vel ipsum numen eius dapilē copiam  
 eloquutilis facundie subministrauerit, iamq; pri-  
 mum crines vberissimi prolixiq;, & sensim intorti,  
 per diuina colla passim dispersi, molliter destuebāt.  
 Corona multiformis, variis floribus sublimem di-  
 strinxerat verticem: cuius media quidē super fron-  
 tem plana rotūditas, in modum speculi, vel immo  
 argumentum Luce candidum, lumen emicabat.

Dextra læuaque sulcis insurgentium viperarum  
 cohibita, spicis etiam Cerealibus desuper porrectis.  
 Multicolor, bysso tenui per texta: nunc albo can-  
 dore lucida; nunc etiam flore lutea; nunc roseo  
 rubore flammida. & quæ longè longèque etiam  
 meum cōfutabat obtutum, palla nigerrima, splen-  
 descens atro nitore: quæ circumcirca remeans, &  
 sub dextrum latus ad humerum lauum recurrens,  
 vmbonis vice, deiecta parte lacinia, multiplici  
 contubulatione dependula, ad vltimas oras nodu-  
 lis fimbriarum decoriter confluctuabat. Per intex-  
 tam extremitatem, & in ipsa eius planitie, stellæ  
 dispersæ coruscabant: earumque media semestris  
 Luna, flammeos spirabat ignes. Quaquà tamen  
 insignis illius pallæ perfluebat ambitus, indiui-  
 duo nexu corona totis floribus, totisque con-  
 structa ponis, adhærebat. Iam gestamina longè  
 diuersa. nam dextera quidem ferebat æreum crepi-  
 taculum: cuius per angustam laminam in modum  
 balthei recutuata, traiecta mediæ paucæ virgu-  
 læ, crispante brachio ter geminos iactus, reddebant  
 argutum sonorem. læuæ verò cymbium depende-  
 bat aureum: cuius ansulæ, qua parte conspicua est,  
 insurgebat aspis, caput extollens arduum, cervici-  
 bus latè tumescentibus. Pedes ambrosios tegebant  
 solæ, palmæ victricis foliis intextæ. Talis ac tan-  
 ta spirans Arabiæ felicitis germina, diuina me voce  
 dignata est: En assum, tuis cōmota Luci precibus,  
 rerum Natura parens, elementorum omnium do-  
 mina, sæculorum progenies initialis, summa nu-  
 minum, regina Manium, prima cœlitum, Deorum,  
 Dearumque facies vniformis: quæ cœli luminosa  
 culmina, matris salubria flamina, Inferorum deplo-  
 rata silentia, nutibus meis dispenso. cuius numen  
 vnicū, multiformi specie, ritu vario, nomine mul-  
 ti iugo totus veneratur orbis. Me primigenij Phry-  
 ges Pessinunticam nominant Deūm matrem; hinc  
 Autochthones Ateici Cecropiam Mineruam; illinc  
 fluctuantes Cyprij Paphiam Venerem; Cretes sa-  
 gitti-



gittiferi Dietynnam Dianam; Siculi trilingues Stygiam Proserpinam; Eleusiniy vetustam Deam Cererem: Iunonem alij, alij Bellonam, alij Hecaten, Rhamnusiā alij. &, qui nascētis dei Solis inchoantibus radiis illustrantur Æthiopes, Atriq̄ue, priscāque doctrina pollentes Ægyptij, cerimoniis me prorsus propriis percolentes, appellant vero nomine Reginam Isidem. Assum tuos miserata casus, assum fauens & propitia. Mitte iam fletus, & lamentationes omitte: depelle marorem. Iam tibi providentia mea illucescet dies salutaris. Ergo igitur imperiis istis meis animum intende sollicitum. Diem, qui dies ex ista nocte nascetur, æterna mihi nuncupavit religio: quo sedatis hybernis tempestatibus, & lenitis maris procellosis fluctibus, nauigabili iam pelago, rudem dedicātes carinam, primitias cōmeatus libant mei sacerdotes. Id factum nec sollicita, nec profana mente debebis opperiri. Nā meo monitu sacerdos, in ipso prociñctu pompæ, roseam manu dextra sistro cohærentem gestabit coronam. Incontanter ergo, dimotis turbulis, alacer continuare pompam meam, volētia fretus: & de proximo clementer, velut manum sacerdotis osculabundus, rosis decerpris, pessimę mihiq̄ue detestabilis iamdudū beluæ istius corio te protinus exue. Nec quidquam rerū mearū reformides, vt arduum. Nam hoc eodem momento, quo tibi venio, simul & tibi præsens, quę sunt consequentia sacerdoti meo per quietem faciēda præcipio. Meo iussu tibi constricti comitatus decedent populi. Nec inter hilares cerimonias & festiua spectacula, quisquam deformem istam, quam geris, faciem perhorrescet: vel figuram tuam repentē mutatam, sequius interpretatus aliquis, malignē criminabitur. Planē memineras, & penita mente conditum semper tenebis, mihi reliqua vitæ tuæ curricula, adusque terminos vltimi spiritus, vadata. Nec iniuriū, cuius beneficio redieris ad homines, ei totum debere quod viues. Viues autem beatus, viues in mea

tuteja gloriosus: & cum spatium seculi tui per-  
mensus ad Inferos demearis: ibi quoq; in ipso sub-  
terraneo semicrotundo, me, quam vides Acherou-  
ris tenebris interlucentem, Stygiisque penetrali-  
bus regnantem, campos Elysijs incolens ipse, tibi  
propitiam frequens adorabis. Quod si sedulis ob-  
tequijs & religiosis ministerijs, & tenacibus casti-  
monijs numen nostrum promerueris; scies, ultra  
statuta Fato tuo spatia, vitam quoque tibi pro-  
rogare mihi tantum licere. Sic oraculi venerabilis sine  
prolato, numen inuictum in se recessit. Nec mora,  
cum somno protinus absolutus, pauore & gaudio,  
ac dein sudore nimio permixtus exurgo: summeq;  
miratus Deæ potentis tam præclaram præsentiam,  
marino rore respersus, magnisque imperijs eius in-  
tentus, monitionis eius ordinem reolebam. Nec  
traora, cum noctis atræ fugato nubilo, Sol exurgit  
aureus: & ecce discursu religioso, ac prorsus trium-  
phali, turbulæ complent totas plateas. Tantaq; hi-  
laritudine præter peculiarem meam gestire mihi  
eunçia videbantur, ut pecua etiam cuiuscemodi, &  
totas domos, & ipsam diem serena facie gaudere  
sentirem, nam & pruina pridiana dies apicus  
ac placidus repente fuerat infecutus: ut canora  
etiam auiculæ, prolectante verno vapore, concen-  
tus suauis adsonarent: matrem siderum, parentem  
temporum, orbisq; totius dominam blando mul-  
centes affamine. Quid? quod arbores etiam quæ  
pomifera sobole fecunda, quæque earum tantum  
umbra contentæ, & steriles, austrinis laxatæ flati-  
bus, germine foliorum renidentes, clementi motu  
brachiorum dulces strepitus obsibilabât. Magnosq;  
procellarum sedato fragore, ac turbido fluctuum  
tumore posito, mare quietas alluuias temperabat:  
cælum autem, nubilosa caligine disiecta, nudo su-  
doque luminis proprii splendore candebat. Ecce  
pompeæ magnæ paulatim procedunt anteludia,  
vocibus cuiusque studiis exornata pulcherrime. Hic  
incinctus baltheo militem gerebat; illū succinctum  
chilæ

chlamyde copides & venabula venatorem fecerant: alius foccis obauratis, indutus serica veste, mundoque pretioso, & adtextis capite crinibus, incessu perfluo feminam mētiebatur. potrò alium ocreis, scuto, galea, ferroque insignem, è ludo putares gladiatorio procedere. Nec ille deerat, qui magistratum fascibus purpuraque luderet: nec qui pallio, baculoque, & baxeis, & hircino barbitio Philosophum fingeret: nec qui, diuersis harundinibus, alter aucupem cum visco, alter piscatorem cum hamo induceret. Vidi & vrsam mansuem, quæ, cultu matronali, sella vehebatur: & simiam pileo textili, crocotisque Phrygiis, catamiti pastoris specie, aureum gestantem poculum: & anum pinnis adglutinatis adambulantem cuidam seni debili: ut illum quidem Bellerophontem, hunc autem diceris Pegasus; tamen rideres utrumque. Inter has oblectationes ludicras popularium, quæ passim vagabantur, iam sospitatrix Deæ peculiaris pompa moliebatur. Mulieres candido splendentes amicimine, variò latantes gestamine, verno florentes coronamine, quæ de gremio per viam, qua facer incedebat comitatus solum sternerant flosculis: aliaque nitentibus speculis pone tergum teneris, venienti Deæ obuium comonstrarent obsequium; & quæ pectines eburneos ferentes, gestu brachiorum, flexuque digitorum, ornatum atque oppexum crinium regaliū fingerent: illæ etiam, quæ ceteris unguentis & geniali balsamo guttatim excusso, conspergebant plateas. Magnus præterea sexus utriusque numerus, lucernis, tædis, cereis, & alio genere facium, lumine siderum caelestium stirpem propitiantes. Symphoniarum dehinc suaves, fistulæ tibiæque modulis dulcissimis personabāt. Eas amœnus lectissimæ iuuentutis veste niuea, & cataclista prænitens sequebatur chorus, carmen venustum iterantes: quod Camænarum fauore solers poëta modulatus, edixerat, quod argumentum referebat. Interim maiorum antecantamina votorum.

rum. Ibant & dicati magno Serapi tibicines: qui per obliquum calamum ad aurem porrectum dextram, familiarem templi Deiq; modulum frequentabant: & plerique, qui facilem sacris viam dari prædicarent. Tunc influunt turbæ sacris diuinis initiatæ, viri feminæque omnis dignitatis & omnis ætatis, lintæ vestis candore puro luminosi: illæ limpido regimine crines madidos obuolutæ: hi capillum derasi funditus, vertice prænitentes: magnæ religionis terrena sidera, æreis & argenteis, immò verò aureis etiam sistris argutum tinnitum constrepentes. Sed antistites, sacrosum proprios illi, qui candido linteamine cinctum pectorale, adusque vestigia, strictim iniecti, potentissimo Deum proferebant insignes exuias. Quorum primus lucernam, præmicantem porrigebat lumen, non adeò nostris illis consimilem, quæ vespertinas illuminant epulas; sed aureum cymbium medio sui patore flammulam suscitans largiorem. Secundus, vestitu quidem similis, sed manibus ambabus gerebat altaria, id est, auxilia: quibus nomen dedit proprium Deæ summatis auxiliariis providentia. Ibat tertius, attollens palmam auro subtiliter foliatam, necnon Mercurialem etiam caduceum. Quartus Æquitatis ostendebat indicium, deformatam manum sinistram porrecta palmula: quæ genuina pigrizia, nulla calliditate, nulla solertia prædita, videbatur æquitati magis aptior, quam dextera. idem gerebat & aureum vasculum, in modum papillæ rotundatum, de quo lacte libabat. Quintus auream vannum aureis congestam ramulis: & alius forebat amphoram. Nec mora, cum Dei, dignati pedibus humanis incedere, prodeunt: hic horrendum, ille Superum commentor & Inferum: nunc atra nunc aurea facie sublimis, attollens canis ceruices arduas: læua caduceum gerens; dextera palmam virentem quatiens, cuius vestigium continuum sequebatur bos, in rectum leuata statum. Erat & bos, omniparentis Deæ fecundum

cundum simulacrum: quod residens humeris suis, profererat vnus è ministerio beato, gressu gestuoso. Ferebatur ab alio cista secretorum capax, penitus celans operta magnificæ religionis. Gerebat alius felici suo gremio summi sui numinis venerationem effigiem, non pecoris, non auis, non feræ, ac ne hominis quidem ipsius consimilem; sed solerti repertu, etiam ipsa nouitate reuerendam altioris vtcunque & magno silentio regendæ religionis argumentum inestimabile; sed & ad istum planè modum, fulgente auro figuratum. Urnula faberrimè cauata, fundo quàm rotundo, miris extrinsecus simulacris Ægyptiorum effigiata, eius orificium nõ altiuscule leuatum, in canalè porrectum, longo riuulo prominebat. ex alia verò parte multum recedens spatiosa dilatione, adhærebat ansa: quam contorto nodulo superfedebat aspis, squameæ cervicis striato tumore sublimis. Et ecce præsentissimi numinis promissa nobis accedunt beneficia, & fata: salutemque ipsam meam gerens sacerdos appropinquat, ad ipsum præscriptum diuinæ promissionis ornatum; dextra proferens sistrum deæ coronam, mihi etiam hercules coronam consequenter; quod tot ac tantis exantlatis laboribus, tot emeris periculis, Deæ maximæ prouidentia, adductantem mihi scruissimam Fortunam superaram. Nec tamen gaudio subitatio commotus, inclementi me cursu proripui, verens scilicet ne repente quadrupedis impetu, religionis quietus turbaretur ordo: sed placido ac prorsus humano gradu contabundus, paulatim obliquato corpore, sanè diuinitus decedente populo, sensim irrepo. At sacerdos, vt reapse cognoscere potui, nocturni commonefactus oraculi, miratusque congruentiam mandati muneris, confestim restitit: & vltro porrecta dextra, ob os ipsum meum coronam exhibuit. Tunc ego trepidans, assiduo pulsu micanti corde, coronam quæ rosas amœnis intexta fulgurabat, avido ore susceptam, cupidus cupidissimè

deuorau. nec me fefellit caelefte promiffum. Pro-  
 tinus mihi delabitur deformis & ferina facies. ac  
 primò quidem fqualès pilus defluit; ac dehinc cu-  
 tis crassa tenuatur; venter obefus refidet; pedum  
 planta per ungulas in digitos exeunt. manus non  
 iam pedes funt, fed in erecta porriguntur officia,  
 ceruix procera cohibetur, os & caput rotundatur;  
 aures enormes repetunt paruitatem pristinam; den-  
 tes saxei redeunt ad humanam minutiam: & quæ  
 me potiffimum cruciabat ante, cauda nusquam  
 comparuit. Populi mirantur, religiosi venerantur  
 tam euidentem maximi numinis potentiam, &  
 confimilem nocturnis imaginibus magnificentiam,  
 & facilitatem reformationis: claraque & consona  
 voce, caelo manus attendentes, testantur tam illu-  
 stre Deæ beneficiũ. At ego ftupore nimio defixus,  
 tacitas hærebam, animo meo tam repentinum  
 tamque magnum non capiente gaudium: quid po-  
 tiffimum præfaret primarium, vnde nouæ vocis  
 exordium caperem, quo sermonem nunc renata  
 lingua feliciter aufpicar, quibus quantisque ver-  
 bis tantæ Deæ gratias agerem. Sed sacerdos, vt-  
 cunque diuino monitu cognitis ab origine cunctis  
 cladibus meis, quamquam & ipse insigni permo-  
 tus miraculo, nutu significato prius, præcipit, te-  
 gendo mihi linteam dari laciniam. Nam me cum  
 primùm nefando tegmine despoliauerat afinus;  
 compressis in artum feminibus, & superstrictis ac-  
 curatè manibus, quantum nudo licebat, velamen-  
 to me naturali probè muniueram. Tunc e cohorte  
 religionis vnus, impigrè superiorem exutus tuni-  
 cam, supertexit me celerrimè. Quo factò, sacerdos  
 vultu geniali, & hercules perhumano in aspectum  
 meum attonitus, sic effatur: Multis & variis ex-  
 antlatis laboribus, magnisque Fortunæ tempesta-  
 tibus, & maximis actus procellis, ad portum quietis  
 & aram Misericordiæ tandem Luci venisti. nec  
 tibi natales, ac ne dignitas quidem, vel ipsa, qua  
 flores, vsquam doctrina profuit: sed lubrico vitæ  
 atatu-

ætatula, ad seruales delapsus voluptates, curiosita-  
ris in prospera sinistram præmium reportasti. Sed  
vteunque Fortunæ cæcitas, dum te pessimis peri-  
culis discruciat, ad religiosam istam habitudinem  
improvida produxit malitia. Eat nunc, & summo  
furore sæuiat, & crudelitati suæ materiam quærat  
aliam. Nam in eos, quorum sibi vitas, seruitium  
Deæ nostræ maiestas vindicauit, non habet locum  
casus infestus. Quid latronis, quid feræ, quid serui-  
tium, quid asperimorum itinerum ambages reci-  
proca, quid metus mortis quotidianæ nefariæ For-  
tunæ profuit? In tutelam iam receptus es Fortunæ,  
sed videntis: quæ suæ lucis splendore ceteros etiam  
Deos illuminat. Sume iam vultum latiore, can-  
dido isto habitu tuo congruentem: comitare pom-  
pam Deæ sospitatricis, inouanti gradu. Videant ir-  
religiosi; videant, & errorem suum recognoscant.  
Ea ecce pristinis ærumnis absolutus, Isis magna  
prouidentia gaudes Lucius, de sua Fortuna trium-  
phat. Quo tibi tamen tutior sis, atq; munitior: da  
nomen nuic sanctæ militia, cuius non olim sacra-  
mento etiam rogaberis: teque iam nunc obsequio  
religionis nostræ dedica, & ministerij iugum subi  
voluntarium. nam, cum cæperis Deæ seruire, tunc  
magis senties fructum tuæ libertatis. Ad istum mo-  
dum vaticinatus sacerdos egregius, fatigatos an-  
helitus trahens, conticuit. Exinde permixtus ag-  
mini religioso procedens, comitabat sacrarium:  
totæ ciuitati notus ac conspicuus, digitis homi-  
num nutibusque notabilis. Omnes in me populi  
fabulantur: Hunc omnipotentis hodie Deæ nu-  
men augustum reformauit ad homines. Felix her-  
cules, & ter beatus! qui vitæ scilicet præcedentis  
innocentia fideque meruerit tam præclarum de  
cælo patrocinium: vt renatus quodammodo, sta-  
tim sacrorum obsequio desponderetur. Inter hæc,  
& festorum votorum tumultum, paulatim progressi,  
iam ripam maris proximamus: atq; ad ipsum illum  
locum, quo pridie meus stabulauerat asinus, per-  
uenimus.

uenimus. Ibidem simulacris ritè dispositis, nauem faberrimè factam, picturis miris Ægyptiorum circumsecus variegatam, summus sacerdos teda lucida, & ouo & sulphure, solemnissimas preces de casto præfatus ore, quàm purissimè purificatam, Deæ nuncupauit, dedicauitque. Huius aluei felicis nitens carbasus, littore votum ingeltans progerebat. Ecce litteræ votum instabant, de noui comæatus prospera navigatione. Iam malus insurgit, pinus rotunda, splendore sublimis, insignis, carchelio conspicua: & puppis, intorta chenisco, bracteis aureis vestita, fulgebat: omnisque prorsus carina citro limpidò perpolitâ, florebat. Tunc cuncti populi, tam religiosi quàm profani, vannos omistas atomatis & huiuscemodi suppliciis certatim cogerunt: & insuper fluctus libant intritû lacte confectû, donec muneribus largis, & deuotionibus faustis cõpleta nauis, absoluta strophis anchoralibus, peculiari serenoque flatu, pelago redderetur. Quæ postquam cursus spatium prospectum sui nobis incertat; sacrorû geruli, sumptis rursus quæ quisque detulerant, alacres ad fanum reditû capeunt, simili structu pompæ decõri. Ac cum ad ipsum iam templû peruenimus; sacerdos maximus, qui que diuinas effigies progerebant, & qui venerandis penetralibus pridem fuerant initiati, intra cubiculû Deæ recepti, disponunt ritè simulacra spirantia. Tunc ex his vnus, quem cuncti Grammatea dicebant, pro foribus assitens, cœtu Pastophorûm, quod sacrosancti collegij nomê est, velut in cõcionem vocato, indidè de sublimi suggestu, de libro, de litteris fausta vota præfatus: **PRINCIPI MAGNO, SENATVIQVE, ET EQVITI, TOTOQVE ROMANO POPVLO,** nauticis nauibus, quæque sub imperio mundi nostratis reguntur, renuntiat sermone rituque Græciensî, ita: **ΛΑΟΙΣ ΑΦΕΞΙΣ.** Qua voce, feliciter cunctis euenire, signauit populi clamor infecutus. Exiit gaudio delibuti populares, thallos, verbenas, corollas ferentes, exoscularis vestigiis



vestigiis Deæ, quæ gradibus hærebant argento  
 formata, ad suos discedunt Lares. Nec tamen si-  
 nebat me animus vngue latius indidem digredis  
 sed intentus Deæ specimen, pristinos casus meos  
 recordabar. Nec tamen Famâ volucris, pigra pin-  
 narum tarditate cessauerat: sed protinus in patria  
 Deæ prouidentis adorabile beneficium, meamque  
 ipsius Fortunam memorabilem narrauetat passim.  
 Confestim denique familiares ac vernulæ, qui que  
 mihi proximo nexu sanguinis cohærebant, luctu  
 deposito, quem de meæ mortis falso nuntio susce-  
 perant, repentino latati gaudio, variè quisque  
 munerabundi, ad meum festinant illico diuinum  
 reducemque ab Inferis conspectum. quorum des-  
 perata ipse etiam facie recreatus, oblationes ho-  
 nestas æqui bonique facio: quippe cum mihi fa-  
 miliares, quoad cultum sumptumque largiter suc-  
 cederet, deferre perspicue curassent. Affatis ita-  
 que, ex officio, singulis, narratisque meis pristinis  
 arumnis, & presentibus gaudiis, me rursum ad  
 Deæ gratissimum mihi refero conspectum: ædi-  
 busque conductis, intra conspectum templi, larem  
 temporarium mihi constituo: Deæ ministris ad-  
 huc priuatis appositus, contuberniisque sacerdo-  
 tum indiuiduus, & numinis magni cultor insepe-  
 rabilis. Nec fuit nox vna, vel quies aliqua, visu  
 Deæ monituque ieiuna: sed crebris imperiis, fa-  
 ctis suis me iam dudum destinatum, nunc saltem  
 censebat initiari. At ego, quamquam cupienti  
 voluntate præditus, tamen religiosa formidine re-  
 nitebar. Quod enim sedulo percontaueram, diffi-  
 cile religionis obsequium, & castimoniorum ab-  
 stinentiam satis arduam, cautoque circumspectu  
 vitam, quæ multis casibus subiacet, esse munien-  
 dam. hæc idem tadem mecum reputans, nescio  
 quo modo, quamquam festinans, disserēbā. Nocte  
 quadam, plenum gremium suum visus est mihi  
 fumus sacerdos offerre: ac requirenti, quid utiq;  
 istud? respondisse, partes illas de Thessalia mihi  
 missas

missas: seruum etiam meum indidem superuenisse, nomine Candidum. Hac expectatus imagine, diu diuque apud cogitationes meas reuoluebam, quid rei portenderet; præsertim cum nullum unquam habuisse me seruum illo nomine nuncupatum certus essem. ut tamen sese præfagium somni porrigeret, lucram certum modis omnibus significari partium oblatione credebam. Sic anxius, & in prouentum prosperiorem attonitus, templi matutinas apertiones opperiebar. Ac, dum uentis cãdentibus reductis, in diuersum Deæ venerabilem conspectum apprecamur, & dispositas aras circumiens sacerdos rem diuinam procurat; supplicamentis solemnibus, de penetrali fonte petitum spondeo libat. Rebus iam ritè consummatis, inchoatæ lucis salutationibus, religiosi primã nuntiantes horam, perstrepunt. Et ecce superueniunt de patria, quos ibi reliqueram famulos; cum me Fortis malis incipistrasset erroribus. Cognitis scilicet famulis meis, nec non & equum quoque illum meum reducentibus, quem diuersæ distractum notæ dorsualis agitatione recuperauerant: quare solertiam somni tum mirabar vel maximè; quòd præter congruentiam luctosæ pollicitationis, argumento serui Candidi, equum mihi reddidisset colore cãdidum. Quo facto idem sollicitus, sedulum colendi frequentabam ministerium, spe futura beneficiis præsentibus pignerata. Nec minus indios mihi magis magisque accipiendorum factorum cupido gliscebatur. summisque precibus primarium sacerdotem sæpissimè conueneram, petens, ut me noctis societate, tandem arcanis initiaret. At ille, uir alioquin grauis, & sobriæ religionis obseruatione famosus, clemèter ac comiter, & ut solent parentes immaturis liberorum desideriis modificari, meam differens instantiam, spei melioris solatiis alioquin anxium, mihi permulcebat animum. Nam & diem, quo quisque possit initiari, Deæ nutu demonstrari, & sacerdotè qui sacra debeat ministrare, eiusdem prou-

providentiâ deligi : sumtus etiam , cerimoniis necessarios , simili præcepto destinari. Quæ cuncta nos quoque observabili patientia sustinere censebat : quippe cum auiditati contumaciæque summè cavere , & utrâque culpam vitare , ac neque vocatus morari , nec non iustus festinare deberem , nec tamen esse quemquam de suo numero tam perditæ mentis , vel immò destinatæ mortis : qui non sibi quoque seorsum iubente domina , temerariû atque sacrilegû audeat ministerium subire , noxamq; letalem contrahere. Nam & Inferûm claustra , & Salutis tutelam in Dæ manu posita , ipsamque traditione ad instar voluntariæ mortis & precariæ salutis celebrari : quippe cum transactis vitæ temporibus , iam in ipso finitæ lucis limine constitutos , quis tamè tuto possint magna religionis committi silentia , numen Dæ soleat eligere , & sua providentia quodammodo renatos , ad novæ reponere rursus Salutis curricula . Ergo igitur me quoque oportere cæleste sustinere præceptum , quamquam perspicua evidentiq; magni numinis dignatione , iamdudum felici ministerio nuncupatum destinatumque : nec secus quam cultores ceteri , cibis profanis ac nefariis iamnunc temperare ; quo rectius ad arcana purissimæ religionis secreta pervaderem. Dixerat sacerdos : nec impatientia corrumpebatur obsequium meum : sed intentus miti quiete , & probabili taciturnitate , sedulum quot dies obibam culturæ sacrorum ministerium. Nec me fefellit , nec longi temporis prolatione cruciavit , potentis Dæ benignitas salutatis . sed noctis obscuræ non obscuris imperiis evidenter monuit , aduenisse diè mihi semper optabile , quo me maximi voti cōpotiret . quantôque sumptu deberè procurare supplicamētis , ipsumq; Mithram illû suum sacerdotem præcipuum , diuino quodam stellarum consortio , vt aiebat , mihi coniunctum , sacrorum ministrum decernit . Quibus , & ceteris beniuolis præceptis summatis Dæ recreatus animi , necdum  
fatig

fatis luce lucida discussa quiete, protinus ad receptaculum sacerdotis contendo: atque eum, cubiculo suo commodum prodeuntem continuatus, saluto. Solito constantius destinaveram iam, velut debitum sacris obsequium flagitare. At ille, statim ut me conspexit, prior: O mi quidem Luci, inquit, te felicem, te beatum, quem propitia voluntate numen augustum tã opere dignatur! Et quid, inquit, iam nunc istas otiosus, teq; ipsum demoraris? Adest tibi dies votis assiduis exoptatus, quo Deæ multinominis diuinis imperiis, per istas meas manus piissimis factorum arcanis insinueris. Et, iniecta dextera, senex comissimus, ducit me protinus ad ipsas fores ædis amplissima: rituq; solemni apertionis celebrato ministerio, ac matutino peracto sacrificio, de opertis adyti profert quosdam libros, litteris ignorabilibus prænotatos: partim figuris cuiuscemodi animalium, concepti sermonis compendiosa verba suggerentes; partim nodosis, & in modum rotæ tortuosis, capreolatimq; condensis apicibus, à curiositate profanorum lectione munita. Indidem mihi prædicat, quæ forent ad usum teletæ necessarò preparanda. Ea protinus gnauiter, & aliquãto liberalius partim ipse, partim per meos socios coëmenda procuro. Iamq; tempore, ut aiebat sacerdos, id postulãte, stipatum me religiosa cohorte deducit ad proximas balneas: & prius fuerit lauacro traditum, præfatus Deum veniam, purissime circumtorans, abluit: rursusq; ad templum reductum, iam duabus dici partibus transactis, ante ipsa Deæ vestigia constituit: secretoq; mādatis quibusdam, quæ voce meliora sunt, idq; planè cunctis arbitris præcipit, decem continuis illis diebus cibariam voluptatem coërcerem, neq; vllum animal essem, & inuinius essem. Quibus venerabili continentia ritè seruatis, iam dies aderat diuino destinatus vadimonio: & Sol curuatus intrahebat vesperam. Tum ecce confluunt vndique turbæ, factorum ritu vetusto, variis quisque me muneribus

muneribus honorantes. Tunc semotis procul profanis omnibus, linteo & rudi me contactum amicumine, arrepta manu, sacerdos deducit ad ipsius sacrarij penetralia. Quæras forsitan satis anxie, studiose lector, quid deinde dictum, quid factum? dicerem, si dicere liceret; cognosceres, si liceret audire. Sed parem noxam contraherent aures & linguæ, temerariæ curiositatis. Nec te tamen, desiderio forsitan religioso suspensum, angore diutino cruciabo. Igitur audi: sed crede quæ vera sunt. Accessi confinium mortis: & calcato Proserpinæ limine, per omnia vectus elementa, remeavi. nocte media, vidi Solem candido coruscantem lumine: deos Inferos, & deos Superos accessi coram, & adoravi de proximo. Ecce tibi retuli, quæ quamuis audita, ignores tamen necesse est. Ergo, quod solum potest sine piaculo ad profanorum intelligentias enuntiari, referam. Manè factum est: & perfectis solemnibus, processu duodecim sacratus stolis, habitu quidē religioso satis, sed effari de eo nullo vinculo prohibeor: quippe quod tunc temporis vidēre præsentēs plurimi. Namque in ipso ædis sacræ meditullio, ante Deæ simulacrum constitutum tribunal ligneum, iussus superstiti, byssinâ quidem, sed floridē depictâ veste conspicuus. Et humeris dependebat, pone tergum, talorum tenus, pretiosa chlamyda. quâquâ tamen viseres, colore vario circumnotatis insignibar animalibus. hinc dracones Indici; inde gryphes Hyperborei: quos, in speciem pinuatae alitis, generat mundus alter. hanc Olympiacam stolam sacrati nuncupât. At manu dextera gerebam flâmis adultam facem: & caput decorè corona cinxerat, palmæ candidæ foliis in modum radiorum proflitentibus. Sic ad instar Solis exornato, & in vicem simulacri constituto, repentē velis reductis, in aspectum populi errabam. Exhinc festinissimum celebraui natalem sacrorū: & suaves epulæ, & faceta conuiuia. Dies etiam tertius pari cerimoniarum

ritu celebratus, & ientaculum religiosum, & teletæ legitima cōsummatio. Paucis dehinc ibidem commoratus diebus, inexplicabili voluptate simulacri diuini perfruebar: irremunerabili quippe beneficio pignetatus. Sed tamen Deæ monitu, licet non plene, tamen pro meo modulo, supplicue gratiis persolutis, tardam satis domuitionem comparo. Vix equidem abruptis ardētissimi desiderij retinaculis, prouolutus denique ante cōspectum Deæ, & facie mea diu deterfis vestigiis eius, lacrymis obortis, singultu crebro sermonem interficiēs, & verba deuorans, aio: *TY* quidem sancta, & humani generis sospiratix perpetua, semper fouendis mortalibus munifica, dulcem matris affectionem miserorum casibus tribuis. nec dies, nec quies vlla, ac ne momentum quidem tenue, tuis transcurrit beneficiis otiosum; quin mari terraque protegas homines, & depulsis vitæ procellis, salutarem porrigas dexteram. qua Factorum etiam inextricabiliter cōtorta retractas licia, & Fortunæ tempestates mitigas, & stellarum noxios meatus cohibes. Te Superi colunt; obseruant Inferi: tu rotas orbem; lūminas Solem: regis mundum; calcas Tartarum. Tibi respondent sidera, gaudent numina, tedeunt tempora, seruiunt elementa. tuo nutu spirant flamina, nutriuntur nubila, germinant semina, crescunt germina. Tuam maiestatem perhorrescunt aues caelo meantes, feræ montibus errantes, serpentes solo latentes, beluæ Ponto natantes. At ego referendis laudibus tuis exiguus ingenio, & adhibendis sacrificiis tenuis patrimonio: nec mihi vocis vbertas, ad dicendā quæ de tua maiestate sentio sufficit: nec ora mille, linguæque totidem, vel indefessi sermonis æterna series. Ergo, quod solū potest, religiosus quidem, sed pauper alioquin, efficere, curabo. diuinos tuos vultus, numenque sanctissimum, intra pectoris mei secreta conditum perpetuo custodiens, imaginabor. Ad istam modum deprecatō summo numine, complexus Mithram sacerdo-

cerdotem, & meum iam parentem, colloque eius multis osculis inhærens, veniam postulabam; quod cum, cōdignè tantis beneficiis, remunerari nequirem. Diu denique gratiarum gerendarum sermone prolixo commoratus, tandem digredior: & recta, patrium Larem reuisurus meū post aliquammultum temporis, contendo: paucisque post diebus, Deæ potentis instinctu, raptim constrictis sarcinulis, naue conscensa, Romiam versus profectionem dirigo: tutusque prosperitate ventorum feretium, Augusti portum celerrimè, ac dehinc carpèto peruolauī: vesperaque, quā dies insequeretur iduum Decembrium, sacrosanctam istam ciuitatem accedo. Nec vllum tam præcipuum mihi exinde studium fuit, quàm quotidie supplicare summo numini Regina: Isidis: quæ, de templi situ sumptonomine, Campensis, summa cum veneratione propitiatur. Eram denique cultor assiduus, fani quidem aduena, religionis autem indigena. Ecce, trāscurso signifero circulo, Sol magnus annum compleuerat; & quietem meam rursus interpellat numinis benefici cura peruigilis: & rursus teletæ, rursus sacrorum commonet. Mirabar quid rei tentaret, quid pronuntiaret futurum. quidui? plenissimè iam dudum videbar initiatus. Ac dum religiosum scrupulum partim apud sensum meum disputo, partim sacratorum cōsiliis examino; nouum mirumque planè comperio: Deæ quidem me tantum sacris imbutum, ac magni Dei Deūmq; summi parentis, inuicti Osiris necdum sacris illustratum. quamquam enim connexa, immò verò vnica ratio numinis religionisque esset, tamen teletæ discrimen interesse maximum. Prohinc me quoque peti magno etiam Deo famulum, sentire deberem. Nec diu res in ambiguo stetit. Nam proxima nocte vidi quemdam de sacratis, linteis iniectum, qui thyrsos & hederas, & tacenda quadam genus, ad ipsos meos Lares collocaret: & occupato sedili meo, religionis amplæ denuntiaret epulas.

Is, vt agnitionem mihi scilicet certo aliquo sui signo subministraret, sinistri pedis talo paululum reflexo, contabundo clementer incedebat vestigio. Sublata est ergo, post tam manifestam Deum voluntatem, ambiguitatis tota caligo. Et illico Dæ matutinis perfectis salutationibus, summo studio percontabar singulos, ecqui vestigio similis, vt somniū? Nec is defuit. nam de Pastophoris vnum conspexi statim, præter indicium pedis, cetero etiam statu atq; habitu examuffim nocturnæ imagini congruentem: quem Asinium Marcellum vocitari cognoui postea, reformationis meæ alienum nomen. Nec moratus, cōueni prorinus eū, sanè nec ipsum futuri sermonis ignarū: quippe iamdudum, consimili præcepto, factorum ministrandorum commonfactum. Nam sibi visus est quiete proxima, dum magno Deo coronas exaptat, & de eius ore quo singulorum facta dicitur, audisse, mitti sibi Madaurensem, sed admodum pauperem, cui statim sua sacra deberet ministrare. nam & illi studiorum gloriam, & ipsi grande compendium sua comparari prouidentia. Ad istum modum desponsus sacris, sumptuum tenuitate, contra votum meum, retardabar. Nam & viticulas patrimonij, peregrinationis attriuerant impensæ: & erogationes vrbicæ, pristinis illis prouincialibus antistabant. Plurimum ergo duritia paupertatis intercedente, quod ait vetus prouerbium, Inter sacrum & saxum positus, cruciabar. nec secius tamen idemtidem numinis premebar instantia. Iamque sapiculè, non sine magna turbatione, stimulatus, postremo iussus, veste ipsa mea, quamuis paruula, distacta, sufficientem corrasit summulam. & idipsum præceptum fuerat specialiter. An tu, inquit, si quam rem voluptati struendæ molireris, laciniis tuis nequaquam parceres, nunc tantas cerimonias aditurus, impunitæ te pauperiei contaris comitem? Ergo igitur cūctis affatim præperatis, rursus decem diebus inanimis cōtentus cibus, insuper etiam de Sera-



pis principalis Dei, nocturnis orgiis illustratus, plena iam fiducia germanæ religionis, obsequium diuinum frequentabam. Quæ res summum peregrinationi meæ tribuebat solatium, nec minus etiam victum vberiore subministrabat. quidni? spiritu fauentis Euentus, quæsticulo forensi nutrito, per patrocina sermonis Romani. Et ecce, post pauculum tempus, inopinatis, & vsquequaque mirificis imperiis Deum, rursus interpellor, & cogor tertiam quoque teletam suscitare. Nec leui cura sollicitus, sed oppido suspensus animi, mecum ipse cogitationes exercitiis cogitabam, quorsus noua hæc, & inaudita se caelestium porrigeret intentio: quod subsiciuum, quamuis iteratæ iam, traditioni remansisset. Nimirum perperam, vel minus plenè consuluerunt in me sacerdos vtrique. & hercules iam de fide quoque eorum opinari ceptabam sequius. Quo me cogitationis aestu fluctuantem, ad instar infantiæ, percitum, sic instruxit nocturna diuinatione clemens imago: Nihil est, inquit, quod numerosa serie religionis, quasi quidquam sit prius omissum, terreat. quin assidua ista numinum diguacione lætum capesse gaudium, & potius exulta, ter futurus, quod alij vel semel vix conceditur: teq; isto numero meritò præsume semper beatum. Ceterum futura tibi sacrorum traditio pernecessaria est; si tecum nunc saltem reputaueris, exuuias Dæ, quas in prouincia sumisisti, in eodem fano depositas perseuerare: nec te Romæ diebus solemnibus vel supplicare his, vel cum præceptum fuerit, felici illo amictu illustrari posse. **QVOD FELIX ITAQUE AC FAVSTVM, SALVTAREQVE TIBI SIT,** animo gaudiali rursus sacris initiare, Dijs magnis auctoribus. Hactenus diuini somnij suada maiestas, quod vsus foret pronuntiauit. Nec deinceps postposito, vel in supinam procrastinatione reiecto negotio, statim sacerdoti meo relatis quæ videram, inanimæ protinus castimoniz iugum subeo: & lege perpetua præscriptis illis de-

cem diebus spontali sobrietate multiplicaris, instructum teletæ comparo: largitus ex studio pietatis magis, quam mētura rebus collatis. Nec hercules laborum me, sumptuumque quidquam prœnituit, quidni? liberali Deum prouidentia, iam stipendiis forensibus bellulæ folum. Deniq; post dies admodum pauculos, Deus Deum magnorum prior, & maiorum summus, & summorum maximus, & maximorum regnator Osiris, non in alienam quampiam personam reformatus, sed coram suo venerando me dignatus affamine, per quietem præcipere visus est, quam nunc inconstranter gloriosa in foro redderem patrocinia: nec extimescerem maliuolorum disseminaciones, quas studio meorum laboriosa doctrina ibi deseruiebat. Ac, ne sacris suis gregi cetero pernixtus deseruierem; in collegium me Pastophororum suorum, immò inter ipsos Decurionum quinquennales elegit. Rursus denique, quam raro capillo, collegij vetustissimi, & sub illis Sullæ temporibus conditi, munia, non obumbrato vel obtecto caluitio, sed quoquoersus obtuio, gaudens obibam.

F I N I S.

L. APV-

L. APVLEII  
 FLORIDORVM  
 LIBER PRIMVS.



**V**T fermè religiosis viantium moris est, cum aliquis locus aut aliquis locus sanctus in via oblatus est, votum postulare, portu apponere, paulisper assidere: ita mihi, ingresso sanctissimam istam civitatem, quamquã oppidò festine, prestanda venia, & habenda oratio, & inhibenda properatio est. Neque enim iustius religiosam moram viatori obiecerit, aut ara floribus redimita, aut spelunca frondibus inumbrata, aut quercus cornibus onerata, aut fagus pellibus coronata; vel etiam colliculus sepimine cõsecratus, vel truncus dolamine effigiatus, vel cespes libamine humigatus, vel lapis unguine delibutus. Parua hæc quippe, & quãquam paucis percõtantibus adorata, tamen ignorãtibz transcurfa. At nõ itidem maior meus Socrates, qui cum decoru adolescentẽ, & diutule tacentem conspicatus foret: *Vt te videã, inquit, aliquid loquere.* Scilicet Socrates tacẽtem hominem non videbat. etenim arbitrabatur homines non oculorum, sed mentis acie & animi obtutu considerandos. Nec ista te cum Plautino milite congruebat, qui ita ait:

*Pluris est oculus testis vnus, quã auriti decem.*

Immò enim uerò hunc versum ille ad examinandos homines conuerterat:

*Pluris est auritus testis vnus, quã oculati decem.*

Ceterum si magis pollerent oculorum quã animi iudicia, profectò de sapientia foret aquilæ concedendum. Homines verò neque longule distita, neq; proximè assita possumus cernere: verum omnes quodammodo cæci sumus, ac, si ad oculos

& obtutum istum terrenum redigas, & hebetem profectò verissimè poëta egregius dixit, velut nebulam nobis ob oculos effutam: nec cernere nos, nisi intra lapidis iactum, valere. Aquila enim uerò cum se nubium tenuis altissimè sublimauit, euecta alis, totum istud spatium qua pluitur & ningitur, vltra quod cacumen nec fulmini nec fulguri locus est, in ipso, vt ita dixerim, solo ætheris & fastigio hyemis: cum igitur eò sese aquila extulit, nutu elementi læuorsum vel dextrorsum tanta mole corporis labitur, velificatas alas quò libuit aduertens modico caudæ gubernaculo, inde cuncta despiciens, ibidem pinnarum eminus indefessa remigia, ac paulisper contabundo volatu pænè eodem loco pendula circumtuetur: & quærit, quorsus potissimum in prædam supernè sese ruat, fulminis vice: de cælo improuisa simul campis pecua, simul moribus feras, simul homines vrbibus, vno obtutu sub eodem impetu cernens; vnde rostro transodiât, vnde vnguibus inuncet, vel agnum incuriosum, vel leporem meticulosum, vel quodcunque esui animatum vel inanimatum fors obtulit. Hyagnis fuit, vt fando accepimus, Marsyæ tibicinis pater & magister, rudibus adhuc Musicæ seculis, solus ante alios cantus canere: nondum quidem tam infixæ anima sono, nec tam pluriformi modo, nec tam multiforati tibia, quippe adhuc ars ista repertu nouo commodum orbatur. Nec quidquam omnium est, quod possit in primordio sui perfici: sed in omnibus ferme antè est speirudimentum, quàm rei experimentum. Proius igitur ante Hyagnim nihil aliud plerique callebant, quàm Virgilianus opilio seu bubsequa,

*Stidenti miserum stopula disperdere carmen.*

Quòd si quis videbatur paulò largitè in arte promouisse; ei quoq; tamen mos fuit vna tibia, velut vna tuba, personare. Primus Hyagnis in canendo manus discapedinauit: primus duas tibias vno spiritu animauit: primus læuis & dextris se tamini-

bus,

bus, acuto finitu, graui bombo concentum musicum miscuit. Eo genitus Marsyas, cum in artificio patris latet tibicinij, Phryx cetera, & barbarus, vultu ferino trux, hispidus, illutibarus, spinis & pilis obsitus; fertur, pro nefas, cum Apo. ne certauisse: Thersites cum decoro, agrestis cum erudito, belua cum Deo. Musæ cum Minerua, dissimulamæti gratia, iudices asstiterere, ad deridendam scilicet monstri illius barbariem, nec minus ad stoliditatem puniendam. Sed Marsyas, quod stultitiæ maximum specimen est, non intelligens se deridiculo haberi, priusquam tibia occiperet inflare, prius de se & Apolline quædam deliramenta barbare effutiuit: laudans sese, quod erat & coma relicinns, & barba squallidus, & pectore hirsutus, & arte tibicen, & fortunæ egenus. contra Apollinem, ridiculum dictu, aduersis virtutibus culpabat, quod Apollo esset & coma intonsus, & genis gratus, & corpore glabellus, & arte multiscius, & fortuna opulentus. Iam primum, inquit, crines eius præmulsis antiis, & promulsis captoneis anteuentuli & propenduli: corpus totum gratissimum, membra nitida: lingua fatidica: seu tute oratione, seu versibus malis utrobique: facundia æquipetari. Quid? quod & vestis textu tenuis, tactu mollis purpura radians? Quid? quod & lyra eius auro fulgurat, ebore candicat, gemmis variegat? Quid? quod & doctissime & gratissime cantillat? Hæc omnia, inquit, blandimenta nequaquam virtuti decora, sed luxuriæ accommodata, circa corporis sui qualitatem præ se maximam speciem ostentare. Risere Musæ, cum audirent hoc genus crimina, sapienti exoptanda, Apollini obiectata: & tibicinem illum certamine superatum, velut vrsum bipedem, corio execto, nudis & lacetis visceribus, reliquerunt. Ita Marsyas in pœnam cecinit, & cecidit. Enimvero Apollinem tam humilis victoriæ puditum est. Tibicen quidam fuit Antigenidas, omnis vocolæ melleus modulator, & idem omni-

modis peritus-modificator: seu tu velles Aeolium simplex, seu Asium variū, seu Lydium querulū, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum. Is igitur cum esset in tibicinio apprimè nobilis: nihil æquè se laborare, & animo angi & mente dicebat, quàm quòd monumentarij ceraulæ, tibicines dicerētur. Sed fertet æquo animo hanc nominū cōmunionem, si mimos spectauisset. Animaduverteret illic panè simili purpura alios præfidere, alios vapulare. Itidem si munera nostra spectaret. nam illic quoque videret hominem præfidere, hominem depugnare: togam quoque parari & voto & funeri: item pallio cadauera operiri, & Philosophos amicitari. Bono enim studio in theatrum conuenistis: vt qui sciatis, non locum auctoritatem derogare orationi: sed cum primis hoc spectandum esse, quid in teatro deprehendas. Nam si mimus est, riseris: si funerepus, timueris: si comœdia est, faueris: si Philosophus, didiceris. Indi, gens populosa cultoribus, & finibus maxima, procul à nobis ad Orientem siti, prope Oceani reflexus, & Solis exortus primis sideribus, vltimis terris, super Ægyptios eruditos, & Iudæos superstitiosos, & Nabathæos mercatores, & fluxos vestium Arfacidas, & frugum pauperes Ityræos, & odorum diuites Arabas. Eorum igitur Indorum non æquè miror eboris strues, & pipetis mesles, & cinnami merces, & ferri temperacula, & argenti metalla, & auri fluenta: nec, quòd Ganges apud eos vnus omnium annium maximus,

*Eois regnator aquis in flumina centum*

*Discurrit, centum valles illi, oraque centum,*

*Oceanique fretis centeno iungitur amni:*

nec quòd iisdem Indis ibidem fitis ad nascentem diem, tamen in corpore color noctis est: nec quòd apud illos immensi dracones cum immanibus elephantis, pari periculo in mutuam perniciem concertant. quippe lubrico volumine indepti reuincunt, & illis expedire gressum nequientibus, vel  
omnino

omnino abrumpere tenacissimorum serpentium squameas pedicatas, necesse sit vltioné à ruina mollis suæ petere, ac tetentores suos toto corpore oblidere. Sunt apud illos & varia colentium genera. Lubentiùs ego de miraculis hominum, quàm naturæ differucri. Est apud illos gés, quæ nihil amplius quàm bubulcitate nouere: idque ad cognomen illis Bubulcis inditum. Sunt & mutandis mercibus callidi, & obeundis præliis strenui, vel sagitis eminus, vel ensibus cominur. Est præterea gens apud illos præstabilis: Gymnosophistæ vocatur. Flos ego maximè admiror: quòd homines sunt periti, nò propagãdæ vitis, nec inoculandæ arboris, nec proscindèdi soli, non illi norùt aruum colere, vel aurù colare, vel equum domare, vel taurum subicere, vel ouem vel capram tondere vel pascere. Quid igitur est? Vnum pro his omnibus norunt, Sapientiam percolunt, tam magistri senes quàm discipuli minores. Nec quidquam apud illos æque laudo quàm quòd torporem animi & otium oderunt. Igitur vbi mēsa posita, priusquam edulia apponantur, omnes adulescentes ex diuersis locis & officiis ad dapem conueniunt. magistri perrogant, quod factum à lucis ortu ad illud diei bonum fecerit. Hic alius se commemorat inter duos arbitrum delectum, sanata similitate, reconciliata gratia, purgata suspitione, amicos ex infensis reddidisse: inde alius, sese parentibus quidpiam imperantibus obedisse: & alius, aliquid meditatione sua reperisse, vel alterius demonstratione didicisse. Denique ceteri commemorant. Qui nihil habet adferre cur prandeat, impransus ad opus foras extruditur. Alexandro illi, longè olim excellentissimo regi, cui ex rebus actis & auctis cognomentum Magno inditum est, ne nisi vnicam gloriam adeptus sine laude vñquam nominaretur. Nam solus à condito æuo, quantum hominum memoria extat, inexuperabili imperio orbis auctus, Fortuna sua maior fuit: successusq; eius amplissimos

plissimos & prouocauit vt sirenuus, & æquiperauit vt meritus, & superauit vt melior: solusq; sine æmulo clarus; adeo vt nemo eius audeat vel sperare virtutem, vel optare Fortunam. Eius igitur Alexandri multa sublimia facinora, & præclara edita fatigaberis admirado, vel belli ausa, vel domi prouisa, quæ omnia aggressus est meus Clemens, eruditissimus & suauissimus poetarum, pulcherrimo carmine illustrare. Sed cum primis Alexandri illud præclarum: quod imaginem suam, quò certior posteris proderetur, noluit à multis artificibus vulgò contaminari; sed edixit vniuerso orbi suo, ne quis effigiem regis temerè assimularet ære, colore, cælamine: quin sæpe solus eam Polycletus ære duceret, solus Apelles coloribus deliniaret, solus Pyrgoteles cælamine excuderet. Præter hos treis, multò nobilissimos in suis artificiis, si quis vspiam reperiretur alius sanctissimi imagini regis manus admolitus: haud secus in eum quàm in sacrilegum vindicaturus. Eo igitur omnium metu factum, solus Alexander vt vbique imaginum summus esset: utiq; omnibus statuis, & tabulis, & toreumatis idem vigor acerrimi bellatoris, idem ingeniũ maximi honoris, eadem forma viridis iuuentæ, eadem gratia relicinæ frontis cerneretur. Quod vti nam pari exemplo Philosophiæ edictum valeret: ne qui imaginem eius temerè assimularet, vt pauci boni artifices: iidem probè eruditi, omnifariam Sapientiæ studium contemplant: neu rudes, sordidi, imperiti, palliotenus Philosophos imitarentur: & disciplinam regalem, tam ad bene dicendum quàm ad bene viuendum repertam, male dicendo, & similiter viuendo contaminarent. Quod vtrumque scilicet perfacile est. Quæ enim facilior res, quàm linguæ rabies, & vilitas morum: alter ex aliorum contemptu, alter ex sui? Nam viliter semetipsum colere, sui contemptus est: barbarè alios insectari, audientium contumelia est. An non summam contumeliam vobis imponit, qui vos

arbi-



arbitratur maledictis optimi cuiusque gaudere, qui vos existimat mala & vitiosa verba non intelligere: aut si intelligatis, boni consulere? Quis ex rupiconibus, baiulis, tabernariis tam infans est, ut si pallium accipere velit, disertius maledicat? Hic enim plus tibi debet, quam dignitati, quamquam nec hæc illi sit cum aliis promiscua. Nam ex innumeris hominibus pauci senatores, ex senatoribus pauci nobiles genere, & ex his consularibus pauci boni, & adhuc ex bonis pauci eruditi. Sed ut loquar de solo honore: non licet insignia eius vestitu vel calceatu temerè vsurpare. Si quis fortè in hoc pulcerrimo cœtu, ex illis inuisoribus meis, malignus sedet: quoniam in magna ciuitate hoc quoque genus inuenitur, qui meliores obtrectare malint, quam imitari: & quorum similitudinem desperent, eorum affectent similitatem: scilicet, uti qui suo nomine obscuri sunt, meo innotescant: si qui igitur ex illis libitinis splendidissimo huic auditorio, velut quædam macula, sese immiscuit, velim paulisper suos oculos per hunc incredibilem confessum circumferat: contemplatusque frequentiam tantam, quanta ante me in auditorio philosophi numquam visitata est, reputet cum animo suo, quantum periculū conseruandæ existimationis hic adeat, qui contemni non cōsuevit: cum sit arduum & oppidò difficile, vel modicæ paucorum expectationi satisfacere: præsertim mihi, cui & ante parta existimatio, & vestra de me benigna præsumptio, nihil nõ quidquam finit negligenter ac de summo pectore hiscere. Quis enim vestrū vnū mihi Solæcisimū ignouerit? quis vel vnā syllabam barbarè pronuntiatam donauerit? quis incondita & vitiosa verba temerè, quasi delirantibus oborientia, permiserit blatterare? Quæ tamen aliis facile, & sanè meritissimò ignoscitis. Mea verò vnumquodque dictum acriter examinatis, sedulò pensiculatis, ad limam & lineam certam redigitis: cum torno & cothurno iterum comparatis. Tan-

rum

tum habet viliras excusationis, quantum dignitas difficultatis. Agnosco igitur difficultatem meam, nec deprecor quin sic existimetis. Nec tamen vos parua quædam & praua similitudo falsos animi habeat. quoniam quædam, vt sæpe dixi, palliata mendicabula obambulant. Præco cum præcōsule, & ipse tribunal ascendit, & ipse togatus illic videtur; & quidem per diu stat, aut ambulat, aut plerumque contentissimè clamitat: enimuero ipse præconsul moderata voce rarenter, & sedens loquitur, & plerumque de tabella legit. Quippe præconis vox garrula, ministerium est; præcōsulis autem tabella sententia est, quæ semel lecta, neque augeri littera vna, neque autem minui potest: sed vtcunque recitata est, ita prouinciæ instrumento refertur. Patior & ipse in meis studiis aliquam, pro meo captu, similitudinem. Nam quodcumque ad vos protuli, excerptum illico & lectum est: nec reuocare illud, nec antè mutare, nec emendare mihi inde quidquam licet. Quò maior religio dicendi habenda est: & quidem non in vno genere studiorum. Plura enim mea extant in Camænis, quam Hippia in opificiis operibus. Quid istud sit, animo attendatis. diligentius, & accuratius disputabo.

## L. APVLEII

## FLORIDORVM

## LIBER SECVNDVS.

**E**T Hippias è numero sophistarum est, artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli secundus, ætas illi cum Socrate; patria vel genus ignoratur, gloria verò magna, fortuna modica: sed ingenium nobile, memoria excellens: studia varia, amuli multi. Venit Hippias iste quondam

dam certamine Olympio Pisam, non minus culty  
 visendus, quam elaboratū mirandus. Omnia se-  
 cum, quæ habebat, nihil eorum emerat, sed suis  
 sibi manibus confecerat: & indumenta quibus in-  
 cutus, & calciamenta quibus erat inductus, & ges-  
 tamina quibus erat conspicatus. Habebat indutui  
 ad corpus tunicam interulam tenuissimo textu,  
 triplici licio, purpura duplici. ipse eam sibi solus  
 domi texuerat. Habebat cinctui balteum: quod ge-  
 nus pictura Babylonica, miris coloribus variega-  
 tum. nec in hac eum opera quisquam adiuuerat.  
 Habebat amictui pallium candidum, quod superne  
 circumiecerat. id quoque pallium cooperatois ip-  
 sius laborem fuisse. Etiam, pedum tegumenta, cre-  
 pidas sibi met compegerat, & anulum in laua au-  
 reum faberrimo signaculo: quem ostentabat. ipse  
 eius annuli & orbiculum circulauerat, & palam  
 clauserat, & gemmam insculpserat. Nondum eius  
 omnia comemotauit. Etenim nõ pigebit me com-  
 memorare, quod illum non puduit ostentare.  
 qui magno in cætu prædicauit, fabricatum semet  
 sibi ampullam quoq. oleariam, quam gestabat,  
 lenticulari forma, tereti ambitu, pressula rotun-  
 ditate: iuxtaque honestam strigileculam, recta  
 fastigiatione clausulæ, flexa tubulatione ligulæ;  
 ut & ipsa in manu capulo moraretur, & sudor ex  
 eam riuulo laberetur. Quis autem non laudauit ho-  
 minem tam numerosa arte multifscium? totiugi  
 scientia magnificum? tot vtensilium peritia Da-  
 dalum? Quin & ipse Hippiam laudo. sed ingenij  
 eius fecunditatem malo doctrinæ, quam sup-  
 pellectilis multiformi instrumento æmulari. Fa-  
 teorq; me sellularias quidem arteis minus callere:  
 vestem de texterna emere; baxeas istas de suterna  
 præstinare: enimvero anulum nec gestare; gem-  
 mam & autum iuxta plumbū & lapillos nulli æsti-  
 mare: strigilem & ampullam, ceteraq; balnei vten-  
 silia nundinis mercari. Prosum enim non eo in-  
 ficias, nec radio, nec subula, nec lima, nec torno,  
 nec

nec id genus ferramenti uti nosse: sed pro his præoptare me fateor, vno chartario calamo me recitare poemata, omne genus: apta virgæ, lyræ, socco, cothurno: item satyras, ac griphos: item historias varias rerum: nec non orationes laudatas disertis: nec non dialogos laudatos philosophis: atque hæc & alia eiusdem modi tam Græcè quàm Latinè gemino voto, pari studio, simili stilo. Quæ utinam possem equidem non sigillatim ac discretim, sed cunctim & coaceruatim tibi proconsul, vir optime, offerre; ac prædicabili testimonio ad omnem nostram Camænam frui! non hercule penuria laudis, quæ mihi dudum integræ & florès per omnes antecessores tuos ad te reseruata est; sed quoniam nulli me probatiorem volo, quàm quem ipse ante omnes merito probo. Enim sic natura comparatum est, ut eum quem laudes, etiam ames: porro quem ames, etiam laudari te ab illo velis. Atque ego me dilectorem tuum profiteor: nulla tibi priuatim, sed omni publicitus gratia obstructus. Nihil quippe à te impetraui, quia nec postulauì. Sed Philosophia me docuit non tantùm beneficium amare, sed etiam maleficium: magisque indicio imperitare, quàm commodo inferuire: & quod in commune expediat malle, quàm quod mihi. Igitur bonitatis tuæ diligunt plerique fructum, ego studium. Id quod facere adorsus sum, dummodo rationem tuam in prouincialium negotiis contemplor, qua efflicim amare te debeant: experti propter beneficium, expertes propter exemplum. Nam & beneficio multis commodasti, & exemplo omnibus profuisti. Quis enim à te non amet discere, quanam moderatione obtineri queat tua ista gratia, vita iocunda, mitis austeritas, placida constantia, blandusque vigor animi? Neminem proconsulum, quod sciam, prouincia Africa magis reuerita est, minus verita. nullo, nisi tuo anno, ad coercenda peccata plus pudor quàm timor valuit. Nemo te alius pari potestate sæpius profuit, rariùs terruit.

nemo

nemo similiorem virtute filium adduxit. Igitur nemo Carthagini proconsulum diutius fuit. Nam etiam eo tēpore quo prouincias circumibas, manente nobis Honorino, minus sensimus absentiam tuam, quā̄m vt te magis desideraremus. Paterna in filio æquitas, senilis in iuvene prudētia, consularis in legato auctoritas. Profusus omnis virtutes tuas ita effingit ac representat: vt mediis fidius admittibilior esset in iuvene, quā̄m in te parua laus: nisi eā tu talem dedisses. qua vtinā perpetuò liceret frui? Quid nobis cum istis proconsulum vicibus? quid cum annis breuibus, & festinantibus mensibus? O celeres bonorum hominum dies? O præsidum optimorū citata curricula? Iam te Seueriane tota prouincia desideramus. Enimuero Honorinū & honos suus ad præturam vocat, & fauor Cæsarum ad consulatum format, & amor noster impræsentiarum tenet, & spes Carthaginis in futurum spondet: vno solatio freta exempli tui, quòd qui legatus mittitur, proconsul ad nos citò reuersus est.

*Sol, qui micantem candido curru, atque equis*

*Flammam citatis seruido ardore explicat:*

itemq; luminis eius Luna discipula, nec non quinque ceteræ vagantium potestates: Iouis benefica, Veneris voluptuosa, pernix Mercurij, pernicioza Saturni, Martis ignita. Sunt & aliæ mediæ Deūm potestates, quas licet sentire, non datur cernere: vt Amoris, ceterorumq; id genus, quorum forma inuisitata, vis cognita. Quæ item in terris, vtcunque Prouidentia ratio poscebat, alibi montium vertices arduos extulit; alibi camporum supinam planiciem cœquauit. item quæ vbiq; distinxit amnium fluores, pratorum virores. item dedit volatus auibus, volutus serpentibus, cursus feris, gressus hominibus. Pariter enim, vt qui herediolum sterilem, & agrum scruposum metas rupinas & senticeta miseri colunt; quoniam nullus in tesquis suis fructus est, nec vllam illic aliam frugem vident; sed,

*Infelix lolium & steriles dommantur aena:*

suis frugibus indigent, aliena futatum eunt, & vicinorum flores decerpunt, scilicet ut eos flores car-  
 dui suis misceant: ad eundem modum, qui sunt  
 virtutis sterilis est. Psittacus Indiae avis est, inquit  
 illi minimo minus quam columbarum, sed nec co-  
 lorum columbarum, non enim lacteus ille, vel livi-  
 dus, vel utrumque subluteus, aut sparsus est: sed co-  
 lor psittaco viridis, & intimis plumulis, & extimis  
 palmulis, nisi quod sola ceruice distinguitur. Eui-  
 uero ceruicula eius circulo mineo, velut aurea tor-  
 qui, pari fulgoris circumactu cingitur & corona-  
 tur. Rostri prima duritia, cum in petram quam-  
 piam concitus altissimo volatu precipitat, rostro se,  
 velut anchora, excipit. Sed & capitis eadem duri-  
 tia, quae rostri. Cum sermonem nostrum cogitur  
 æmulari, ferrea clauicula caput tuditur, imperium  
 magistri ut persentiscat, hæc ferula discerti est. Dis-  
 cit autem statim pullus usque ad duos ætatis suæ  
 annos; dum facile os uti conformetur, cum tenera  
 lingua uti conuibretur. Senex autem captus & in-  
 docilis est, & obliuiosus. Verum ad disciplinam  
 humani sermonis facilius est psittacus, glande qui  
 vescitur: & cuius in pedibus, ut hominis, quinque  
 digituli numerantur. non enim omnibus psitta-  
 cis, id insigne, sed illud omnibus proprium, quod  
 eis lingua latior quam ceteris avibus, eo faci-  
 lius verba hominum articulantur, patientiore ple-  
 ctro & palato. Id vero quod dicit, ita similiter no-  
 bis canit, vel potius eloquitur: ut vocem si audias,  
 hominem putes: nam quidem si videas; idem co-  
 nari, non eloqui. Verum euiusmodi & coruus &  
 psittacus nihil aliud, quam quod didicerunt, pro-  
 nuntiant. Si conuicia docueris, conuiciabitur: die-  
 bus, ac noctibus perstreps maledictis. hoc illi car-  
 men est, hæc putat cantionem. Vbi omnia que di-  
 didit maledicta percensuit, denuo repetit eandem  
 cantilenam. Si carere conuicio velis; lingua exci-  
 denda est, aut quamprimum in sylvas suas remit-  
 tendus.

tendus. Non enim mihi Philosophia id genus orationis largita est, vt natura quibusdam auibus breuem & temporarium eatum commodauit: hirundinibus matutinum, cicadis meridianum, noctuis serum, vlulis vespertinum, bubonibus nocturnum, gallis antelucanum. Quippe hæc animalia inter se, vario tempore & vario modo, occinunt & occipiunt carmine: scilicet galli expergifico, bubones gemulo, vlulæ querulo, nocturæ intorto, cicadæ obstrepero, hirundines perarguto. Sedenim Philosophi ratio & oratio tempore iugis est, & auditu venerabilis, & intellectu utilis, & modo omnica-na. Hæc atq; hoc genus alia partim eum audiret à Diogene Crates, aliàs sibimet ipse suggereret: denique in forum exiit. rem familiarem abiicit, velut onus stercoris, magis labori quàm vsui. Dein cœtu facto maximo, exclamat: Crates, inquit, Crates te manumittes. Exinde non modo solus, verùm nudus & liber omnium, quoad vixit, beatè vixit. Adeoq; is cupiebatur; vt virgo nobilis, spretis iunioribus ac ditioribus precis, vltro eum sibi optauerit. Cumq; inter scapulū Crates retexisset, quod erat aucto gibbere, peramq; cum baculo & pallium humi posuisset, eamq; supellectilem sibi esse puellæ profiteretur, eamq; formā quam viderat: proinde sedulo consularet, ne post querela eam caperets enim uerò Hipparche conditionem accipit. Iam dudum sibi prouisum satis, & satis consultum respondit: neque ditio rem maritum, neque formosiotem vsquam gēcium posse inuenire, proinde duceret, quò liberet. Dux cyuicus in porticum, ibidem, in loco celebri, coram luce clarissima accubuit. Coramq; virginem imminuisset, paratam pari constantia; ni Zeno procinctu pallialtri, circumstantis coronæ obtutu magistrum in secreto defendisset. Samos Icario in mari modica insula est. ex aduersum Miletos, ad Occidentem eius sita. nec ab ea multo pelagi dispescitur. Vtrumuis clemeter nauigantem dies alter in portu sistit. Ager frumēto

piger, aratro irritus, fecundior oliueto, nec vinitori nec olitori scalpitur. Ruratio omnis in sarculo & furculo: quorum prouentu magis fructuosa insula est, quam frugifera. Ceterum & incolis frequens, & hospitibus celebrata. Oppidum habet nequaquam pro gloria: sed quod fuisse amplum, semiruta mœnium multifariam indicant. Enimvero sanum Iunonis antiquitùs famigeratum, id sanum secundo lirtore, si recte recordor, viam viginti haud amplius stadia oppido abest. Ibi donatium Deæ perquam opulentum: plurima auri & argenti ratio in lancibus, speculis, poculis, & huiuscemodi utensilibus. Magna etiam vis ætis, vario effigiatu, veterrimo & spectabili opere. Vel inde ante aram Bathylli statua à Polycrate tyranno dicata: qua nihil videor effectius cognouisse. quidam Pythagoræ eam falso existimant. Adulescens est, visenda pulcritudine, crinibus fronte parili seperata per malas reuulsis, ponè autem coma prolixior interlucetem ceruicem scapularum sinibus obumbrat. Ceruix succi plena, mala vberes, genæ teretes, ac modico mento laculatur. eique profus citharædicus status Deam conspiciens, canenti similis, tunicam picturis variegatam deorsus ad pedes deiectus ipsos, Græcanico cingulo, chlamyda velat utrumq; brachium adusq; articulos palmarum. Cetera decoris instrumentis dependent. Cithara baltheo exalato apta, strictim sustinetur. manus eius tenetæ procerulæ læua distantibus digitis neruos molitus dextera psallentis gestu suo sabulū citharæ admouet, ceu parata percutere. Cum vox in cantico interquieuit: interim canticum videret ore rereri seminiatibus in conatu labellis eliquate. Verum hæc quidem statua esto cuiuspiam puberum, qui Polycrati tyranno dilectus, Anacreonta Teium amicitie gratia cantillat. Ceterum multum abest Pythagoræ Philosophi statuam esse. & natu Samius, & pulcritudine apprimè insignis, & psallendi Musicæ que omnis multo doctissimus, ac  
fermè



fermè id aui quo Polycrates Samo potiebatur. Sed  
 haudquaquam Philosophus tyranno dilectus est.  
 Quippe eo commodum dominari orso, profugit ex  
 insula elanculo Pythagoras, patre Mneiarcho nu-  
 per amisso: quem comperi quinter sellularios artifi-  
 ces, gemmis faberrime sculpendis, laudem magis  
 quàm opem quaesisse. Sunt qui Pythagoram aiant  
 eo tēporis inter captiuos Cambylae regis, Aegyp-  
 tum cū adueheretur, doctores habuisse Persarum  
 Magos, ac præcipuè Zoroastrem, omnis diuini ar-  
 canum antistitem: posteaque eum à quodam Gillo  
 Crotoniensium principe recuperatū. Verum enim-  
 uerò celebrior fama obtinet, sponte eum petisse  
 Ægyptias disciplinas; atque ibi à sacerdotibus ce-  
 rimoniarum incredendas potentias, numerorum  
 admirandas vices, Geometriae solertissimas for-  
 mulas didicisse: nec his artibus animi expletum,  
 mox Chaldaeos, atque inde Brachmanas: hi sapien-  
 tes viri sunt, Indiae gens est: eorum ergo Brachma-  
 num Gymnosophilias adisse. Chaldaei sideralem  
 sciētiam, numinū vagatium status, ambitus, vtro-  
 rumque varioseffectus in genituris hominū osten-  
 dere: necnon medendi remedia mortalibus, latis  
 pecuniis, terra caloque & mari conquisita. Brach-  
 manae autem pleraque Philosophia eius contule-  
 runt: quae mentium documenta, corporumque  
 exercitamenta, quot partes animi, quot vices vitas  
 quae diis Manibus pro merito suo cuique tormēta  
 vel praemia. Quinetiam Pherecydes Syro ex insula  
 oriundus, qui primus, versuum nexu repudiato,  
 conscribere ausus est passis verbis, soluto loquutu,  
 libera oratione: eum quoque Pythagoras magi-  
 strum coluit, & infandi morbi putredine in serpen-  
 tium scabiem solutum, religiosè humauit. Fertur  
 & penes Anaximandrum Milesium naturabilia  
 commentatus: necnon & Cretensem Epimenidem  
 inclutum fatiloquum, & Platonem disciplinae gra-  
 tia sectatus: itemque Leodamantem, Creophyli  
 discipulum: qui Creophylus memoratur poëtae

Homeri hospes & amulator canendi fuisse. Tot ille doctoribus eruditus, tot tamque multiugis comitibus disciplinarum, toto orbe haustus, vir præsertim ingenio ingenti, ac profectò supra captum hominis animi angustior, primus Philosophiæ nuncupator & cõditor, nihil prius discipulos suos docuit quam tacere: primaque apud eum meditatio, sapienti futuro, linguam omnem coërcere: verbaque quæ volantia poëtae appellant, ea verba, detractis pinnis, intra murum candentium dentium premere. Profus inquam hoc erat primum Sapientiæ rudimentum, meditari condiscere, loquitari dediscere. Non in totum ævum tamen vocem desuescebant: nec omnes pati tempore elingues magistrum sedabantur: sed grauioribus viris breui spatio satis videbatur taciturnitas modificata. Loquaciores enim uerò sermè in quinquennium velut exilio uocis puniebantur. Potiò noster Plato nihil ab hac sceta vel paululù deuius, Pythagorissat. In plurimis æquè & ipse in nomen eius à magistris meis adoptatus, utrumque meditationibus Academicis didici: & cum dicto est opus, impigrè dicere: & cum tacito opus est, libenter tacere. Quæ moderatione uideor ab omnibus tuis antecessoribus haud minus opportuni silentij laudem, quam tempestiuæ uocis testimonium consecutus.

L. APV-

L. APVLEII  
FLORIDORVM  
LIBER TERTIVS.

**P**RIVS QVAM VOBIS OCCIPIAM, principes A. V. gratias agere, ob statuan quam mihi presentè honestè postulastis, & absenti benignè de-  
creuillis: prius volo causam vobis allegare, cur ali-  
quam multos dies à conspectu auditorij abfuerim,  
contulerimque me ad Persianas aquas: gratissima  
profus & sanis natabula, & agris medicabula.  
Quippe ita institui omne vitæ meæ tempus vobis  
probare, quibus me in perpetuum firmiter dedi-  
caui: nihil tantum, nihil tantulum faciam, quin  
eius vos & gnaros & iudices habeam. Quid  
igitur derespentinò ab hoc splendidissimo conspe-  
ctu vestro distulerim, exemplum eius tci paulò se-  
cus simillimum memotabo, quàm improuisa  
pericula hominibus subito oboriantur, de Phi-  
lemone comico. de ingenio eius qui satis nostis,  
de interitu paucis cognoscite. An etiam de ingenio  
pauca vultis? Poëta fuit hic Philemon, mediæ co-  
mædiæ scriptor. fabulas cum Menandro in scena  
dietauit, certauitq; cum eo: fortasse impar, certe  
æmulus. Namque cum etiam vicit sexpennero,  
pudet dicere. Reperias tamen apud ipsum multos  
siles, argumenta lepidè iusflexa, agnatos lucidè ex-  
plicatos, personas rebus competentes, sententias  
vitæ congruentes: ioca non infra soccum, seria  
non vsque ad cothurnum. Rare apud illum corru-  
ptela: & vti errores cõcessi amoris. Nec eo minis  
& leno periurus, & amator seruidus, & seruulus  
callidus, & amica illudens, & vxor inhibès, & ma-  
ter indulgès, & patruus obiurgator, & sodalis opi-  
tulator, & miles præliator: sed & parasiti eda-  
ces, & parentes tenaces, & meretrices procaces.  
Hisce laudibus diu in arte comædica nobilis, fortè

recitabat partem fabulæ, quam recens fecerat. Cumque iam tertio actu, quod genus in comœdia fieri amat, iucundiores affectus moueret; imber repente coortus, ita ut mihi ad vos venit usus nuptimè, differri auditorij cœtû & auditionis ceptum coëgit. Reliquum autem variis postulanti- bus, sine intermissione deinceps die perlecturum. Postridie igitur maximo studio ingens hominum frequentia conuenere. sese quisque exaduersum quam proximè collocat. Serus adueniens amicus, annuit locum selsui: impertiunt, extimus quisque excuneati queruntur. facto toto theatro, ingens stipatio, occipiunt inter se queri. Qui non affue- rant, percontari antè dicta: qui affueant, recorda- ri audita: cunctisque iam prioribus gnatis, sequen- tia expectare. Interim dies ire, neque Philemon ad conditum venire. Quidam tarditatem poëte mur- murari, plures defendere. Sed ubi diutius æquo se- detur, nec Philemon vsquam comparet; missi ex promptioribus qui accitent: atque eum in suo sibi lectulo mortuum offendunt. Commodum ille ani- ma edita obiigerat: iacebatque incumbens toto, similis cogitanti. Adhuc manus volumini implexa, adhuc os recto libro impressum. sed enim iam ani- mæ vacuus, libri oblitus, & auditorij securus. Ste- tere paulisper qui introierant, percussi tam inopi- natæ rei, tam formosæ mortis miraculo. Deinde regressi ad populum, renuntiauerunt, Philemonem poëtam, qui expectaretur, qui in theatro fictum argumentum finiret, iam domi veram fabulam con- suminasse. Enimvero iam dixisse rebus humanis, VALERE ET PLAUDERE: suis verò familia- ribus, dolere & plangere. Hesternum illi imbrem lacrymas auspicasse: comœdiam eius prius ad funebrem facem quam ad nuptialem venisse. Proin quoniam poëta optimus personam vitæ deposue- rit; rectè de auditorio eius exequias eundem: le- genda eius esse nunc ossa, mox carmina. Hæc ego ita facta, ut cōmemoravi, olim didiceram. Sed au-  
dies

dies me, meo periculo recordatus. Nam vt memi-  
nistis, profecto cum impedita esset imbri recitatio,  
in propinquum diem, vobis volentibus, protuli: &  
quidem Philemonis exemplo, paenissimè quippe  
eodem die in palæstra adeo vehementer talum in-  
uerti, vt minimū abfuerim, quin articulum etiam  
à crure defringerem. tamen articulus loco conces-  
sit, exq; eo luxu adhuc fluxus est: & iamdum cum  
ingenti plaga reconcilio. iamiam, sudoro affatim  
corpore, diuile obrigui. Inde acerbus dolor inte-  
stinorum coortus, modicoantè sedatus est, quàm  
me denique violentus exanimaret: & Philemonis  
ritu, compelleret ante letum abire, quàm lectum  
potius implere Fata quàm sanda; consummare po-  
tius animam quàm historiam. Cum primū igitur  
apud Persianas aquas, leni tēperie, nec minus vtili  
quàm blando fomento gressum reciperavi; non-  
dum quidem ad innitendum idoneè, sed quantum  
ad vos festinanti satis videbatur, veniebam reddi-  
tum quod pepigeram: cum interini vos mihi be-  
neficio vestro non tantū claudiratem dempsistis,  
verū etiam pernicitatem addidistis. An non pro-  
perandum mihi erat, vt pro eo honore vobis mul-  
tas gratias dicerem, pro quo nullas preces dix-  
eram? Non quin magnitudo Carthaginis mereatur  
etiam precem à Philosopho pro honore; sed vt in-  
tegrum & intemeratum vestrum esset beneficium;  
si nihil ex gratia eius petitio mea defregisset: id est,  
vt vsquequaque esset gratuitum. Neque enim aut  
leui mercede emit qui precatur, aut paruum pre-  
tium accipit qui rogatur. adeo vt omnia vtenilia  
emere velis, quàm rogare. Id ego arbitror præci-  
puè in honore obseruandum. quem qui laboriose  
exorauerit, sibi debet vnam gratiam quod impe-  
trarit. qui verò sine molestia ambitus adeptus est,  
duplam gratiam præbentibus debet; & quod non  
petierit, & quod acceperit. Duplam ergo gratiam  
vobis debeo: immò euimuerò multiugam. quam  
vbiq; equidem & semper prædicabo. Sed nunc im-

præsentiarum libro isto ad hunc honorem mihi conscripto, ita ut soleo, publicè protestabor. Certa est enim ratio, qua debeat Philosopho, ob decretâ sibi publicè statuam, gratias agere. à qua paululum demutavit liber, quem Strabonis Amiliani excellentissimus honor flagitat. quem librum sperabo me commodè posse conscribere, scitis eum hodie nobiscum probare. Est enim in studiis tantus, ut prænobilior sit proprio ingenio, quàm patricio consulatu. Quibusnam verbis tibi Amiliane Strabo, vir omnium qui unquam Numantiæ fuerunt, aut sunt, aut etiam erunt, inter optimos clarissime, & inter clarissimos optime, inter utrosque doctissime? quibus tandem verbis, pro hoc tuo erga me animo, gratias habiturus es, commemoratu meo? Qua digna ratione tam honorificam benignitatem tuam celebrem, qua remuneratione dicendi gloriam tui facti. a quiperem, nondum hercè reperio. Sed quæram sedulo, & conitar,

*Dum memor ipse mei; dum spiritus hos reget artus.*

Nam nunc impræsentiarum, neque enim diffitebor, lætitia facundiæ obstrepit: & cogitatio voluptate impeditur, ac mens occupata delectatione, mauult impræsentiarum gaudere quàm prædicare. Quid faciam? Cupio gratus videri: sed præ gaudio nondum mihi vacat gratias agere. Nemo me, nemo ex illis tristioribus velit in isto vituperare, quod honorem meum non minus mereor, quàm intellego: quod clarissimi & eruditissimi viri tanto honore exulto. quippe testimonium mihi perhibuit in curia Carthaginiensium, non minus splendidissima quàm benignissima, vir consularis: cui etiam notum esse tantummodo, summus honor est. Is etiam laudator mihi apud principes Africæ viros quodammodo adstitit. Nam, ut comperior, nudiustertius libello missio, per quæ postulabat locum celebrem statuæ meæ, cum primis commemoravit inter nos iura amicitia, à commilitio studiorum, eisdem magistris inchoata honestè: tunc postea vota omnia  
mea

mea secundum dignitatis suæ gradus recognouit, iam illud primum beneficium, quod cōdiscipulum se meminit. Ecce & hoc alterum beneficium, quod tantus diligi se ex pari prædicat. Quin etiam commemorauit, & alibi gentium & ciuitatum honores mihi statuarum & alios decretos. Quid addi potest ad hoc præconium viri consularis? Immo etiam docuit argumēto suscepti sacerdotij, summum mihi honorem Carthaginiis adesse. Iam hoc præcipuum beneficium, ac longe ante ceteros excellens, quod me vobis, locupletissimus testis, suo etiam suffragio commendat. Ad summa, pollicitus est, se mihi Carthagini de suo statuam positurum: vir, cui omnes prouinciæ quadriuges & seiuges currus vbique gentium ponere gratulantur. Quid ergo superest ad honoris mei tribunal & culmen, ad laudis mex cumulum? Immo eniuvero quid superest? *Emilianus Strabo* vir consularis, breui votis omnium futurus proconsul, sentētiam de honoribus meis in curia Carthaginiensiū dixit. omnes eius auctoritatem secuti sunt. Nonne videtur hoc vobis senatusconsultum esse? Quid? quod & Carthaginienses omnes, qui in illa sanctissima curia aderant, tam libetē decreuerunt omnes locum statuæ: vt illo scires iccirco alteram statuam, quantum spero in sequentem curiam protulisse; vt salua veneratione, salua reuerentia consularis sui, viderentur factum eius non æmulati, sed secuti: id est, vt integro die beneficium ad me publicum perueniret. Ceterum meminērāt optimi magistratus & beniuolentissimi principes, mandatum sibi à vobis quod volebant. Id ego nescirem? haud prædicarem? ingratus essem. Quin etiam vniuerso ordini vestro amplissimis erga me meritis, quantas maximas possum, gratias ago atque habeo: qui me in illa curia honestissimis acclamationibus decorauēre. in qua curia vel nominari tantūmodo, summus honor est. Igitur quod difficile factū erat, quodq; reuera arduum nobis

ego impensius admirarer, si hominibus potius quam bestiis placuissent. Auibus hæc secretaria, ut inquit, magis congruerint merulis, & lusciniis, & oloribus. Et merulæ in remotis tesquis fringultiunt; lusciniæ in solitudine Africana canticum adolescentiæ gurriunt; olores apud auos fluuios carmen senectæ meditantur. Enimvero qui pueris, adolescentibus & senibus utile carmen prompturus est, is in mediis milibus hominum canat, ita ut hoc meum de virtutibus Orphi carmen est, seruum quidem fortasse, sed seruum: nec minus gratum quam utile Carthaginensium pueris, iuuenibus & senibus, quos indulgentia sua præcipuus omnium proconsul subleuauit. temperatoque desiderio & moderato remedio dedit pueris saturitatem, iuuenibus hilaritatem, senibus securitatem. Metuo quidem, Scipio, quoniam laudes tuas attingi, ne me impræsentiarum restrenes, vel tua generosa modestia, vel mea ingenua verecundia. Sed nequeo, quin ex plurimis quæ in te meritissimo admiramur, ex his plurimis quin vel paucissima attingam. Vos etiam mecum ciues, ab eo seruati, recognoscite.

## L. APVLEII

## FLORIDORVM

## LIBER QVARTVS.

**T**ANTA multitudo ad audiendum conuenistis: ut potius gratulari Carthagini debeam, quod tam multos eruditionis amicos habet: quam excusare, quod Philosophus non recusauerim dissertare. Nam & pro amplitudine ciuitatis frequentia collecta, & pro magnitudine frequentiarum locus delectus est. Præterea in auditorio hoc genus spectari debet: non pauimenti marmoratio, nec proscenij contabulatio, nec scenæ columnatio: sed nec culminum eminentia, nec lacunarum resplendentia, nec sedilium circumferentia:



tia: nec quod hic aliàs mimus hallucinatur; comædus sermocinatur; tragædus vociferatur; funerepus periclitatur; præstigiator furatur; histrio gesticulatur; ceteriq; omnes ludiones ostentant populo quod cuiusque artis est. Sed istis omnibus superfluis, nihil ampliùs spectari debet, quàm conuenientium ratio, & dicentis oratio. Quapropter, vt poëta solent, hic ibidem varias ciuitates iubstitueret; vt ille tragicus, qui in theatro dici facit:

*Laber, qui augusta hæc loca Cytheronis colit:*

item ille comicus, qui

*Per paruam partem postulat Plantus loci*

*De vestris magnis atque amœnis mœnibus,*

*Athenas quò sine architectis conferat:*

non secus & mihi liceat nullam longinquam & transmarinã ciuitatem hic, sed enim ipsiàs Carthaginis vel curiam vel bibliothecam substituere. Igitur proinde habetote, si curia digna protulero: vt si in ipsa curia me auditis: si erudita fuerint: vt si in bibliotheca legantur. Quo vtinam mihi, pro amplitudine auditorij, proluxa oratio suppeteret: ac non hic maximè clauderet, vbi me facundissimum cuperem! Sed verum verbum est profectò, quod aiunt: Nihil quidquam homini tam prosperum diuinitus datum, quin ei tamen admixtum sit aliquid difficultatis; vt etiam in amplissima quaque lætitia subsit quæpiam vel parua querimonia, coniugatione quadã mellis & fellis. Vbi vber, ibi tuber. Id ego cum etiam aliàs, tum etiam impræsentiarum vsu experior. Nam quanto videor plura apud vos habere ad commédationem suffragia: tanto sum ad dicendum nimia reuerentia vestri contatior. Et qui penes extrarios sæpenumerò promptissimè disceptaui, idem nunc penes meos hæsito. ac, mirum dictu, ipsis illecebris deterreor, & stimulis refrenor, & incitamentis cohibeor. An non multa mihi apud vos adhortamina suppēt: quòd sum vobis nec Lare alienus, nec pueritia inuilitatus, nec magistris peregrinus, nec secta incogitus,

incognitus, nec voce inauditus, nec libris illectus, improbatúsue? Ita mihi & patria in concilio Africæ: enimuero & pueritia apud vos, & magistri vos. Et secta, licet Athenis Atticis confirmata, tamen hic inchoata est: & vox mea vtraque lingua iam vestris auribus ante proximum sexennium probè cognita. Quin & libri mei non alia vbiq; laude cariùs censentur, quàm quod iudicio vestro comprobantur. Hæc tanta ac totiuga inuitaméta communia non minus vos ad audiendum prolestant, quàm me ad dicendum retardant. Faciliusq; laudes vestras alibi gentium, quàm apud vos prædicarim: ita apud vos cuique modestia obnoxia est; apud extratios autem veritas libera semper adeo. Et vbiq; vos quippe vt parentes ac primos magistratos meos celebros, mercedemq; vobis rependo: non illam quam Protagoras sophista pepigit, nec accepit: sed quam Thales sapiens hæc pepigit, & accepit. Video quid postuletis, vtramque narrabo. Protagoras quidem sophista fuit longe multisq; perfacundus: Democriti physici ciuis, æquæuus. inde ei supeditata doctrina est. Eum Protagoram aiunt, cum suo sibi discipulo Euathlo mercedem nimis vberem, conditione temeraria pepigisse: vt sibi tum demum id argenti daret, si primo tirocinio agendi penes iudices vicisset. Igitur Euathlus, postquam cuncta illa exorabula iudicantium, & decipula aduersantium, & artificia dicentium, versutus alioquin & ingeniatus ad astutiam, facile perdidit; contentus scire quod concupierat, cœpit nolle quod pepigerat: sed callidè neccendis moris frustrari magistrum, diuileq; nec asserere velle, nec reddere: vsq; dum Protagoras eum ad iudices prouocauit. Expositaq; conditione, quam in docendum receperat, anceps argumentum ambifariam proposuit. Nam, Siue ego vicero, inquit, soluere mercedem debebis, vt condemnatus: seu tu vice-  
ris, nihilominus reddere debebis, vt pactus. quippe  
qui

qui hanc primam causam penes iudices viceris. Ita si vincis, in conditionem incidisti: si vinceris, in damnationem. Quid quæris? Ratio conclusa iudicibus acriter & inuincibiliter videbatur. Enimvero Euathlus, utpote tanti veteratoris perfectissimus discipulus, biceps illud argumentum retorfit. Nam, si ita est, inquit, neutro modo, quod peris, debeo. Aut enim vinco, & iudicio dimittor: aut vincor, & pacto absoluo. ex quo nõ debeo mercedem, si hanc primam causam fuero penes iudices victus. Ita me omni modo liberat, si vinco, conditio: si vincor, sententia. Nonne vobis videntur hæc sophismatũ argumenta, obuersa inuicem, vice spinarum, quas vêtus cõuoluerit, inter se terere, paribus utrimq; aculeis: simili penetratione, mutuo vulnere? Atque ideo merces Protagoræ tam aspera, tam senticosa, versutis & auaris relinquendã est. cui scilicet multo tanto præstat illa altera merces, quam Thalem memorant suasisse. Thales Milesius ex septem illis sapiëntia memoratis viris facilè præcipuus fuit. enim geometricæ penes Graios primus repertor, & naturæ rerum certissimus explorator, & ætherum peritissimus contemplator, maximas res paruis lineis reperit: temporum ambitus, ventorum status, stellarum meatus, tonitruum sonora miracula, siderum obliqua curricula, Solis annua reuerticula: idem Lunæ vel nascentis incrementa, vel senescētis dispendia, vel delinquētis obstacula. Idem sanè iam procliui senectute diuinam rationem de Sole commentus est. quam equidem non didici modo, verùm etiam experiundo comprobauit: quotiens Sol magnitudine sua circulum, quem permeat, metiatur. Id à se recens inuentum Thales memoratur edocuisse Mandraytum Priensensem. qui noua & inopinata cognitione impenditio delectatus, optare iussit, quantam velle mercedem sibi pro tanto documento rependi. Satis, inquit, mihi fuerit mercedis, Thales sapiens, si id quod à me didicisti, cum proferre ad quospiam cœperis,

Q tibi non

tibi non adscriberis: sed eius inuēti me potius quā  
 alium repertorem prædicaueris. Pulchra merces  
 profum, ac tali viro digna, & perpetua. Nam & in  
 hodiernum, ac dehinc semper, Thali ea merces  
 persoluetur ab omnibus nobis, qui eius caelestia  
 studia verè cognouimus. Hanc ego vobis merce-  
 dem Carthaginenses vbique gentium depēdo, pro  
 disciplinis: quas in pueritia sum apud vos adeptus.  
 Vbique enim me vestrae ciuitatis alumnum fero;  
 vbique vos omnimodis laudibus celebro; vestras  
 disciplinas studiosius percolo: vestras opeis glorio-  
 sius prædico; vestros etiam Deos religiosius vene-  
 rot. Nunc quoque igitur principiū mihi apud vestras  
 aureis auspiciatissimum ab Æsculapio deo capiam,  
 qui arcem vestrae Carthaginis indubitabili numine  
 propitius respicit. Eius Dei hymnum Græco & La-  
 tino carmine vobis sic canam, iam illi à me dedi-  
 catum. Sum enim non ignotus illius agricola, nec  
 recēs cultor, nec ingratus antistes: ac iam & profla  
 & vorfla facundia veneratus sum: ita vt etiam nunc  
 hymnum eius vtraque lingua canam, cui dialogum  
 similiter Græcum & Latinum prætexui: in quo  
 sermocinabuntur Sauidius Severus & Iulius Per-  
 sius: viri & inter se mutuò, & vobis, & vtilitatibus  
 publicis meritò amicissimi, doctrina & eloquentia  
 & beniuolentia paribus; incertum modestia quie-  
 tiores, an indultria promptiores, an honoribus  
 clariore. Quibus cum sit summa concordia; ta-  
 men hæc sola æmulatio, & in hoc vnum certamen  
 est, vter eorum magis Carthaginem diligat. atque  
 summis medullitis viribus contendunt ambo:  
 vincitur neuter. Eorum ego sermonem ratus &  
 vobis auditu gratissimum, & mihi compositè con-  
 gruenter: & dedicatur religio summo in principio  
 libri ratio, quemdam ex his qui mihi Athenis con-  
 didicere percontari à Persio Græcè, quæ ego pridie  
 in templo Æsculapij disseruerim; paulatimque  
 illis Seuerum adiungo, cui interim Romanæ lin-  
 guæ parteis dedi. Nam & Persius, quamuis &  
 ipse

ipſe optimè Latinè poſſit, tamen hodie nobis ac vobis Atticiffabit. Aſclepiades ille, inter præcipuos medicorum, ſi vnum Hippocratem excipias, ceteris princeps, primus etiam vino opitulari agris repperit: ſed dauido ſcilicet in tẽpore cuius rei obſeruationem probè callebat: vt qui diligentiffimè animaduerteter venarum pulſus inconditos, vel præclaros. Is igitur cùm forte in ciuitatem ſeſe reciperet, & rure ſuo ſuburbano rediret; aſpexit in pomeriis ciuitatis funus ingès locatũ, plurimos homines ingèti multitudine, qui exequias venerant, circũſtare, omnis triſtiſſimos & obſoletiſſimos veſtitu. Propius acceſſit, vt etiã cognosceret, morè ingenij humani, quiſnam eſſet? quoniã percontanti uemo reſponderat; at verò vt ipſe aliquid in illo ex arte reprehenderet. Certè quidem iacenti homini, ac propè depoſito Fatum attulit. Iam miſeri illius membra omnia aromatis perſperſa, iam os ipſius vinguine odoro delibutum, iam eum pollinctum, iam cænã paratum, contẽplatus enim diligentiſſimè quibuſdã ſignis animaduertit. Etiam atque etiam pertractauit corpus hominis; & inuenit in illo vitã latentem. Confeſtim exclamauit, viuere hominem. procul ergo facès abigerent; procul ignes amolirentur; rogam demolirentur; cænã ſoralem à tumulo ad menſam referrent. Murmur interea exortum, partim medico credẽdum dicere; partim etiam irridere medicinam. Poſtremo propinquis etiam hominibus inuitis, quòd ne iam ipſi hereditatem habebant, an quòd adhuc illi fidem non habebant: agrè tamen ac difficulter Aſclepiades impetrauit breuem mortuo dilationem. Atque ita viſpillonum manibus extortum, velut ab Inferis, poſtliminio domum retulit, confeſtimq; ſpiritum recreauit; confeſtimque animam in corporis latibulis deliteſcentem; quibuſdã meſticamentis prouocauit. Sapientis viri ſaper menſam celebre dictum eſt: Prima, inquit, crateta ad ſitim perinet, ſecunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem,

quarta ad insaniam. Verum enim uero Musarum cratera, uersa uice, quanto crebrior, quantoq; meracior, tanto propior ad animi sanitatem. Prima cratera Litteratoris ruditatem eximit: secunda Grammatici doctrina instruit: tertia Rhetoris eloquentia armat. Hactenus à plerisque potatur. Ego & alias crateras Athenis bibi: Poëticæ commentam, Geometricæ limpidam, Musicæ dulcem, Dialecticæ austerulam: enim uero uniuersas Philosophiæ, inexplebilem scilicet, nectaream. Canit enim Empedocles carmina, Plato dialogos, Socrates hymnos, Epicharmus modos, Xenophō historias, Xenocrates satyras: Apuleius uerter hæc omnia, nouemque Musas pari studio colit, maiore scilicet uoluntate quam facultate. Eoq; propensius fortassis laudandus est: quod omnibus bonis in rebus, conatus in laude, effectus in casu est. ita ut cōtrā in maleficiis, etiam cogitata scelera, non perfecta adhuc, vindicantur: cruenta mente, pura manu. Ergo sicut ad poenam sufficit, meditari punienda: sic & ad laudem satis est, conari prædicanda. Quæ autem maior laus, aut certior, quam Carthagini bene dicere, ubi tota ciuitas eruditissimi estis: penes quos omnem disciplinam pueri discunt, iuuenes ostentant, senes docent? Carthago prouinciæ nostræ magistra uenerabilis: Carthago Africæ Musa cælestis: Carthago Camæna togatorum. Habet interdum & necessaria festinatio honestas moras, sæpe uti malis interpellatam uoluntatem. Quippe & illis, quibus curricula confecta uia opus est: ad eodē ut præoptent pendere equo, quam carpento federe, propter molestias sarcinarum, & pondera uehiculorum, & moras orbium, & salebras orbitarum, adde & lapidum globos, & caudicum toros, & camporum riuos, & collium cliuos. Hisce igitur moramentis omnibus qui uolunt denitari, aduectorem sibi met equum deligunt, diutinæ fortitudinis, uiuacis pernicitatis: idem & ferre validum, & ire rapidum:

*Quæ campos tolligunt gradu perlabitur uis,*

ut ait

vt ait Lucilius. tum cum eo equo per viam concito peruolant, si quem interea conspiciantur ex principalibus viris nobilem hominem, bene consultum, bene cognitum, quamquam oppido festinant, tamen honoris eius gratia cohibent cursum, releuant gradum, retardant equum: & illico in pedes desiliunt, fruticem, quem verberando equo gestant, eam virgam in laeuam manum transferunt. Itaque expedita dextra adeunt, ac salutant: & si diutulè ille quippiam percontetur; ambulat diutulè, & fabulantur. Denique quantumuis moræ in officio libentur insumunt. Crates ille, Diogenis sectator, qui vt<sup>sup</sup> Lar familiaris apud homines ætatis suæ Athenis cultus est, nulla domus ei vniquam clausa erat: nec erat patrisfamilias tam absconditum secretum, quin eò tempestiuè Crates interueniret, litium omnium & iurgiorum inter propinquos disceptator atque arbiter. Quod Herculem olim poëtæ memorant, môstra illa inmania hominum ac ferarum virtute subegisse, orbemque terræ purgasse: similiter aduersum Iracundiam & Inuidiam, atque Auaritiam, atque Libidinem, ceteraque animi humani monstra & flagitia, Philosophus iste Hercules fuit. Eas omnes peltes mētibus exegit; familias purgauit; Malitiam perdomuit: feminudus & ipse, & claua insignis: etiam Thebis oriundus, vnde Herculem fuisse memoria extat. Igitur priusquam planè Crates factus, inter proceres Thebanos numeratus est: lectum genus, frequens famulitiū, domus amplo ornata vestibulo: ipse bene vestitus, bene prædiatus. Post, vbi intellexit nullum sibi in re familiari præsidium legatum, quo fretus ætatem agat: omnia fluxa infirmaque esse: quidquid sub cælo diuitiarum est, eas omnes ad bene viuendum non quidquam esse: sicuti nauem bonam fabre factam, bene intrinsecus compactam, extrinsecus eleganter depictam, mobili clauo, firmis rudentibus, procero malo, insigni carchesio, splendentibus velis, postremo

strenuò omnibus armamentis idoneis ad vsum, &  
 honestis ad contemplationem. eam nauem si aut  
 gubernator non agat, aut tempestas agat, vt facile  
 cum illis egregijs instrumentis aut profunda hau-  
 serint, aut scopuli comminuerint! Sed & medici  
 cum intrauerint ad agrum vti visant, nemo eorum  
 quòd tabulina perpulcra in ædibus cernant, & la-  
 cunaria auro oblita, & gregatim pueros ac iuuenes  
 eximia forma in cubiculo circa lectum stantes;  
 agrum iubet vti sit animo bono: sed vbi iuxtim  
 confedit, manum hominisprehendit, eam pertra-  
 ctat, venarum pulsus & momenta captat: si quid  
 illuc turbatum atque inconditum offendit; illi re-  
 nuntiat, male morbo haberi. Diues ille cibo inter-  
 dicitur, ea die in sua sibi copiosa domo panem non  
 accipit: cum interea totum eius seruitium hilares  
 sunt, atque epulantur. Nec in ea re quidquam effi-  
 cit conditione.

L. APV:



L. APVLEII

# APOLOGIA

## PRIMA.



ERTVS equidem eram, pro qua  
 vero obtinebā, Maxime Clau-  
 di, quiq̄ in concilio estis, Si-  
 cinium Emilianum, senem  
 notissima temeritatis, accu-  
 sationem mei prius apud te  
 ceptam, quam apud se cogi-  
 tatam, penuria criminum, lo-  
 lis conueniens impleturum. Quippe insinulari qui-  
 nis innocens potest: reuinci, nisi nocens, nō potest.  
 Quo ego vno præcipue confusus, gratulor medius  
 fidius, quod mihi copia & facultas, te iudice, obti-  
 git purgandæ apud imperitos Philosophiæ, & pro-  
 bandi mei. Quamquam ista calumniæ, vt prima  
 specie graues, ita ad difficultatem defensionis re-  
 pètinere tuere. Nam, vt meministi, dies abhinc quin-  
 tus an sextus est, cum me causam pro vxore mea  
 Pudentilla aduersus Grancos agere aggressum, de-  
 composito, nec opinantem, patroni eius inceslere  
 maledictis, & insinulare Magicorum maleficio-  
 rum; ac denique necis Pontiani priuigni mei cœ-  
 père. Quæ ego cum intelligerem, non tam criminata  
 iudicio, quam obiectamenta iurgio prolata; vltro  
 eos ad accusandum crebris flagitationibus prouo-  
 caui. Ibi vero Emilianus, cum te quoque actius  
 motum, & ex verbis rem factam videret; quæretè  
 ocepit ex dissentiã latibulum aliquod temeri-  
 tati. Igitur Pötianum fratris sui filium, quem pau-  
 lo prius occisum à me clamitabat, postquam ad  
 subscribendū compellitur, illico oblitus est de mor-  
 te cognati adolescentis, subito tacens tanti crimi-  
 nis descriptionem. Tamen ne omnino desistere vi-  
 dere-

24

deretur, calumniam Magia, quæ facilius infamatur quam probatur, eam solum sibi delegit ad accusandum. Ac ne id quidem de professo audet. verum postera die dat libellum, nomine præiugni mei Sicinij Pudentis admodum pueri: & ascribit, se ei assistere, nouo more per alium la cessendi scilicet, vt obtentu eius ætatulæ, ipse insimulationis falsæ non plecteretur. Quod cum tu solertissime animaduertisses, & iccirco eum denuo iussisses proprio nomine accusationem delatam sustinere; pollicitus ita facturum, ne sic quidem quietus est. Vbi vt cominus ageret propellis; etiam aduersum te contumaciter eminus calumniis velitatur. Ita toties ab accusandi periculo profugus, in assistendi venia perseuerauit. Igitur & priusquam causa ageretur, facile intellectu cuius fuit, qualis nam accusatio futura esset, cuius qui fuerat professor & machinator, idem fieri auctor timeret: ac præsertim Sicinius Æmilianus, qui si quippiam veri in me explorasset; numquam profecto tam contanter hominem extraneum, tot tantorumque criminum postulasset; qui auunculi sui testamentum, quod verum sciebat, pro falso infamaret; tâta quidem pertinacia, vt cum Lollius Urbicus V. C. VERVM VIDERI, ET RATVM ESSE DEBERE, DE CONSILIO CONSVLARIVM VIRORVVM pronuntiasset; contra clarissimam vocem iurauerit recordissimus iste tamen, illud testamentum fictum esse, adeo vt ægrè Lollius Urbicus ab eius pernicie temperatit. Quam quidem vocem, & tua æquitate & mea innocentia tretus, spero in hoc quoque iudicio erupturam. Quippe qui sciens innocentem criminatur, eo sanè facilius, quod iam vt dixi, mentiens apud præfectum vrbis in amplissima causa conuictus est. Namque peccatû semel, vt bonus quisque postea sollicitius cauet: ita qui ingenio malo est, confidentius integrat; ac iam de cetero, quo sæpius, eo apertius delinquit. Pudor enim, veluti vestis, quanto obsoletior est, tanto incu-

incuriosius habetur. Et ideo necessarium arbitror pro integritate pudoris mei, priusquam ad rem aggrediar, maledicta omnia refutare. Sustineo enim non modò meam, verùm etiam Philosophiæ defensionem, cuius magnitudo vel minimam reprehensionem proximam crimini aspernatur. Propter quod paulò prius patroni *Emiliani* multa in me proprie coniecta, & alia communiter in Philosophos ficta ab imperitis, mercenaria loquacitate effutierunt. Quæ etsi possunt ab his futiliter blatterata, ob mercedem & auctoramenta impudentiæ, deprehensa haberi, iam concessio quodam more rabulis id genus, quo ferinæ solent linguæ suæ virus alieno dolori locare; attamen vel mea causa paucis refellenda sunt: ne is, qui sæculò laboro ut ne quid maculæ aut inhonestameti in me admittam, videar cuiquam, si quid ex friuolis præteriero, id agnouisse potius quàm contempsisse. Est enim pudentis animi & verecundi, ut mea opinio fert, vel falsa vituperatione grauari; cum etiam hi qui sibi delicti alicuius conscij sunt, tamen cum malè audiunt, impediò commouentur, & obirastrantur. quamquam exinde, ut malefacere ceperunt, consueuerint malè audire. Quod si à ceteris silentium est tamen ipsi sibimet conscij sunt, posse se meritò increpari. Enimuerò bonus & innoxius quisque, rudes & imperitas autem ad malè audiendum habens, & laucis assuetudine quanto contumeliæ insolens, multo tanto ex animo laborat, ea sibi inmeritò dici, quæ ipse possit aliis verè obiectare. Quòd si forte inepta videbor, & oppidò friuola velle defendere; illis debet ea res vitio verti, quibus turpe est etiam hæc obiectasse: non mihi culpæ dari, cui honestum erit etiam hæc diluisse. Audisti ergo paulò prius, in principio accusationis ita dici: *Accusamus apud te Philosophum formosum, & tam Græcè quàm Latine, pro nefas! disertissimum*. Nisi fallor enim, his ipsis verbis accusationem mei ingressus est *Tannonius Pudens*, homo verè ille quidem

dem disertissimus. Quod utinam tam grania formæ & facundix crimina verè mihi opprobraisset: non difficile ei respondissem, quod Homericus Alexander Hectori:

ἢ π' ἀπέβλεπ' ἐς ἱερὸν ἰερὸν ἑὸν δῶκε,

ἄσπερα κεν ἀσπίδι δῶσιν, ἐλάτ' ἄε ἀν' ἡσέλοισιν. Id est *Munera deum gloriosissima nequaquam assernanda: quæ tamen ab ipsis tribui sueta, multis volentibus non obtinent.* Hæc ego de forma respondissem, præterea, licet etiam Philosophos esse vultu liberali. Pythagoram, qui primum sese Philosophum nuncupavit: cum sui sæculi excellentissima forma fuisse: item Zenonem illum antiquum Velia oriundum, qui primus omnium dictionem solertissimo artificio ambifariam dissolueret, eum quoque Zenonem longè decorosissimū fuisse, ut Plato autumat. Item quæ multos Philosophos ab ore honestissimos memoria prodi, qui gratiam corporis moram honestæ mentis ornauerunt. Sed hæc defensio, ut dixi, aliquānimultum à me remota est: cui, præter formæ mediocritatem, continuatio etiam litterati laboris omnem gratiam corpore deterget, habitudinem tenuat, succum exorbet, colorem obliterat, vigorem debilitat. Capillus ipse, quem isti aperto mendacio ad lenocinium decoris promissum dixeret, vides quàm non sit amœnus ac delicatus, horrore implexus atque impeditus, stupet tormento assimilis, & inæqualiter hirtus, & globosus, & congestus: prorsus inenodabilis diutina incuria, non modo comendi, sed saltem expediendi & discriminaudi. Satis, ut puto, criminum crimen quod illi quasi ut capitale intederunt, refutatum est. De Eloquentia verò, si qua mihi fuisset, neque mirum, neque inuidiosum deberet videri: si ab ineunte ævo vni studiis litterarum ex summis viribus deditus, omnibus aliis spretis voluptatibus, ad hoc æui, haud sciam an ne super omnibus homines impenso labore, diuque noctuque, cum despectu & dispendio bonæ valitudinis, eam quaesivissem. Sed nihil ab elo-

quentia metuant, quam ego, si quid omnino promoueri, potius spero quam praesto. Sane quidem si verum est, quod Statium Caecilium in suis Poëmatibus scripsisse dicunt, *Innocentiam eloquentiam esse*, ego verò profiteor ista ratione, ac pra me fero, nemini omnium de eloquentia concessurum. Quis enim me hoc quidem pacto eloquentior viuat? quippe qui nihil unquam cogitari, quod eloqui non auderem. Eundem me aio facundiamum, nam omne peccatum semper nefas habui. Eundem disertissimum, quod nullum meum factum vel dictum extet, de quo disserere publice non possim, ita ut iam de versibus dissertabo, quos a me factos quasi pudendos protulerunt; cum quidem me animadueristi cum risu illis succensentem, quod eos absone & indocte pronuntiarent. Primo igitur legerunt e ludicris meis epistolium de dentifricio, versibus scriptum ad quemdam Calphurnianum, qui cum aduersum me eas litteras promeret; non vidit profecto, cupiditate laedendi, si quid mihi ex illis heret criminofum, id mihi secum esse commune. Nam petisse eum a me aliquid tersui dentium, versus testantur:

*Calphurniane salus propera versibus.*

Nisi forte in eo reprehendendus sum, quod Calphurniano puluisculum ex Arabicis frugibus miserim: quem multo aequius erat, spurcissimo ritu Hiberorum, ut ait Catullus,

— *sa a sibi vrina*

*Dentem atque ruffam pumicare gingiuam,  
Misi, et petisti, n undicia dentium,  
Nitelas oris ex Arabicis frugibus,  
Tenuem, candidicum, nobilem puluisculum,  
Complanatorem tumidula gingiuula,  
Conuertitorem pridiana reliquia;  
Nequa visatur terra labes sordium,  
Restrictis forte si labellu riseriu.*

Quaeso quid habent isti versus re aut verbo pudendum? quid omnino, quod Philosophus suum  
nolit

nolit videri? Vidi ego dudum vix risum quosdam tenentes, cum mundicias oris videlicet, orator ille asperè accusaret, & dentifricium tâta indignatione pronuntiaret, quanta nemo quisquam venenum. Quid ni? crimen haud contemnendum Philosopho, nihil in se sordium sinere, nihil vsquam corporis apertum, immundum pati ac fœtulentum; præfertim os, cuius in propatulo & conspicuo vsus homini creberrimus: siue ille cuiquam osculû ferat, seu cum quiquam sermocinetur, siue in auditorio dissertet, siue in templo preces alleget. omnem quippe hominis actum sermo præit: qui, vt ait Poëta præcipuus, è dentium muro proficiscitur. Dares nunc aliquem similiter grandiloquû: diceret suo more cumprimis, cui vlla fandi cura sit, impensius cetero corpore os colendum; quòd esset animi vestibulum, & orationis ianua, & cogitationum comitium. Ego certè pro meo captu dixerim, nihil minus quàm oris illuuiem libero & liberali viro cõpetere. Est enim ea pars hominis loco celsa, visu prompta, vsu secunda. Nam quidem feris & pecudibus os humile, & deorsum ad pedes deiectum, vestigiò & pabulo proximum, numquam fermè nisi mortuis, aut ad morsum exasperatis, conspicitur: hominis verò nihil prius tacentis, nihil sapius loquentis, contemplere. Velim igitur censor meus Æmilianus respondeat, vnumquam ne ipse soleat pedes lauare? vel si id non negat, contendant maiorem curam mundiciarum pedibus, quàm dentibus impertiendam. Planè quidem, si quis ita vt tu Æmiliane, numquam fermè os suum nisi maledictis & calumniis aperiat: censeo, ne vlla cura os percolat, neq; ille exotico puluere dentis emaculet, quos iustus cabone de rogo obtruiet: neque saltem communi aqua perluat, quin ei nocens lingua, mendaciorum & amatitudinum præministra, semper in fœtutinis & olenticetis suis iaceat. Nam quæ malum ratio est, linguam mundam & lotam, vocem contra spurcam & tetram possidere?

possidere? vsperæ ritu, niueo denticulo atrum ven-  
 nonum inspirare? Ceterum qui sese sciat rationem  
 prompturam neque inutilem neque iniucundam,  
 eius merito os, vt bono potui poculum, præla-  
 uitur. Et quid ego de homine nato diutius? Belua  
 iramanis Crocodilus ille qui in Nilo gignitur, ea  
 quoque, vti comperior, purgandos sibi dentes  
 innoxio hiatu præbet. Nam quod est oste amplo, sed  
 elingui, & plerumq; in aqua recluso, multæ arun-  
 dines dentibus implectuntur. eas illi, cum egressus  
 in præripia fluminis hiauit, vna ex auibus fluuiali-  
 bus amica avis, iniecto rostro sine noxæ periculo  
 exsculpsit. Mitto hæc. venio ad ceteros versus, vt  
 illi vocant, amatorios: quos tamen tam durè &  
 rusticè legere, vt odium mouerent. Sed quidam  
 Magica maleficia, quod ego pueros Scribonij  
 Læti, amici mei, carmine laudau? An ideo Magus  
 quia poëta? Quis vniquam fando audiuit tam si-  
 milem suspicionem? tam aptam coniecturam? tam  
 proximum argumentum? Fecit versus Apuleius:  
 si malos; crimen est, nec tamen id Philosophi,  
 sed Poëta: sui bonos, quid accusas? At enim ludi-  
 cros & amatorios fecit. Nã ergo hæc sunt crimina  
 mea? & nomine erratis, qui me Magiæ detulistis?  
 Fecere tamen & alij talia: & si vos ignoratis, apud  
 Græcos Teius quidam, & Lacedæmonius, & Ceus,  
 cum aliis innumeris; & mulier Lesbica, lasciuè illa  
 quidem, tantaq; gratia, vt nobis insolentiam lin-  
 guæ suæ, dulcedine carminum commendet: apud  
 nos verò, Aedituus, & Portius, & Catullus. ista  
 quoque cum aliis innumeris. At Philosophi non  
 fuere. Num igitur etiam Solonem fuisse serium  
 ritum, atque Philosophum negabis? cuius ille las-  
 ciuissimus versus est:

Μεῖρων εἰ μείρων καὶ γλυκῆς ἑμῆωνος.

Et quid tam petulans habet omnes versus mei, si cū  
 isto vno concédantur? vt taceam scripta Diogenis  
 Cynici, & Zenonis Stoicæ sectæ eëditoris. Id genus  
 plurima recitè denuò, vt sciant me eorū nō pigere.

Et Cri-

Et Critias mea delicia sit salua Charice,  
 Pax in amore meo vita tibi remanet.  
 Ne metuas, nam me ignis & ignis torreat ut vult:  
 Hæc duas flammâs, dum potior, patiar.  
 Hoc modo sim vobis, vnus sibi quisque quod ipse est:  
 Hæc mihi vna erit, quod duo sunt oculi.  
 Recitem nunc & alios, quos illi, quasi intempe-  
 ratissimos, postremum legere:  
 Florea ferta, meum mel, & hæc tibi carmina dono.  
 Carmina dono tibi, ferta tuo genio:  
 Carmina, uti Critia lux hæc optata canatur,  
 Quæ his septena vere tibi remest;  
 Serta autem, ut lato tibi tempore tempora varient:  
 Astatu flores floribus ut decoret.  
 Tu mihi da contra pro verno flore tuum ver,  
 Ut nostræ exuperes munera muneribus.  
 Pro imploratis fertis, complexum corpore redde:  
 Proque rosas, oris saucia purpureas.  
 Quod si animum inspires, dona & iam carmina nostra  
 Cedent victa tuo dulciloquo calamo.

32  
 Habes crimen meum, Maxime, quasi improbi com-  
 missatoris, de fertis & canticis compositum. Hic  
 illud etiam reprehendi animaduertisti, quod eum  
 aliis nominibus pueri vocentur, ego eos Charinum  
 & Critiam appellitarim. Eadem igitur opera accu-  
 sent C. Catullum, quod Lesbiam pro Clodia no-  
 minarit: & Tiedam similiter, quod quæ Metella  
 erat, Perillam scripserit: & Propertium, qui Cyn-  
 thiam dicat, Hostiam dissimulet: & Tibullum,  
 quod ei sit Plania in animo, Delia in versu: & qui-  
 dem C. Lucillum, quamquam sit Iambicus, tamen  
 improbarim, quod Gentilem & Macedonem pue-  
 ros directis nominibus carmine suo prostituerit.  
 Quanto modestius tandem Mantuanus poeta, qui  
 itidem ut ego, puerum amici sui Pollionis Bucoli-  
 co ludicro laudans, & abstinens nominum, sese qui-  
 dem Corydonem, puerum verò Alexin vocat? Sed  
 Emilianus, vir ultra Virgilianos opiliones & bub-  
 sequas rusticanus, agrestis quidem semper & bar-  
 barus,



barus, verum longe austerior, ut putat, Serranis & Cuius & Fabricius, negat id genus vetus Platonico Philosopho competere. Etiamne Anuliane, si Platonis ipsius exemplo doceo factos: cuius nulla carmina extant, nisi amoris elegia, nam cetera omnia, credo quod tam lepida non erant, igni deussit. Disce igitur versus Platonis Philosophi in puerum Albera: si tamen tantus natu potes litteras discere.

Ασπρας ειπ. Τρεϊς. ἀσπρῆ ἐμὲ ἰδὲ ζυγοῖσιν  
 Οὐ γὰρ δὲ, ὡς πολλοῖς ὀμμασιν εἰς σὲ ῥέπει.

Astra vides. utinam fiam, mi sidus, Olympus,  
 Ut multus sis te luminibus videam.

Ασπρῶν πρὶν ἄλλῃ ἰ. ἀμπερῆ ἰνὶ ζωοῖσιν ἰδῶσιν.  
 Νόη. Ἡ θάρσον λάμπερῆς ἔσπερος ἰν φθιάνουσε.

Lucifer ante meus tuculans mortalibus Aster:  
 Hesperus à fato manibus ecce nitens!

Item eiusdem Platonis, in Alexin Phædrumque pue-  
 ros, in continuo carmine:

Νοῦ ὅτι μοῦδ' ἂν Ἀλεξίς ὅσον μάθων εἴφ' ὅτι καλῶς  
 ὤπται, καὶ πάντῃ πάρεπε ἰπισρήφεται.

Θυμῆ, φέ. ἀμύσει κυσιν ὄσῳ, ἢ τ' ἀμύσει  
 Τρεῖσιν ἔχ' ἔτω Φαῖδρον ἄπυλῆσται;

Dixerit hic tantum oim nil nisi pulcer Alexia  
 Exiit, & vertunt quilibet in te oculos.

Cui animo si canibus monstras, assicisquæ doloris  
 Postmodò? non Phædrum sic prius amissimus!

Et, ne plures commemorem, nouissimum versam  
 eius de Dionè Syracusano si dixero, finem faciam.

Κεῖσθ' εὐρυχόρῃ ἰν πετρῆσιν, τίμιος ἄστυς,  
 ὃ ἔμὸν ἰκμήνας θυμὸν ἔργων Δίωτ.

Ciuius ingenti in patria laudate iaces nunc,  
 Qui insanum me animi reddis amore Dion.

Sed summe ego ineptus, qui hæc etiã in iudicio? an

vos potius calumniosi, qui etiã hæc in accusatione,

quali vllum specimen morum sit, versibus ludere.

Catullum ita respondentem maliuolis nō legistis?  
 Nam castum esse decet pium poetam

Ipsum, versiculos nihil necesse est.

Dique

Divus Hadrianus, cum Voconij amici sui poetæ tumulum versibus veneraretur, ita scripsit:

*Lascivus versu, mente pudicus eras.*

Quod nūquam ita dixisset, si forent lepidiora carmina, argumentum impudicitia habenda. Ipsius etiam divi Hadriani multa id genus legere me meministi. Audebis igitur Æmiliane dicere, malè id fieri, quod Imperator, & Divus, & Censor Hadrianus fecit, & factum memoriae reliquit. Ceterum Maximum quidquam putas culpaturum, quod sciat Platonis exemplo à me factum? Cuius versus, quos nunc percensui, tanto sanctiores sunt, quāto apertiores: tanto pudicitius compositi, quanto simplicius professi. Namque & id genus omnia dissimulare & occultare, peccantis: profiteri & promulgare, ludentis est. Quippe natura, vox innocentia, silentium maleficio distributa. Mitto enim dicere alta illa & diuina Platonica, rarissima cuique piorum gnara, ceterum omnibus profanis incognita: geminam esse Venerem deam, proprio quamque amore & diversis amatoribus pollentis. Earum alteram vulgariam, quæ sit percita populari amore, non modo humanis animis, verum etiam pecuinis & ferinis ad libidinem imperitare, ut in modico truci que percussorum animalium serua corpora complexu vincientem: alteram verò castam Venerem, prædita quæ sit optimæ amore, solis hominibus, & eorum paucis curare, nullis ad turpitudinem stimulis vel illecebris sectatores suos percellentem. Quippe eius amore non amœnum & lascivium, sed contra incomptum & serium pulcritudine honestatis virtutis amatoribus suis conciliare: & si quando decora corpora commēdet, à contumelia eorum procul absterrere. Neque enim quidquam aliud in corporum forma diligendum, quā quod admoneat diuinos animos eius pulcritudinis, quā prius veram & sinceram inter Deos videre. Quapropter, ut semper, eleganter Afranius hoc scriptum reliquit,

*Amabile*

*Amabit sapiens, cupient ceteri.*

Attamen si audire verum velis Æmiliane, vel si hæc intelligere vñquam potes: non tam amat sapiens, quàm recordatur. Da igitur veniam Platoni Philosopho versuum eius de amore; ne ego necesse habeam, contra sententiam Neoptolemi Enniani, pluribus philosophari. vel si tu id non facis: ego me facile patiar in huiusmodi versibus culpari cù Platone. Tibi autem Maxime habeo gratiam propensam, cùm has quoq; appendices defensionis meæ, iccirco necessarias, quia accusationi rependuntur, tam attentè audis: & ideo hoc etiam peto, quod mihi ante ipsa crimina superest, audias, vt adhuc fecisti libenter & diligenter. Sequitur enim de Speculo, longa illa & censoria oratio, de quo pro rei atrocitate pænè disruptus est Pudens, clamitans: *Habet speculum Philosophus, Possidet speculum Philosophus.* Vt igitur habere concedam, ne aliquid obiecisse te credas, si negaro: non tamen ex eo accipi me necesse est exornari quoq; ad speculum solere. Quid enim si choragium Thymelicum possiderem; num ex eo argumentarè etiam, vti me consuesse Tragœdi sirmate histrionis: crotaloue ad Trieterica Orgia; mimi centunculo? Non opinor. Nam & contra plurimis rebus possessu careo, vsu fruor. Quod si neque habere vtendi argumentum est, neque non vtendi non habere: & speculi non tam possessio culpatur, quàm inspectio; illud etiam doceas necesse est, quando, & quibus presentibus, in speculum inspexerim. quoniam, vt res est, maius piaculum decernis, speculum Philosopho, quàm Cereris mundum profano videre. Cedo nûc, etsi inspexisse me fateor, quod tamen crimen est imaginem suam nosse? eamq; non vno loco conditam, sed quoquò velis paruo speculo promptam gestare? An tu ignoras, nihil esse aspectabilius homini nato, quàm formam suam? Equidem scio & filiorum cariores esse, qui similes videntur: & publicitus simulacrum suum enique, quod videat,

R

pro

pro meritis præmio tribui. Aut quid sibi statuat & imagines variis artibus effigiatae volunt? nisi forte quod artificio elaboratum laudabile habetur, hoc natura oblatum culpabile iudicandum est: cum sit in ea vel magis miranda & felicitas & similitudo? Quippe in omnibus manu faciundis imaginibus opera diutino sumitur, neque tamē similitudo æquē ac in speculis comparet. Deest enim & luto vigor, & saxo color, & picture rigor; & motus omnibus, qui præcipua fide similitudinem repræsentat. Cum in eo visitur imago miræ relata, ut similis, ita mobilis, & ad omnem nutum hominis sui morigera: eadem semper contemplantibus æquæ est, ab ineunte pueritia, ad obeuntē senectam. tot ætatis vices induit, tam varias habitudines corporis participat: tot vultus eiusdem lætantis vel dolentis imitatur. Enimvero quod luto fictum, vel ære infutum, vel lapide incisum, vel cera inustum, vel pigmento illitum, vel alio quopiam humano artificio adsimilatum est, non multa intercapedine temporis dissimile redditur: & ritu cadaueris, vnum vultum & immobilem possidet. tantum præstat imaginis artibus ad similitudinem referendum, læuitas illa speculi fabra, & splendor opifex. Aut igitur vnius Agessilai Lacedæmonij sententia nobis sequenda est, qui se neque pingi neque fingi vquam, diffidens formæ suæ, passus est: aut si mos omnium ceterorum hominum remendus videtur, in statuis & imaginibus non repudiandis; cur existimes imaginem suam cuique visendam potius in lapide, quam in argento? magis in tabula, quam in speculo? An turpe arbitraris, formam suam spectaculo assiduo explorare? An non Socrates Philosophus vltro etiam suasisse fertur discipulis suis, crebro ut semet in speculo contemplarentur? vbi qui eorum foret pulcritudine sibi complacitus, impendio procuraret, ne dignitatem corporis malis motibus dedecoraret: qui vero minus se commendabilem forma putaret, sedulo operam daret, ut virtutis

virtutis laude turpitudinem tegevet. Adeo vir omnium sapientissimus speculo etiam ad disciplinam morum utebatur. Demosthenem vero, primum dicendi artificem, quis est qui non sciat, semper ante speculum, quasi ante magistrum, causas meditari? ita ille summus orator, cum a Platone Philosopho facundiam hausisset, ab Ebulide dialectico argumentationes edidicisset, novissimam pronuntiandi congruentiam ab speculo petiuit. Vtrum igitur putas maiorem curam decoris in adseueranda oratione suscipiendam Rherori iurganti, an Philosopho obiurganti? apud iudices forte ductos paulisper disceptanti, an apud omnes homines semper dissidenti? de finibus agrorum litiganti, an de finibus bonorum & malorum docenti? Quid? quod nec ob hæc debet tantummodo Philosophus speculum inuisere. Nam sæpe oportet non modo similitudinem suam, verum etiam similitudinis ipsius rationem considerare: Num, ut ait Epicurus, profectæ à nobis imagines, velut quædam exuvia, iugi fluore à corporibus manantes, cum leue aliquid & solidum offenderunt, illis reflectantur, & retro expressæ cõtrouersim respondeant: an uti alij Philosophi disputant, radij nostri, seu mediis oculis proliquati, & lumini extrario mixti, atque muniti, uti Plato arbitrat; seu tantum oculis profecti, sine villo foris admiculo, ut Architas putat; seu intentu aëris fracti, ut Stoici sentit, cum alicui corpori incidere spisso & splendido & læui, paribus angulis, quibus inciderant, resultent ad facies suas reductes; atque ita quod extrâ tangunt ac visant, id intra speculum imaginentur. Videnturne vobis debere Philosophi hæc omnia vestigare & inquirere, & cuncta specula vel vda vel suda soli videre? Quibus præter ista quæ dixi, etiam illa ratiocinatio necessaria est, cur in planis quidem speculis fermè pares obtutus & imagines videantur; in tumidis vero & globosis omnia defectiora:

at contrâ in cauis auctiora : vbi , & cur læua cum dexteris permutantur : quando se imago eodem speculo tum recondat penitus , tum foras exerat : cur caua specula , si exaduersum Soli retineantur , appositum fomitem accendunt ? qui fiat , vti ar- quus in nubibus , variè duo Soles a mula similitu- dine visantur ? Alia præterea eiusdemodi plurima , quæ tractat volumine ingèti Archimedes Syracu- sanus , vir in omni quidè Geometria multum ante alios admirabili subtilitate : sed haud sciam , an propter hæc vel maximè memorandus , quòd in- spexerat speculum sæpe ac diligenter . Quem tu li- brum Amiliane , si nosles ; non modò campo & glebis , verùmetiã abaco & puluisculo te dedisses . Mihi istud crede , quamquam terribilissimum os tuum minimum à Thyesta tragico demutet , tamen pro- fectò , discendi cupidine , speculum inuiseres : & ali- quando , relicto aratro , mirarèse tot in facie tua sulcos rugarum . At ego non mirer , si boni consulis me de isto distortissimo vultu tuo dicere , de mori- bus tuis multo truculentioribus reticere ? Ea res est , præterquàm quòd non sum iurgiosus , etiã libenter te , nuper vsque , albus an ater esses ignoravi . ad- huc hercle non satis noui . Id adeò factum , quòd & tu rustificando obscurus es , & ego discendo occu- patus . ita & tibi vmbra ignobilitatis approbato- re obstitit : & ego numquam studui malefacta cuiusquã cognoscere ; sed semper potius duxi mea peccata tegere , quàm aliena indagare . Igitur hoc mihi aduersum te vsuuenit , quod qui fortè con- stitit in loco lumine conlustrato , atque eum alto- è tenebris prospectat . Nam ad eundem modum tu quidem quid ego in ptopatulo & celebri agam , facilè è tenebris tuis arbitraris : cùm ipse humili- tate abdita & lucifuga , non sis mihi mutus con- spiciuus . Ego adeò setuor . tu an abeas ad agrum co- lendum , an ipse mutuarias operas cum vicinis tuis cãbias , neq; scio neq; laboro . At tu me scis eadem die treis Oceæ manumisisse . idque mihi patronus

tuus inter cetera à te sibi edita obiecit. quamquam modico prius dixerat, me vno seruo comite Oecam venisse. Quod quidem velim mihi respondeas, qui potuerim ex vno treis manumittere, nisi & hoc Magicum est? Tantamne esse mentiendi cecitatem dicam, an cōsuetudinem? *Venit Apuleius Oecam cum vno seruo.* dein, pauculis verbis intergarritis: *Apuleius Oeca vna die treis manumisit.* Ne illud quidem credibile fuisset, cum tribus venisse, omnes liberasse. quod tamen si ita fecissem, cur potius treis seruos inopiæ signum putares, quàm treis libertos opulentiae? Nescis profectò, nescis Æmiliane, Philosophum accusare, qui famulitij paucitatem obprobarris: quam ego gloriæ causa ementiri debuissem. quippe qui scirem, non modò Philosophos, quorum me sectatorem fero, verùm etiam Imperatores populi Romani paucitate seruorum gloriatos. Itane tandem, ne hæc quidem legere patroni tui? M. Antonium consularem, solos octo seruos domi habuisse? Carbonem verò illum, qui rebus potitus est, vno minus? At enim Manio Curio, tot adoreis longè incluto, quippe qui ter triũphum vna porta egerit: ei igitur Manio Curio, duos solos in caltris calones fuisse? Ita ille vir de Sabinis, deq; Samnitibus, deque Pyrrho triumphator, pauciores seruos habuit, quàm triumphos. M. autem Cato nihil oppertus vt alij de se predicarent, ipse in Oratione scriptum reliquit, cum in Hispaniam consul proficisceretur, treis seruos solos ex vrbe duxisse, quoniam ad villam publicam venerat. parum visum qui vteretur. iussisse duos pueros in foro de mensa emi, eos quinq; in Hispaniam duxisse. Hæc Pudens si legisset, vt mea opinio est; aut omnino huic maledicto supersedisset: aut in tribus seruis multitudinem comitum Philosophi, quàm paucitatem reprehendere maluisset. Idem mihi etiam paupertatem obprobrauit, acceptum Philosopho crimen, & vltro profitendum. Enimverò paupertas olim Philosophiæ vernacula est: frugi, sobria,

paruo potens, æmula laudis, aduersum diuitias  
 possessa, habitu secuta, cultu simplex, consilio  
 benefuada. neminem vmquam superbia inflauit,  
 neminem impotētia deprauauit, neminem tyran-  
 nide efferauit. delicias ventris & inguinum neque  
 vult vllas, neque potest. Quippe hæc & alia fla-  
 gitia, diuitiarum alumni sunt. Maxima quæque  
 scelera si ex omni memoria hominum percenseas,  
 nullum in illis pauperem reperies: vbi contra hanc  
 temerè inter illustres viros diuites comparent. sed  
 quemcunque in aliqua laude miramur, cum pau-  
 pertas ab incunabulis nutrita est. Paupertas  
 inquam, prisca apud secula omnium ciuitatum  
 conditrix, omnium artium repertrix, omnium  
 peccatorum inops, omnis gloriæ munifica, cun-  
 ctis laudibus apud omnes nationes perfuncta. Ea-  
 dem enim est paupertas apud Græcos in Aristide  
 iusta, in Phocione benigna, in Epaminūda strenua,  
 in Socrate sapiens, in Homero diserta. Eadem pau-  
 pertas etiam populo Rom. imperium à primordio  
 fundauit. proque eo in hodiernum Diis immorta-  
 libus simpulo & catino fictili sacrificat. Quod si  
 modò iudices de causâ illa sederent C. Fabricius,  
 Cn. Scipio, Manius Curius, quorum filia, ob pau-  
 pertatem, de publico dotibus donatæ ad maritos  
 ierunt, portantes gloriam domesticam, pecuniam  
 publicam: si Publicola regum exactor, & Agrippa  
 populi reconciliator, quorum funus, ob tenuis  
 opes, à populo Romano collatis sextantibus ador-  
 natum est: si Attilius Regulus, cuius agellus ob si-  
 milem penuriam publica pecunia cultus est: si de-  
 nique omnes illæ veteres profapix Consulares &  
 Censuræ & triumphales, breui vsura lucis ad iudi-  
 ciū istud remissæ audirent: auderēsne paupertatem  
 Philosopho exprobrare, apud tot Consules paupe-  
 res? An tibi Claudius Maximus idoneus auditor  
 videretur ad irridēdam paupertatem, quod ipse vbe-  
 rem & prolixam rem familiarem sortitus est? Er-  
 ras Emiliane; & longè huius animi frustra es, si  
 cum



eum ex Fortunæ indulgentiâ, non ex Philosophiæ censura metiris: si virum tam austeræ sectæ, tamque diutinæ militiæ non putas amicitiore esse coercitæ mediocritati, quàm delicatæ opulentiæ: Fortunam, velut tunicam, magis concinnam quàm longam probare. quippe etiam ea si non gestetur, & trahatur, nihilo minus quàm lacinia præpendens impedit, & præcipitat. Etenim omnibus ad vitæ munia vtendis, quidquid aptam moderationem supergraditur, oneri potius quàm vsui exuberat. Igitur & immodicæ diuitiæ, velut ingētia & enormia gubernacula, facilius mergunt quàm regunt: quod habent irritam copiam, noxiam nimietatem. Quin ex ipsis opulentioribus eos potissimum video laudari, qui nullo strepitu, modico cultu, dissimulatis facultatibus agunt: & diuitias magnas administrant sine ostentatione, sine superbia, specie mediocritatis pauperum similes. Quod si etiam ditibus ad argumentum modestiæ quaeritur imago quæpiâ & color paupertatis: cur eius pudeat tenuiores, quod ea non simulata, sed verè fungimur? Possum quidem tibi & ipsius nominis controuersiam facere: neminem nostrum pauperem esse, qui superuacanea nolit, postulat necessaria. quæ natura oppidò pauca sunt. Namque is plurimum habebit, qui minimum desiderabit. Habebit enim quantum volet, qui volet minimum. Et iccirco diuitiæ non melius in fundis & in fœnore, quàm in ipso hominis æstimantur animo. qui si est auaritia egenus, & ad omne lucrum inexplebilis; nec montibus aurum satiabitur, sed semper aliquid, antè parta vti augeat, mendicabit. Quæ quidem vera confessio est paupertatis. Omnis enim cupido acquirēdi ex opinione inopiæ venit. Nec refert quàm magnum sit quod tibi minus est. Non habuit tantam rem familiarem Philus, quantam Lælius: nec Lælius, quantam Scipio: nec Scipio, quantam Crassus diues: ac enim nec Crassus diues, quantum volebat. Ita cum omneis superaret, à suamet auaritia superatus

est: omnibusq; potius diues visus est, quàm sibi. At  
 contrà hi Philosophi quos cōmemoravi, non vltra  
 volentes quàm poterant, sed congruentibus, desi-  
 deriis & facultatibus, iurè meritoque dites & bea-  
 ti fuerunt. Pauper enim his appetēdi egestate, diues  
 non egendi satietate, quippe qui inopia, desiderio,  
 opulencia, fastidio cernuntur. Igitur Emiliane,  
 si pauperem me habere vis, prius auatum esse do-  
 ceas necesse. Quòd si nihil in animo deest: de rebus  
 extraneis quantum desit non laboro: quantum neq;  
 laus in copia, neque culpa in penuria consistit.  
 Sed finge hæc aliter esse; ac me ideo pauperem,  
 quia mihi Fortuna diuitias inuidit; easq;, vt ferme  
 euenit, aut tutor imminuit, aut inimicus eripuit,  
 aut pater non reliquit; hocine homini obpro-  
 brari, pauperiem, quod nulli ex animalibus vitio  
 datur? non aquilæ, non tauro, non leoni. Equus  
 si virtutibus suis polleat vt sit æquabilis vector, &  
 cursor pernix; nemo ei penuriam pabuli expro-  
 brat: tu mihi vitio dabis, non facti vel dicti ali-  
 cuius prauitatem; sed quòd viuo gracili Lare, quòd  
 pauciores habeo, parcus pascō, leuius veltio,  
 minus obsono? Atqui ego contrà, quantula cunque  
 tibi hæc videntur, multa etiam, & nimia arbitror,  
 & cupio me ad pauciora coërcere: tanto beator  
 futurus, quanto collectior. Namque animi, ita vt  
 corporis, sanitas expedita; imbecillitas laciniosa  
 est: certumq;, signum est infirmitatis, pluribus indi-  
 gere. Profsus ad viuendum, velut ad natandum, is  
 melior, qui onere liberior. Sūt enim similiter etiam  
 in ista vita humana tempestates: leuia sustentatui,  
 graua demersui. Equidem didici, ea re præce-  
 dere maximè Deos hominibus, quòd nulla re ad  
 vsum sui indigeant. Igitur ex nobis, cui quàm  
 minimis opus sit, eum esse Deo similiorem. Pro-  
 inde gratum habitum, ad contumeliam diceretis,  
 rem familiarē mihi peram & baculum fuisse, quòd  
 vtinam tantus animi forem, vt præter eam supel-  
 lectilem nihil quidquam requirerem; sed eundem  
 ornatum

ornatum dignè gestarem, quem Crates vltro diuitiis abiectis appetiuit! Crates inquam, siquid credis Æmiliane, vir domi inter Thebanos proceres diues, & nobilis; amore huius habitus quem mihi obiectas, rem familiarem largam & vberem populo donauit. multis seruis à sese remotis solitatem delegit: arbores plurimas & frugiferas præ vno baculo spreuit: villas ornatissimas vna perula mutauit. quâ postea, comperta utilitate, etiam carmine laudauit, flexis ad hoc Homericis versibus, quibus ille Cretam insulam nobilitat. Principium dicam; ne me hæc ad defensionem putes confluxisse:

Κρήτη περ γαῖ' ἐστὶ μέγιστ' ἐν ὀνόματι πόσις

Καλὴ καὶ πωλεῖται περίρρυτος.

Iam cetera tam mirifica, quæ si tu legisses, magis mihi peram, quàm nuptias Pudentillæ inuidisses. Peram & baculum tu Philosophis exprobrares? igitur & equitibus faleras, & peditibus clypeos, & signiferis vexilla, & denique triumphantibus quadrigas albas & togam palmatam. Non sunt quidem ista Platonicæ sectæ gestamina, sed Cynicæ insignia familiæ. Verumtamen hæc Diogeni & Antistheni pera & baculus, quod Regibus diadema, quod Imperatoribus paludamentum, quod Pontificibus galerum, quod lituum Auguribus, Diogenes quidem Cynicus, cum Alexandro Magno de veritate regni certabundus, baculo sceptri vicè gloriabatur. Ipse denique Hercules inuictus, quoniam hæc tibi vt quædam mendicabula animi sordent, ipse inquam Hercules lustrator orbis, purgator ferarum, gætium domitor: is tamen Deus cum terras peragraret, paulo prius quàm in cælum ob virtutes ascitus est, neque vna pelle vestitior fuit, neque vno baculo comitator. Quod si hæc exèpla nihili putas, ac me non ad causam agendam, verùm ad censum disserendum vocasti; ne quid tu rerum mearum nescias, si tamen nescis, profiteor mihi ac fracti meo relictum à patre H S. vicies, paulo secus:

idque à me longa peregrinatione, & diutinis studiis, & crebris liberalitatibus modicè imminutum. Nam & amicorum plerisque opem tuli, & magistris plurimis gratiam retuli, quorumdam etiam filias dote auxi. neque enim dubitarem equidem vel vniuersum patrimonium impendere, vt adquirerem mihi, quod maius est contemptu patrimonij. Tu verò *Emiliane*, & id genus homines, vti tu es, inculti & agrestes, tanti reuera estis, quantum habetis: vt arbor infecunda & infelix, quæ nullum fructum ex sese gignit, tãti est in pretio, quanti lignum eius in trunco. Attamen parce postea, *Emiliane*, paupertatem cuiquam obiectare, qui nuper vsque agellum *Zarathensem*, quem tibi vnicum pater tuus reliquerat, solus vno asello ad tempestiuum imbrem, triduo exarabas. Neque enim diu est, cùm te crebræ mortes propinquorum immeritis hereditatibus fulserunt. Vnde tibi potius, quàm ob istam teterrimam faciem, *Charon* nomen est? De patria mea verò, quòd eam sitam *Numidia* & *Gatulia* in ipso confinio, meis scriptis ostendi: scis quibus memet professus sum, cùm *Lolliano Auito* c. v. præsentè publicè differerem, *Seminumidam* & *Semigætulum*. Non video, quid mihi sit in ea re pudendum: haud minus quàm *Cyro* maiori, quòd genere mixto fuit *Semimedus* ac *Semiperfa*. Non enim vbi prognatus, sed vt moratus quisque sit, spectandum: nec qua regione, sed qua ratione vitam viuere inierit, considerandum est. *Olitori* & *cauponi* meritò est concessum, olus & vinum ex nobilitate soli commendare: vinum *Thasium*, olus *Phliasium*. Quippe illa terra alumna multum ad meliorem saporem iuuerit, & regio fecunda, & cælum pluuium, & ventus clemens, & *Sol* apricus, & solum succidum. Enimverò animo hominis extrinsecus in hospitium corporis immigranti, quid ex istis addi vel minui ad virtutem vel malitiam potest? Quando non in omnibus gentibus varia ingenia prouenere? quamquam

quam videantur quædam stultitia vel solertia insigniores. Apud socordissimos Scythas, Anacharsis sapiens natus est: apud Athenienses catos, Miletides fatuus. Neque hoc eò dixi, quò me patriæ meæ pæniteret; etsi adhuc Syphacis oppidum essemus. quo tamen victo, ad Masinissam regem concessimus, munere populi: ac deinceps, veteranorum militum nouo condita, splendidissima colonia sumus. in qua colonia patrem habui loco principe Duumviralem, cunctis honoribus perfunctum. Cuius ego locum in ea republ. exinde, vt participare curiam cœpi, nequaquam degener, pari spero honore & existimatione tueor. Cur ergo illa protuli? vt mihi tu, Æmiliane, minus posthac succenseas: potiusque vt veram impertias, si per negligentiam fortè non elegi illud tuum Atticum Zarat, vt in eo nascerer. Nõne vos pudicum est, hæc crimina, tali viro audiente, tam asseueranter obiectare? friuola & inter se repugnantia simul promere? & vtraque tamen reprehendere? At non contraria accusatis? peram & baculum, ob auctoritatem: carmina & speculum, ob hilaritatem: vnum seruum, vt deparci; treis libertos, vt profusi? præterea eloquentiam Græcam, patriam barbaram? Quin igitur tandem expergiscimini, ac vos cogitatis apud Claudium Maximum dicere, apud virum seuerum, & totius prouinciæ negotiis occupatum? Quin inquam vana hæc conuicia aufertis? quin ostenditis, quod insimulauistis, scelera immunia, & inconcessa maleficia, & arteis nefandas? Cur vestra oratio rebus flaccet, strepitu viget? Aggredior enim iam ad ipsum crimen Magiæ, qua ingenti tumultu, ad inuidiam mei, accensum, frustrata expectatione omnium, per nescio quas anileis fabulas delagauit. Ecquandõne vidisti Maxime, flammam stipula exortam, claro crepitu, largo fulgore, cito incremento? sed enim materia leui, caduco incendio, nullis reliquiis? Hem tibi illa accusatio iurgis

luta,

inuita, verbis aucta, argumentis defecta, nullis post sententiam tuam reliquiis calumniae permansura, quae quidem omnis Emiliano fuit in isto vno delinata, me Magum esse. & ideo mihi libet quaerere, ab eruditissimis ei aduocatis, quid sit Magus. Nam si, quod ego apud plurimos lego, Persarum lingua Magus est, qui nostra sacerdos; quod tandem est crimen, sacerdotem esse? & rite nosse, atque scire, atque callere, leges ceremoniarum, fas factorum, ius religionum? Si quidem Magia id est, quod Plato interpretatur θεῶν θεραπείαν, cum commemorat, quibusnam disciplinis puerum regium adulescentem Persae imbuat. Verba ipsa diuini viri meminimus, quae tu necum Maxime recognosce, dicentia: *Ἰς ἐπὶ τὰ θεῶν γενεαίμων ἐτῶν τῶν παῖδά παραλαμβάνουσι πούς ἐκείνοι βέλτερος παιδαγωγὸς ἐπιούσῃσιν. εἰσὶ δὲ ἐξελεγμένοι πρὸς αὐτῶν οἱ ἀριστοὶ δόξαντες ἐν ἡλικία τέτλας. ὁ, τὸ σωφρότατος, κὶ ὁ δειξιότατος, κὶ ὁ σωφροσύνατος, κὶ ὁ ἀνδρείότατος. ὧν ὁ μὲν μαγείαν τε διδάσκει τῷ Ζωροάστρου, τοῦ Πρωμάχου, ἐστὶ δὲ τῆσθε θεῶν θεραπεία. διδάσκει δὲ κὶ τὰ βασιλικά.* Auditisne Magiam, qui eam temere accusatis, artem esse Diis immortalibus acceptam, colendi eos ac venerandi pergnaram, piam scilicet, & diuiniuicentem, iam inde a Zoroastre & Oromazo auctoribus suis nobilem, caelitum antistitam? quippe inter prima regalia docetur. nec ulli temere inter Persas concessum est Magum esse, haud magis quam regnare. Idem Plato in alia sermocinatione, de Zamolxi quodam Thraci generis, sed eiusdem artis viro, ita scriptum reliquit:

\* \* \* \* \*

Quod si ita est, cur mihi nosse non liceat vel Zamolxi bona verba, vel Zoroastri sacerdotia? Sin vero, more vulgari, cum isti proprie Magum existimant, qui communione loquendi cum Diis immortalibus, ad omnia quae velit incredibilia quaedam vi cautantinum polleat, oppido miror, cur accusare non timuerint, quem polle tantum fatentur.

Neque

Neque enim tam occulta & diuina potentia caueri potest, itidem vt cetera. Sicarium qui in iudicium vocat, comitatus venit: qui venenarium accusat, scrupulosius cibatur. qui furem arguit, sua custodit. Enimvero qui Magum, qualem isti dicunt, in discrimen capitis deducit, quibus comitibus, quibus scrupulis, quibus custodibus perniciem cæcam & ineuitabilem prohibeat? nullis scilicet. & ideo id genus crimen non est eius accusata, qui credit. Verum hæc fermè communi quodam errore imperitorum Philosophis obiectantur: vt partim eorum qui corporum causas meras & simplicis rimantur, irreligiosos putent, eosque aiunt Deos abnuetos: vt Anaxagoram, & Leucippum, & Democritum, & Epicurum, ceterosque rerum nature patronos: partim autem, qui Prouidentiam mundi curiosius vestigant, & impensius Deos celebrant, eos verò vulgò Magos nominent: quasi facere etiam sciant, quæ sciant fieri: vt olim fuere Epimenides, & Orpheus, & Pythagoras, & Ostances. Ac dein similiter suspecta est Eocli Cathorino, Socrati Dæmonion Platonis, τὸ ἀγαθόν. Gratulor igitur mihi: cum & ego tot & tantis viris adnumeror. Ceterum quæ ab illis ad ostendendum crimen obiecta sunt vana & inepta & simplicia, vereor ne ideo tantum crimina putes, quod obiecta sunt. Cur, inquit, piscium quadam genera quasisti? Quasi id cognitionis gratia Philosopho facere non liceat, quod luxurioso gula causa liceret? Cur mulier libera tibi nupsit post annos tredecim viduitatis? Quasi non magis mirandum sit, quod tot annis non nupsit. Cur prius quam tibi nuberet, scripsit nescio quid in epistola, quod sibi videbatur? Quasi quisquam debeat causas alienæ sententiæ reddere. Aterim maior natu non est iuuenem aspernata. Igitur hoc ipsum argumentum est, nihil opus Magia fuisse, vt nubere vellet mulier viro, vidua cælibi, maior iuniori. Iam & illa similia: Habes quiddam Apuleius domi, quod sanctè colis. Quasi non id potius crimen sit, quod colas non habere. Cecidis

prosen-

*presente Apuleio puer.* Quid enim si iuuenis, quid si etiam senex adfuit me corruisset? vel morbo corporis impeditus, vel lubrico soli prolapsus? Hic ne argumētis Magiam probatis; casu puerili, & matrimonio mulieris, & obsonio piscium? Possent equidem bono periculo, vel his dictis contentus, perorare. Quoniam tamē mihi pro accusationis longitudine largiter aquæ superest; cedo, si videtur, singula cōsideremus. Atque ego omnia obiecta, seu vera, seu falsa sint, nō negabo; sed perinde atque si facta sint fatebor; ut omnis ista multitudo, quæ plurima vndique ad audiendum conuenit, aperte intelligat, nihil in Philosophos non modò vere dici, sed ne falsò quidem posse conungi; quod nō ex innocentia fiducia, quamuis liceat negare, tamen habeant potius defendere. Primum igitur argumēta eorum conuincam, ac refutabo nihil ea ad Magiam pertinere: deinde, etsi maxime Magus forem; tamen ostendam, neque causam ullam, neque occasionem fuisse, ut me in aliquo maleficio expetirentur. Ibi etiā de falsò inuidia, deque epistolis mulieris perperā lectis, & nequius interpretatis, deque matrimonio meo ac Pudentille disputabo, idque a me susceptum officij gratia, quam lucri causa, docebo. Quod quidem matrimonium nostrum Amiliano huic, immanē quanto angore, quantaque inuidia fuit, inde omnis huiusce accusationis obeunda ira & rabies, & denique infania exorta est. Quæ si omnia palam & dilucide ostendero, tunc denique te, Claudii Maxime, & omnes qui adsunt cōtestabor, puerum illum Siciuium Pudentem priuignum meum, cuius obtentu & voluntate a patruo eius accusor, nuperrime curæ meæ ereptum, postquam frater eius Pontianus & natu maior, & moribus melior, diē suum obiit: atque ita in me ac matrem suam nefariē efferatum, non mea culpa, desertis liberalibus studiis, ac repudiata omni disciplina, scelestis accusationis huius rudimentis, patruo Amiliano potius quam fratri Pontiano similem futurum.



futurum. Nunc, ut institui, proficiscar ad omnia Æmiliani huiusce deliramenta, orsus ab eo, quod ad suspicionem Magiæ, quasi validissimum in principio dici animaduertisti, nonnulla me piscium genera per quosdam piscatores pretio quæsisse. Vtrum igitur horum ad suspectandam Magiam valet? quod ne piscatores mihi piscem quæsierunt? scilicet ergo phrygionibus aut fabris negotium istud dandum fuisse: atque ita opera cuiusque artis permutanda, si vellem calumnias vestras vitare; ut faber mihi piscem, ut piscator mutuo lignum dedolaret? An ex eo intellexistis maleficio quæri pisciculos, quod pretio quærebantur? Credo si conuiuio vellem, gratis quæsissem. Quin igitur etiam ex aliis plerisque me arguitis? Nam sepe numero & vinum, & olus, & pomum & panem pretio mutavi. Eo pacto cupediariis omnibus famem decernis. Quis enim ab illis obsonare audebit? siquidem statuitur, omnia edulia, quæ de penso parantur, non cæna, sed Magiæ desiderati. Quod si nihil remanet suspicionis, neque in piscatoribus mercede inuitatis, ad quod solent ad piscem capiendum, quos tamen nullos ad testimonium produxere, quippe qui nulli fuerunt; neque in ipso pretio rei venalis, cuius tamen quantitatem nullam taxauere, ne, si mediocre pretium dixissent, contemneretur: si plurimum, non crederetur: si in his, ut dico, nulla suspicio est? respondeat mihi Æmilianus, quo proximo signo ad accusationem Magiæ sit inductus. *Pisces*, inquit, *quærit*. Nolo negare. Sed oro te, qui pisces quærit, Magus est? Equidem non magis arbitror quam si lepores quærerem, vel apros, vel altilia. An soli pisces habent aliquid occultum aliis, seu Magis cognitum? Hoc si scis quid sit, Magus es profecto: sin nescis, confitearis necesse est, id te accusare, quod nescis. Tam rudes vos esse omnium litterarum, omnium denique vulgi fabularum, ut ne fingere quidem possitis ista verisimiliter? Quid enim cõperit ad amoris ardorem accendendum,

dum, piscis brutus & frigidus, aut omnino res pelago quaesita? Nisi forte hoc vos ad mēdacium induxerit, quod Venus dicitur pelago exorta. Audi sis Tantonī Pudens, quā multa nescieris, qui de piscibus argumentum Magiæ recepisti. At si Virgilium legisses; profectō scisses, alia quæri ad hanc rem solere. Ille enim, quantum scio, enumerat vitas molles, & verbenas pingueis, & thura mascula, & licia discolora: præterea laurum fragileni, limum durabilem, ceram liquabilem: nec minus, quæ iam in opere serio scripsit,

*Falcibus & messe ad Lunam quaruntur alienis*

*Pubentes herba, nigri cum lacte veneni.*

*Quaritur & nascentis equi de fronte reuulsus*

*Et matri præruptus amor.*

At tu piscium insimulator, longè diuersa instrumenta Magis attribuis: non frontibus teneris detergenda, sed dorsis squallentibus excindenda: nec fundo reuellenda, sed profundo extrahenda: nec falcibus metenda, sed hamis inuncanda. Postremò, in maleficio ille venenum nominat, tu pulmētum: ille herbas & surculos, tu squamas & ossa: ille prætum decerpit, tu fluctum scrutaris. Memorassem tibi etiam Theocriti paria, & alia Homeri, & Orphei plurima, & ex comædiis & tragædiis Græcis, & ex historiis multa repetissem; ni te dudum animaduertissem Græcam Pudentillæ epistolam legere requiuisse. Igitur vnum etiam poëtam Latinum attingam, versus ipsos, quos agnoscent qui Lælium legēte;

*Philtrea omnia vndique erunt.*

*Antipathes illud quaritur,*

*Trochiscis, ungues, senia,*

*Radicula, herba, surculi;*

*Aurea ilices, bichardila,*

*Hiuniensium dulcedines.*

Hæc & alia quæsisse me potius, quàm pisces, longè verisimilius confinxisses. His etenim fortasse per samam peruulgatam fides fuisset, si tibi vlla eru-  
dicio

ditio adfuisse. Enimvero piscis ad quam rem faciat captus, nisi ad epulas coctus? ceterum ad Magiam nihil. Quamquam videatur nihil adiutare, dicam unde id coniectem. Pythagoram plerique Zoroastri sectatorem, similiterque Magiæ peritum arbitrati, eum memoria prodiderunt, cum animaduertisset proximè Metapontum, in littore Italiae suæ, quam subsiciam Græciam fecerat, à quibusdam piscatoribus euerriculum trahi; fortunam iactus eius emisse: & pretio dato, iussisse illico pisces eos qui capti tenebatur, solui retibus, & reddi profundo. Quos scilicet eum de manibus amissurum non fuisse, si quid in his utile ad Magiam comperisset. Sedenim vir egregiè doctus & veterum emulador, meminerat Homerum poetam multiscium, vel potius cunctarum rerum adprimè peritum, vim omnem medicaminum non mari, sed terræ scripsisse: cum de quadam saga ad hunc modum memorauit:

\* \* \* \* \*

Itemque alibi carminum similiter:

\* \* \* \* \*

Cum tamen numquam apud eum marino aliquo & pisculento medicauit: nec Proteus faciem, nec Vlysses scrobem, nec Æolus follem, nec Helena crateram, nec Circe poculum, nec Venus cingulum. At vos soli reperti estis ex omni memoria, qui vim herbarum, & radicum, & surculorum, & lapillorum, quasi quadam colluione naturæ, de summis montibus in mare transferatis, & penitus piscium ventribus insuatis. Igitur ut solebat ad Magorum ceremonias aduocari Mercurius carminum vector, & illex animi Venus, & Luna noctium conscia, & manium potens Triuia: vobis auctoribus, posthac Neptunus cum Salacia, & Portunus cum omni choro Nereidum, ab æstibus fretorum ad æstus amorum transferentur. Dixi cur non arbitrer quidquam negotij esse Magis & piscibus. Nunc, si videtur, credamus Æmiliano, solere pisces etiam ad Magicas potestates adiuuare. num ergo propterea,

S

qui-

quicumque piscem quærit, & ipse Magus est? Eo quidē pacto, & qui myoparones quæsierit, pirata erit: & qui vectē, perfossor: & qui gladiū, sicarius. Nihil in rebus omnibus tam innoxium dices, quin id possit aliquid aliquā obesse: nec tam lætum, quin possit ad tristitudinem intelligi. Nec tamen iccirco omnia ad nequiores suspicionem trahuntur, etsi thus & cassiam & myrrham, ceterosque id genus odores funeri tantum emptos arbitreris: cum & medicamento parentur, & sacrificio. Ceterum eodem piscium argumento, etiam Menelai socios putabis Magos fuisse, quos ait Poëta præcipuus, flexis hamulis apud Pharam insulam famem propulsa, etiam mergos, & delphinos, & scyllas, tu eodem referes: etiā gulones omnes, qui impenso pisces pretio à piscatoribus mercantur: etiam ipsos piscatores, qui omnium generum pisces arte anquirunt. Cur ergo & tu quæris? Nolo equidem, nec necessarium habeo tibi dicere: sed per te, si potes, ad hoc quæsisse me argue, ut si helleborum, vel cicutam, vel succum papaveris emissem, item alia eiusdem modi, quorum moderatus usus salutaris, sed commixtio vel quantitas noxia est: quis æquo animo pateretur, si me per hoc veneficij accesseres, quod ex illis potest homo occidi? Videamus tamen quæ fuerint piscium genera, tam necessaria ad habendum, tamq̃: rara ad repediendum, ut merito statuto præmio quæreretur. Tria omnino nominauerant: vnum falsi, duo mentiti. Falsi, quod leporem marinum fuisse dixerunt, qui alius omnino piscis fuit, quem mihi Themison seruus noster, medicinæ non ignarus, ut ex ipso audisti, ultro attulit ad inspiciendum. nam quidem Leporem nondū etiā inuenit. Sed profiteor me quærere & cetera, non piscatoribus modò, verùm etiam amicis meis negotio dato, quicumque minus cogniti generis piscis inciderit, ut eius mihi aut formam commemorent, aut ipsum viuū: si id nequicunt, vel mortuū ostendant, Quamobrem id faciam,

MOX

mox docebo. Mentiti autem sunt callidissimi ac-  
 cusatores mei, ut sibi videntur; cum me ad finem  
 caluniae confinxerunt, duas res marinas, impudicis  
 vocabulis quæsisse, quas Tannonius ille, cum veri-  
 usque sexus genitalia intelligi vellet, sed eloqui pro-  
 pter infantiam caudidicus summus nequiret; mul-  
 tum ac diu hæsitato, tandem *virile maximum*, nescio  
 qua circumlocutione malè ac sordidè nominavit.  
 Sedenim feminal nullo pacto reperiens munditer  
 dicere, ad mea scripta confugit, quia & è quodam  
 meo libro legit: *Interfaminium tegat, & femoris obiectus,*  
*& palma velamento.* Hic etiam, pro sua grauitate,  
 vitio mihi vortebat, quòd me nec sordidiora di-  
 cere honestè pigeret. At ego illi contrà iustius ex-  
 probrauerim, quòd qui eloquentiæ patrociniū  
 vulgò profiteatur, etiam honesta dictu sordidè  
 blatteret, ac sæpe in rebus nequaquam difficilibus  
 fringuliat, vel omnino obmutescat. Cedo enim, si  
 ego de Veneris statua nihil dixissem, neque inter-  
 feminium nominassem; quibus tandem verbis ac-  
 cusasses crimen illud, tam stultitiæ quàm linguæ  
 tuæ congruens? An quidquam stultius, quàm ex  
 nominum propinquitate vim similè rerum coniec-  
 tari? Et fortassean præcutè reperisse vobis videba-  
 mini? At quæsisse me fingeretis ad illecebras Ma-  
 gicas duo hæc marina, Veretillā, & Virginal. disce  
 enim nomina rerum Latina: quæ propterea variè  
 nominaui, ut deuò instructus accuses. Memento  
 tamen tam ridiculum argumentum fore, deside-  
 rata ad res Venereas marina obscena, quàm si di-  
 cas marinū pectineni comendo capillo quæsitum,  
 vel aucupandis volantibus piscem accipitem, aut  
 venandis apris piscem apriculum, aut eliciendis  
 mortuis marina caluaria. Respondeo igitur ad  
 hanc vestrum locum, non minus insulsè quàm ab-  
 surdè commentū, me hæc nugas marinas, & quis-  
 quilias littoraleis neque pretio neque gratis quæsisse.  
 Illud etiā præterea respondeo, nescisse vos, quid à  
 me quæsitum fingeretis. Hæc enim friuola, quæ  
 nominastis,

nominaſtis, pleraque in litoribus omnibus conge-  
ſſim & aceruatim iacēt, & ſine vllius opera, quam-  
libet leuiter motis flucticulis, vltro foras euol-  
nuntur. Quin ergo dicitis me eadem opera pretio  
impenſo per plurimos piſcatores queſiſſe de litore,  
conchulam litratam, teſtam hebetem, calculum  
teretem: præterea cancerorum furcas, echinotum  
calyculos, loliginum ligulas: poſtremò aſſulas,  
feſtucas, reſticulas, & oſtrea Pergami vermiculata:  
denique muſcum, & algam, & cetera maſis eiecta-  
menta, quæ vbique litorum ventis expelluntur,  
ſâlo expuuntur, tempeſtate recipiuntur, tran-  
quillo deferuntur. Neque enim minus iſtis, quæ  
commemorauimus, accommodari poſſunt, ſimiliter  
ex vocabulo ſuſpiciones. Poſſe dicitis ad res Ve-  
nereas ſumpta de mari ſputia & faſcina, propter  
nominum ſimilitudinē, quæ minus poſſit ex eodem  
litore calculus ad veſicam, teſta ad teſtamentum,  
cancer ad vlcera, alga ad querquerū? Ne tu Claudi  
Maxime nimis patiens vires, & oppidò proxima  
humanitate, qui hæc eorum argumentationes  
diu herclè perpeſſus ſis. Equidem cum hæc ab  
illis quaſi grauiâ & inuincibilia dicerentur, illo-  
rum ſtultitiâ ridebam, tuam patientiâ mirabar.  
Ceterum, quamobrem plurimos iam piſcis cogno-  
uerim, quorundam adhuc neſcius eſſe nolui, diſ-  
cat Æmilianus; quoniam uſque adeò rebus meis  
curat, quamquam eſt iam præcipiti æuo, & occi-  
dua ſenectute tamen ſi videtur, ſuſcipiat doctri-  
nam, ſeram planè, & poſtutam. Legat veterum  
Philoſophorū monumēta, tãdem vt intelligat, non  
me primùm hæc requiſiſſe, ſed iam pridem maiores  
meos, Ariſtotelem dico, & Theophrãſtū, & Eude-  
mum, & Lyconem, ceteroſque Platonis minores:  
qui plurimos libros de genitu animalium, de que  
victu, de que particulis, de que omni differentiâ  
reliquerunt. Bene, quòd apud te, Maxime, cauſa  
agitur, qui pro tua eruditione legiſti profeſſò Ari-  
ſtotelis *περὶ ζώων ἰστίων, περὶ ζώων ἀναπνεύστων, περὶ*  
*ζώων*

*Ἰσοπλάς* multiiuga volumina: præterea Proble-  
 mata innumera eiusdem: tum ex eadem secta ce-  
 terorum, in quibus id genus varia tractantur. Quæ  
 tanta cura conquisita, si honestum & gloriosum  
 fuit illis scribere, cur turpe sit nobis experiri? præ-  
 fertim cum ordinatius & cohibilius, eadem Græcè  
 & Latine adnitat conscribere, & in omnibus aut  
 omnia anquirere aut defecta supplere? Permittit,  
 si opera est, quædam legi de Magicis meis; ut sciat  
 me *Æmilianus*, plura, quam putat, querere, & se-  
 dulò explorare. Prome tu librum ex Græcis meis,  
 quos fortè hic amici habuere, seculique Natura-  
 lium *Quæstionum*: atque eum maximè, in quo  
 plura de piscium genere tractata sunt. Interea, dum  
 hic quarit, ego exemplum rei competens dixerò.  
*Sophocles* poëta *Euripidi* æmulus & superstes, vi-  
 xit enim ad extremam senectam: cum igitur accu-  
 saretur à filio suomet dementiæ, quasi iam per sta-  
 tem desperet; protulisse dicitur *Coloneum* suam,  
 peregregiam tragædiarum, quam fortè tum in eo  
 tempore conscribebat: eamque iudicibus legisse,  
 nec quidquam amplius pro defensione sua addi-  
 disse, nisi ut audacter dementiæ condemnarent, si  
 carmina senis displicerent. Ibi ego comperior, om-  
 nes iudices tanto poëtae adsurrexisse, miris laudi-  
 bus eum tulisse, ob argumèti solertiam, & cothur-  
 num facundiæ: nec ita multum omnis abfuisse,  
 quin accusatorem potius dementiæ condemna-  
 rent. Inuenisti tu librum? *Beasti*. Cedò enim expe-  
 riamur, an & mihi possint in iudicio litteræ meæ  
 prodesse. Lege pauca in principio, deinde quædam  
 de piscibus. At tu, interea dum legit aquam susti-  
 ne. Audiisti *Maxime*, quorum pleraque scilicet le-  
 geras apud antiquos *Philosophorum*. & memèto,  
 de solis piscibus hæc volumina à me conscripta;  
 qui eorum coitu progignantur; qui ex limo coa-  
 lescent; quoties & quid anni cuiusque eorum ge-  
 neris feminae subent, mares furiant; quibus mem-  
 bris & causis discreuerit natura viuiparos eorum

& ouiparos. ita enim appello, quæ Græci ζωότορα  
 καὶ ἀστόρα. Et, ne operose animalium genita per-  
 gam, deinde de differentia & victu, & membris,  
 & artibus, ceterisque plurimis, scitu quidem  
 necessariis, sed in iudicio alienis. Pauca etiam  
 de Latinis scriptis meis, ad eandem peritiam per-  
 tinentibus, legi iubebo. in quibus animaduertes,  
 cum in eis cognitu rara, tum nomina etiam Ro-  
 manis inusitata, & in hodiernum, quod sciam, in-  
 fecta: ea tamen nomina labore meo & studio ita  
 de Græcis prouenire, vt tamen Latina moneta per-  
 cussa sint. Vel dicant nobis, Æmiliane, patroni tui,  
 vbi legerint Latine hæc pronuntiata vocabula. de  
 solis aquatilibus dicam, nec cetera animalia nisi in  
 communibus differentes attingam. Ausculta igitur  
 quæ dicam. Iam me clamabis magica nomina  
 Ægyptio vel Babylonico ritu percensere. Possum  
 etiam pergere. sed nõ est operæ in istis diem terere,  
 vt sit mihi tempus aggredi ad cetera. hæc interim,  
 quæ dixi, pauca recita, Latine à me enuntiata.

\* \* \* \* \*

Vtrum igitur putas Philosopho, non secundum  
 Cynicam temeritatem rudi & indocto, sed qui se  
 Platonicæ scholæ meminerit, vtrum ei putas tur-  
 pe, scire ista an nescire? neglegere, an curare? nosse  
 quanta sit etiam in istis prouidentia ratio, an de  
 Diis immortalibus matri & patri credere? Q. En-  
 nius ædes Phagitica, quæ versibus scripsit, innum-  
 merabilia piscium genera enumerat, quæ scilicet  
 curiosè cognouerat. Paucos versus memini, eos  
 dicam:

*Omniibus ut clypea prestat, mustela marina,  
 Mures sunt Æm, aspera & ostrea plurima Abjdi,  
 Mus Mytlena est peliè, caradrù qua apud Vmbracia finit.  
 Brundusij sanguis bonus est. hunc, magnus si erit, sume.  
 Apriculum piscem scito primum esse Tarenti.  
 Surrenti ellopa fac em, glaucum apud Cumas. quid?  
 Scarum praterij, cerebrum Iouis panè supremi.  
 Nestoris ad patriam hic capitur magnisque bonisque.*

Melanu



*Melanurum, turdum, merulamque, umbramque, marusam.  
 Polypus Corcyra, caluaria pinguis Carna;  
 Tarpura, matriculi, mures, dulces quoque echini.*

Alios etiam multis versibus decorauit, & vbi gentium quisque eorum inueniatur ostendit: qualiter assus aut iussulentus optime sapiat, nec tamen ab eruditis reprehenditur. Ne ego reprehendar, qui res paucissimis cognitae Graece, Latine propriis & elegantibus vocabulis conscribo? Cum hoc satis dixi, tum aliud accipe. Quid enim tandem, si medicinae neque instudiosus, neque imperitus, quaequam remedia ex piscibus quaero, ut sane sunt plurima, cum in aliis omnibus rebus eodem natura munere interspersa atque interseminata, tum etiam nonnulla in piscibus; an remedia nosse, & ea conquirere, Magi potius esse, quam Medici, quam denique Philosophi putas? qui illis non ad quaestum, sed ad suppetias vsurus est. Veteres quidem medici etiam carmina remedia vulnerum norant, ut omnis vetustatis certissimus auctor Homerus docet: qui facit Vlixi de vulnere sanguinem profluentem sisti cantamine. Nihil enim quod salutis ferendae gratia sit, triminosum est. At enim, inquit, *piscem cui rei nisi mala proscidisti, quem tibi Themison seruus attulit?* Quasi vero non paulo prius dixerim, me de particulis omnium animalium, de situ earum, deque numero, deque causa conscribere: ac libros *ἐνατομῶν* Aristotelis & explorare studio, & augere. Atqui adeo miror, quod vnū à me pisciculum inspectum sciatis, cum iam plurimos qui vbicusque locorum oblati sunt, aequae inspexerim. praesertim quod ego nihil clanculo, sed omnia in propatulo ago. ac quiuis vel extrarius arbiter assistat, more hoc & instituto magistrorum meorum, qui aiunt, hominem liberum & magnificum debere, si queat, in primori fronte animum gestare. Hunc adeo pisciculum, quem vos *leporem marinum* nominatis, plurimis qui aderant ostendi, necdum etiam decerno quid vocent, nisi quaeram sane accuratius; quod nec

apud veteres Philosophos proprietatem eius piscis  
 reperio, quamquam sit omnium rarissima, & her-  
 culè memoranda. Quippe solus ille, quantum sciam,  
 cum sit cetera exolis, duodecim numero ossa, ad  
 similitudinem talorum suillorum, in ventre eius  
 connexa & catenata sunt. Quod Aristoteles si  
 scisset: numquam profectò omisit in scripto pro-  
 dere: qui aselli piscis solius omnium in mediâ aluo  
 corculum situm pro maximo memoravit. *Piscem*,  
 inquit, *proscidisti*. Hoc: quis ferat Philosopho crimen  
 esse, quòd lanio vel coco non fuisset? *Piscem prosci-*  
*disti*, quid? *crudum*? id accusas? si cocto ventrem ru-  
 sparet, heperia suffoderem, ita ut apud te puerulus  
 ille Sicinius Pudens suomet obsonio dixit, eam  
 rem non putares accusandam? Atqui maius cri-  
 men est Philosopho comesse pisces, quàm inspi-  
 cere. An hariolis licet iocinera rimari, Philoso-  
 pho contemplari non licebit? qui se sciat omnium  
 animalium aruspicem, omnium Deum sacerdotem?  
 Hoc in me accusas, quod ego & Maximus in Ari-  
 stotele miramur, cuius nisi libros bibliothecis exe-  
 geris, & studiosorum manibus extorseris, accusare  
 me non potes. Sed de hoc pænè plura quàm debui.  
 Nunc prætereà vide, quàm ipsi sese reuincant. Aint,  
 mulierem magicis artibus, marinis illecebris à me  
 petitam eo in tempore, quo me non negabunt in  
 Gætuliæ mediterraneis montibus fuisse: ubi pisces  
 per Deucalionis diluuiam reperiantur, quod ego gra-  
 tulator nescire istos, Legisse me Theophrasti quoque  
*πρὸς* \* & Nicandri *ὄνειρα* \* \* \* \* \*  
 Ceterum me etiam beneficiis postularent, ut qui  
 hoc negotium ex lectione & æmulatione Aristoteli  
 nactus sum, non nihil & Platone me adhortante,  
 qui ait, eum qui ista vestiget, \* \* \* \* \*  
 Nunc quoniam pisces horum satis patuerunt: ac-  
 cipe aliud, pari quidem stultitia, sed multa tanto  
 vanius & nequius excogitatum. Scierunt & ipsi,  
 argumentum piscarium futile, & nihili futurum:  
 præterea nouitatem eius ridiculam. Quis enim  
 fando

fando audiuit, ad maleñcia Magica disquam mari  
& exdorsari pisceis solere? Potius aliquid de re-  
bus peruulgatoribus, & iam creditis fingendum  
esset. Igitur ad præscriptū opinionis & famæ, con-  
fixere puerum quempiam carmine cantatum; te-  
motis arbitrīs, secreto loco, arula, & lucerna, &  
paucis consciis testibus, vbi incantatus sit, cor-  
ruisse: postea nescientem sui, excitatum. Nec ultra  
isti quidem progredi mendacio ausi. Etenim fabula  
vt impleretur, addendum etiam illud fuit, puerum  
eundem multa præfagio prædixisse. quippe hoc  
emolumentum canticis accipimus, Præfagium &  
Diuinationem. Nec modò vulgi opinione, verum  
etiam doctorum virorum auctoritate, hoc mira-  
culū de puetis cōfirmatur. Memini apud Varronem  
Philosophum, virum accuratissimè doctum atque  
eruditum, cum alia huiusmodi, tum hoc etiam le-  
gere: Trallibus de euentu Mithridatici belli Ma-  
gica percontatione consulentibus, puerum in aqua  
simulacrum Mercurij contemplantem, quæ futura  
erant centum sexaginta versibus cecinisse. Itemq;  
Fabium, cum quingentos denarios perdidisset, ad  
Nigidium consultum venisse: ab eo pueros carmi-  
ne instinctos indicasse, vbi locorum defossa esset  
crumena, cum parte eorum. ceteri vt forent distri-  
buti: vnum etiam denarium ex eo numero habere  
M. Catonem Philosophum. quem se à pedissequo  
in stipe Apollinis accepisse Cato confessus est. Hęc  
& alia apud plerosq; de Magicis pueris lego equi-  
dem: sed dubius sententiæ sum, dicamne heri posse,  
an negem. Quamquam Platoni credam, inter  
Deos atque homines, natura & loco medias quas-  
dam diuorum potestates interfitas, easq; Diui-  
nationes cunctas & Magorum miracula guber-  
nare. Quin & illud mecum reputo, posse animum  
humanum, & puerilem præfertim, simplicemq; seu  
carminum auocamento, siue odorum delinimento  
soporari, & ad obliuionem præsentium externari:  
& paulisper remota corporis memoria, redigi ac

redire ad naturam suam, quæ est immortalis scilicet, & diuina; atque ita, veluti quodam sopore, futura rerum præfigere. Verùm enim uerò, ut ista sese habent, si qua fides hisce rebus impertienda est, debet ille nescio qui puer, prouidus, quantum ego audio & corpore decorus atque integer deligi, & animo solers, & ore facundus: ut in eo aut diuina potestas, quasi bonis & dibus, diuerferetur, si dignè tamen ea pueri corpore includitur: aut ipse animus expergitus, citò ad diuinationem suam redigatur: quæ ei promptè iusta, & nulla obliuione faucia & hebes, facillè resumatur. Non enim ex omni ligno, ut Pythagoras dicebat, debet Mercurius exsculpi. Quod si ita est; nominate quis ille fuerit puer, sanus, incolumis, ingeniosus, decorus, quem ego carmine dignatus sim initiare. Ceterùm Thallus, quem nominastis, medico potius quàm Mago indiget. est enim miser morbo Comitiali ita infectus ut ter aut quater die sæpenumerò, sine ullis cantaminibus, corruat, omniaq; membra conflictationibus debilitet: facie ulcerosus, fronte & occipitio cõquassatus, oculis hebes, naribus hiuleus, pedibus caducus. Maximus omnium Magus est, quo præsentè Thallus diu steterit. ita plerumque morbo seu somno vergens inclinatur. Eum tamen vos carminibus meis subuersum dixistis, quòd forte me coram semel decedit. Conserui eius plerique adsunt, quos exhiberi denuntiaastis. Possunt dicere omnes, quid in Thallo dispiciant: cur nemo audeat cum eo ex eodem catino cænare, eodem poculo bibere. Et quid ego de seruis? vos ipsi videtis. Negate Thallum, multò prius quàm ego Oceanum uenirem, corruere eo morbo solitum, medicis sæpenumerò ostensum. Negant hoc conserui eius, qui sunt in ministerio vestro? Omnium rerum cõuictum me fatebor: nisi rus de omnium consensu diu ablegatus est, in longinquos agros, ne familiam contaminaret. Quod ita factum, nec ab illis negari potest, eò nec potuit hodie à nobis exhiberi. Nam, ut

omnis

omnis ista accusatio temeraria & repentina fuit: nudius tertius nobis Æmilianus denuntiavit, ut seruos numero quindecim apud te exhiberemus. Ad sunt quatuordecim, qui in oppido erant, Thallus solus rus ablegatus, ut dixi, ferme ad centesimum lapidem, lōgè ex oculis. Thallus solus abest, sed misimus qui eum curriculo aduehat. Interroga Maxime, quatuordecim seruos, quos exhibemus, Thallus puer ubi sit, & quàm salue agat: interroga seruos accusatorum meorum. non negabunt, turpissimum puerum corpore putri & morbido caducum, barbarum, rusticanum. Bellum verò puerum elegistis, quem quis sacrificio adhibeat, cuius caput contingat, quem pulcro pallio amiciat, à quo responsum speret. Vellem herculè adesset. tibi eum Æmiliane permisissim, ut teneres ipse, ut interrogares. Iam in media quæstione, hic ibidem pro tribunali oculos truces in te inuertisset, faciem tuam spumabundus conspuisset, manus contraxisset, caput succussisset, postremò in sinu tuo corruisset. Quatuordecim seruos quos postulasti, exhibeo: cur illis ad quæstionem nihil vteris? Vnum puerum, atq; eum caducum, requiris, quem olim abesse pariter mecū scis? Quæ alia est euidentior calumnia? Quatuordecim serui petitu tuo adfunt, eos dissimulas: vnus puerulus abest, eum insimulas. Postremò quid vis? puta Thallū adesse. Vis probare, eum præsentem me concidisse? Vtrò confiteor. Carmine id factū dicitis? hoc puer nescit: ego, non factum, reuincō. Nunc, caducum esse puerum, nec tu audebis negare. Cur ergo carmini potius, quàm morbo attribuaturs eius ruina? An euenire non potuit, ut fortè præsentem me idem pateretur, quod sæpè aliàs multis præsentibus? Quod si magnum putarem, caducū deicere, quid opus carmine fuit? cum incensus Gagates lapis, ut apud Phisicos lego, pulcrè & facile hunc morbum exploret: cuius odore etiam in venalitiis vulgò sanitatè aut morbum venaliū experiantur. Etiam orbis à figulo

circum-

circumactus, non difficile eiusdem valitudinis hominem vertigine sui cortipit. ita spectaculum rotationis, eius animum faucium debilitat, ac multo plus ad caducos consternendos figulus valet, quam Magus. Tu frustra postulasti ut seruos exhiberem: ego non de nihilo postulo, ut nomines, quinam testes huic piaculari sacro adsuerint, cum ego ruentem Thallum impellerem. Vnum omnino nominas puerulum illum Sicinium Pudentem, cuius me nomine accusas: is enim affuisse se dicit, cuius pueritia etsi nihil ad religionem suffragaretur, tamen accusatio fidem derogaret. Facilius fuit Æmiliane, ac multo grauius, tete ut ipsum diceret interfuisse, & ex eo sacro cœpisse dementire potius, quam totum negotium, quasi ludicrum, pueris donares. Puer cecidit, puer vidit. num etiam puer aliquis incantauit? Hic satis veteratorie Tannonius Pudens, cum hoc quoque mendacium frigere, ac prope iam omnium vultu & murmure explosum videret: ut vel suspiciones quorundam spe moraretur, ait pueros alios producturum, qui sint æquè à me incantati. atque ita ad aliam speciem argumenti transgressus est. Quod quamquam dissimulare potui: tamen ut omnia, ita hoc quoque vltro prouoco. Cupio enim produci eos pueros, quos spe libertatis audio confirmatos ad mentiendum. Sed nihil amplius dico, quam ut producant. Postulo igitur & flagito, Tannoni Pudens, ut expleas quod es pollicitus. Cedò pueros istos quibus cōfiditis. produc, nomina qui sint, mea aqua licet ad hoc vtare. Dic inquā Tannoni, quid taces? qui cōtatis? quid expectas? Quòd si hic nescit quid dixerit, aut nomina oblitus est: at tu Æmiliane cede huc. dic quid aduocato tuo mandaueris. exhibe pueros. Quid expalluisti? quid taces? hoc cine accusare est? hoc cine tantum crimen deferre? an Claudium Maximum, tantum virum, ludibrio habere, me calūnia infectari? Quòd si fortè patronus tuus verbo prolapsus est, & nullos pueros habes quos producas;

ducas; saltem quatuordecim seruis, quos exhibui, ad aliquid vtere: aut cur fisti postulabas tantam familiam, Magiæ accusans? De quindecim seruis denuntiasti, quòd si de vi accusares, quot tandem seruos postulares? Sciunt ergo aliquid quindecim serui, & occultum est? an occultum non est, & Magicum est? Alterum horum fatearis necesse est: aut illicitum non fuisse in quo tot conscios non timuerim: aut si illicitum fuit, scire tot conscios non debuisse. Magia ista, quantum ego audio, res est legibus delegata, iam inde antiquis duodecim Tabulis propter incredulas frugum illecebras interdicta. Igitur & occulta non minus, quàm tetra & horribilis, plerumque nobilibus vigilata, & tenebris abstrusa, & arbitris solitaria, & carminibus murmurata. cui nò modò seruorum, verùm etiam liberorù pauci adhibètur. Et tu quindecim seruos vis interfuisse. Nuptiæ ne illæ fuerunt, an aliud celebratum officium, an conuiuium tempestiuum? Quindecim serui factum Magicum participant, quasi Quindecimviri sacris faciundis creati. Cui tamen rei tot numero adhibuissèm, si conscientiæ nimis multi sunt? Quindecim liberi homines, populus est: totidem serui, familia: totidem vinciti, ergastulum. An auditorio multitudo eorum necessaria fuit, qui diuinè hostias lustraleis tenerent? At nullas hostias nisi gallinas nominastis. An vt grana thuris numerarent? an vt Thallum prosternerent? Mulierè etiam liberam perductam ad me domum dixistis, eiusdem Thalli yalitudinis: quam ego pollicitus sim curaturum. eam quoque incantatam à me corruisse. Vt video, vos palæstritam, non Magum accusatum venistis: ita omnis qui me accesserint, dicitis cecidisse. Negavit tamen quarente te Maxime, Themison medicus, à quo mulier ad inspiciendum perducta est, quidquam vltra passam: nisi quæsisse me. Eequid illi aures obtinnirent, & vtra earum magis: vbi responderit, dextram sibi aurem nimis inquietam,

tam, confestim decessisse. Hic ego Maxime quamquam sedulo impræsentiatum à laudibus tuis tempero, ne ubi tibi ob causam istam videar blanditus tamen solertiam tuam in percōtando nequeo quin laudem. Dudum enim cūm agitentur hæc, & illi incantatam mulierem dicerēt, medicus qui adfuerat abnueret; quæstisti tu nimis quàm prudenter, quòd mihi emolumentū fuerit incantandi? responderunt, vt mulier fueret. Quid deinde? mortua est? inquis: negarunt. Quid ergo dicitis? quod Apuleij commodum, si reissit? ita enim pulcrè ac perseueranter tertio quæsiisti; vt qui scires omnium factorum rationes diligentius examinandas, ac sepius causas quæri, facta concedi: eoque etiam patronos litigatorum causidicos nominari, quòd cur quæque facta sint, expediant. Ceterum negare factum, facilis res est, & nullo patrono indiget: rectè factū vel perperam, docere, id verò multo arduum & difficile est. Frustra igitur, an factum sit, quæritur, quòd nullam malam causam habuit vt fieret. Ita facti reus, apud bonum iudicem scrupulo quæstionis liberatur, si nulla fuit ei ratio peccandi. Nunc quoniam neque incantatam, neque prostratam mulierem probauerunt, & ego non nego petitu medici à me inspectam; dicam tibi Maxime, cur illud de aurium tinnitu quæserim, non tam purgandi mei gratia in ea re quam tu iam præiudicasti neque culpæ neque crimini confinem, quàm vt ne quid auribus tuis & doctrinæ tuæ congruens retinerem. Dicam igitur quàm breuissimè poterō. etenim admonendus es mihi, non docendus. Plato philosophus in illo præclarissimo Timeo celesti quadam facundia vniuersum Mundum molitus, postquam de nostri quoque animi trinis potestatibus solertissimè disseruit, & cur quæque membra nobis diuina prouidentia fabricata sint, aptissimè demonstrauit: causam morborum omnium trifariam percenset. Primam causam primordiis corporis attribuit: si ipsa elementorum qualitates,

humi.



humida & frigida, & his duæ aduersæ non congruant. id adeo euenit, cum quæpiam earum modo exceilit, aut loco demigrauit. Sequens causa morborum inest in eorum vitio, quæ iam concreta ex simplicibus elementis, vna tamen specie coæluerunt: vt est sanguinis species, & visceris, & ossis, & medullæ, porro illa quæ ex hisce singularibus mixta sunt. Tertio, in corpore concrementa varij fellis, & turbidi spiritus, & pinguis humoris, nouissima ægritudinum incitamenta sunt. Quorum è numero præcipua sit materia morbi comitialis, de quo dicere exorsus sum; cum caro in humorem crassum & spumidum inimico igni conliquescit, & spiritum indidem parto ex cædore compressi aëris albida & tumida tabes fluit. Ea namque tabes, si foras corporis prospirauit, maiore dedecore quàm noxa diffunditur. Pectoris enim primorem eutim viriligine insignit, & omnimodis maculationibus conuariat. sed cui hoc vsu venerit, numquam postea comitiali morbo attentatur. Ita ægritudinem animi grauissimam, leui turpitudine corporis compensat. Enimvero si perniciofa illa dulcedo intus cohibita, & bili atræ sociata, venis omnibus furens peruasit; deinde ad summum caput viam molita; dirum fluxum cerebro immiscuit; illico regalem partem animi debilitat, quæ ratione pollens, verticem hominis velut arcem & regiam infedit. Eius quippe diuinas vias & sapientes meatus obruit & obturbat. quod facit minore pernicie per soporem; cum potu & cibo plenos Comitialis morbi prænuntia strangulatione modicè angit. Sed si vsque adeo aucta est, vt etiam vigilantium capiti offundatur; tum verò repentino mentis nubilo obtorpescent, & moribundo corpore cessante animo cadunt. Eum nostri non modo Maiorem & Comitiale, verùm etiam Diuinum morbum, ita vt Greci *ἰσπὰρ ἴσπας*, verè nuncupant. videlicet quòd animi partem rationalem, quæ longè sanctissima est, eam violet. Agnoscis

Maxime

Maxime rationem Platonis, quantum potui pro tempore, perspicue explicatam, cui ego fidem arbitratus, causam Divini morbi esse, cum illa pestis in caput redundavit: haudquaquam videor de nihilo percotatus, an esset mulieri illi caput graue, ceruix torpens, tempora pulsata, auris ionora. Et ceterum, quod dextræ auris crebriores tinnitus ferebatur, signum erat morbi penitus adaçti. Nam dextera corporis validiora sunt, eoque minus spei ad sanitatem relinquunt, cum & ipsa ægritudine succumbunt. Aristoteles adeo in Problematis scriptum reliquit, quibus æquè caducis à dextero morbus occipiat, eorum esse difficiliore medelam. Longum est, si velim Theophrasti quoque sententiam de eodem morbo recensere, est enim etiam eius egregius liber de Caducis. Quibus tamen in alio libro, quem De non videntibus animalibus conscripsit, remedio esse ait exuias stellionum, quas velut senium, mote ceterorum serpentium, temporibus statutis exuant. Sed nisi confessim eripias, malignone præfagio, an naturali adpetentia, illico conuertuntur, & deuorant. Hæc iccirco commemoravi, nobilium Philosophorum disputata simul & libros sedulo nominavi, nec vllum ex medicis aut poetis volui attingere; vt isti desinant mirari, si Philosophi suapte doctrina causas morborum & remedia nouerunt. Igitur cum ad inspiciendum mulier ægra, curationis gratia, ad me perducta sit, atque hoc, & medici confessione qui adduxit, ad meam ratioeinationem rectè factum esse conueniat; aut constituent, Magi & malefici hominis esse, morbis mederi: aut si hoc dicere non audent, fateantur se in puero & muliere caducis vanas & profus caducas calumnias intendisse. Imò enim, si audire verum velis. Emiliane; tu potius caducus, qui iam tot calumniis cecidisti. Neque enim grauius est corpore quam corde collabi: pede potius quam mente corruere: in cubiculo despui, quam in isto splendidissimo cœtu detestari. At tu fortasse te putas far

tas sanum, quòd non domi còtineris, sed insaniam tuam, quoquò te duxerit, sequeris. Atqui si contendere vis furorem tuum cum Thalli furore: inuenies non permultum interesse: nisi quòd Thallus sibi, tu etiam aliis furis. Ceterùm Thallus oculos torquet, tu veritatem: Thallus manus contrahit, tu patronos: Thallus pauimentis illiditur, tu tribunalibus. Postremò ille quidquid agit, in ægritudine facit, ignorans peccat: at tu miser, prudens & sciens delinquis. Tanta vis morbi te instigat. falsum pro vero insimulas, infectù pro factò criminaris. què innocentem liquidò scis, tamen accusas vt nocentem. Quin etiam, quòd præterij, sunt quæ fatearis nescite: & eadem rursus, quasi scias, criminaris. Ais enim, me habuisse quædam sudariola inuoluta apud Lareis Pontiani. Ea inuoluta quæ & cuiusmodi fuerint, nescisse te cõhiteris: neque præterea quemquam esse qui viderit. tamen illa contendis instrumenta Magiæ fuisse. Nemo tibi blandiatur Æmiliane. Non est in accusando versutia, ac ne impudètia quidem, ne tu arbitreris. Quid igitur? furor infelix acerbi animi, & misera insania crudæ senectutis. His enim pænè verbis cum tam graui & perspicaci iudice egilti: *Habuit Apuleius quæpiam linteolo inuoluta apud Lareis Pontiani. hac quoniam ignoro quæ fuerint, ideo Magica fuisse contendo. crede igitur mihi quod dico, quia id dico quod nescio.* O pulcra argumenta, & apertè crimen reuincètia! *Hoc fuit, quoniam quid fueris ignoro.* Solus repertus es Æmiliane, qui scias etiam illa quæ nescis. Tantum super omnibus stultitiæ vectus es, quippe qui solertissimi & acerrimi Philosophorum fuerunt, ne iis quidem confidendum esse aiunt, quæ videmus. At tu de illis quoque affirmas, quæ neque conspexisti vniquam, neque audisti. Pontianus si viueret, atque eum interrogares quæ fuerint in illo inuolucro; nescire se responderet. Libertus etiam ille qui clauis eius loci in hodiernum habet, & à vobis stat, numquam se ait inspexisse: quamquam ipse aperiret,

utpote promus librorum qui illic erant conditi;  
 panē quotidie; & clauderet sæpe nobiscum, multo  
 sapius solus intraret, linteum in mensa positum  
 cerneret, sine vlllo sigillo, sine vinculo. Quid ni  
 enim? Magicæ res in eo occultabantur, eò negli-  
 gentius adseruabam. Sed enim liberè scrutandum  
 & inspiciendum, si liberet, etiam auferendum, te-  
 merrè exponebam, alienæ custodiæ commenda-  
 bam, alieno arbitrio permittebam. Quid igitur  
 impræsentiarum vis tibi credi, quod ne Pontianus  
 quidem sciret, qui indiuiduo contubernio mecum  
 vixit, id te scire, quem numquam viderim nisi pro  
 tribunali? An quòd libertus asiduus, cui omnis fa-  
 cultas inspiciendi fuit, quòd is libertus nō viderit,  
 te, qui numquam eò accesseris, vidisse? denique  
 ut quod nō vidisti, id tale fuerit, quale dicis? At qui  
 stulte, si hodie illud sudariolum tu interceptisses,  
 quidquid ex eo promeres, ego Magicum negarem.  
 Tibi adeò permitto, finge quiduis, reminiscere, ex-  
 cogita, quod possit Magicum videri; tamen de eò  
 tecum decertarem. aut ego subiectum dicerem,  
 aut remedio acceptum, aut sacro traditum, aut  
 somnio imperatum. Mille alia sunt, quibus pos-  
 sem more cōmuni & vulgatissima obseruationum  
 consuetudine verè refutare. Nunc id postulas,  
 ut quod deprehensum & detentum, tamen nihil  
 me apud bonum iudicem læderet, id inani suspi-  
 cione incertum & incognitum condemnet. Haud  
 sciam, an rursus ut soles, dicas: *Quid ergo illud fuit,  
 quod linteo tectum, apud Lareis potissimū deposuisti?* Ita ne  
 est *Emiliane?* sic accusas, ut omnia à reo percon-  
 tere, nihil ipse adferas cognitum. *Quamobrem pis-  
 ceis quaris? Cur egram mulierem inspexisti? quid in sudario  
 habuisti insutum?* Accusatum, an interrogatum ve-  
 nisti? Si accusatum; tute argue quæ dicis; si in-  
 terrogatum; noli præiudicare quid fuerit. quod  
 idè te necesse est interrogare, quia nescis. Cete-  
 rum hoc pacto omneis homines rei con-  
 stituentur, si ei qui nomen cuiuspiã detulerit, nulla  
 neces-

necessitas sit probandi, omnis contra facultas per-  
cōtandi. Quippe omnibus sicut fortè negotiū Ma-  
giæ facessitur, quidquid omnino egerint, oblicie-  
tur. *Votū in alicuius statua femore a signasti: igitur  
Magus es: aut cur signasti? Tacitas preces in tem-  
plo Deis allegasti? igitur Magus es: aut quid opta-  
sti? Contra, nihil in templo precatus es: igitur Ma-  
gus es: aut cur Deos non rogasti? Similiter si po-  
sueris donū aliquod, si sacrificaueris, si verbenam  
sumpseris. Dies me deficiet, si omnia velim perse-  
qui, quorum rationem similiter calumniator flagi-  
tabit. præsertim quod conditum cunque, quod  
oblignatum, quod inclusum domi adseruatur, id  
omne eodem argumento Magicum dicetur: aut è  
cella promptuaria in forū atque in iudicium pro-  
feretur. Hæc quanta sint, & cuiusmodi, Maxime,  
quantusque campus calumniis hoc *Æmiliani* tra-  
nunte aperiat: quantique sudores innocentibus  
hoc vno sudariolo adferantur, possem equidem  
pluribus disputare. sed faciam quod institui. etiam  
quod non necesse est confitebor: & interrogatus  
ab *Æmiliano* respondebo. Interrogas *Æmiliane*  
quid in sudario habuerim. at ego, quamquam  
omnino positum vllum sudarium meum in biblio-  
theca *Pontiani* possim negare: tamè Maxime fuisse  
concedam: cum habeam dicere, nihil in eo inuo-  
lutum fuisse, quæ si dicam: neque testimonio ali-  
quo, neque argumento requirar. Nemo enim qui  
attigerit est: *Vnus* libertus, vt ais, qui viderit. tamè  
inquam, per me licet fuerit repertissimū. sic enim,  
si vis, arbitrare: vt olim *Vlixis* socij thesaurum re-  
perisse arbitrati sunt, cum vtrem ventosissimum  
manticularentur. Vn dicam, cuiusmodi illas res  
in sudario obuolutas, *Laribus Pontiani* commen-  
darim? Mos tibi geretur. Sacrorum pleraque initia  
in *Græcia* participavi. Eorum quædam signa  
& monumenta tradita mihi à sacerdotibus sedulo  
conseruo. Nihil insolitum, nihil incognitum  
dico, vel vnus *Liberi* patris *symmistæ*, qui adestis,*

scitis, quid domi conditum celetis, & absque omnibus profanis tacite veneremini. At ego, ut dixi, multiiuga sacra, & plurimos ritus, varias ceremonias, studio veri & officio erga Deos didici. Nec hoc ad tempus compono: sed abhinc ferme triennium est, cum primis diebus quibus Occam veneram, publice disseres de Æsculapij maiestate, eadem ista præ me tuli, & quod sacra nossem percensui. Ea disputatio celebratissima est. vulgò legitur. in omniû manibus versatur, non tam facundia mea, quam mentione Æsculapij, religiosis Oecensibus commendata. Dicite aliqui, si quis fortè meminit, huius loci principium. Audisne Maxime multos suggerentes? immò ecce etiam liber offertur, recitari ipsa hæc iubebo: quoniam ostendis humanissimo vultu, auditione te ista non grauari. Etiamne cuiquam mirum videri potest, cui sit vlla memoria religionis, hominè tot mysteriis Deum conscium, quædam sacrorum crepundia domi adseruare? atque ea lineo texto inuoluere, quod purissimum est rebus diuinis velamentum? Quippe lana, segnissimi corporis excrementum, pecori detracta, iam inde Orphei & Pythagoræ scitis, profanus vestitus est. Sed enim mundissima lini seges, inter optimas fruges terra exorta, non modò indutui & amictui sanctissimis Ægyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoque inde rebus sacris vsurpatur. Atque ego scio nonnullos, & cum primis Æmilianum istum, facetiæ sibi habere, res diuinas deridere. Nam, ut audio, percensentibus iis qui istum nouere, nulli Deo ad hoc æui supplicauit: nullum templum frequentauit. si fanum aliquod prætereatinefas habet, adorandi gratia manum labris admouere. Iste verò nec Diis rurationis, qui eum pascunt ac vestiunt, segeteis vllas, aut vitis aut gregis primitias impartit. nullum in villa eius delubrum situm, nullus locus aut lucus consecratus. Et quid ego de luco & delubro loquor? Negant vidisse se, qui fuere, vnum saltem in sinibus eius aut lapidem vultum,

ctum, aut ramum coronatum. Igitur agnomenta ei duo indita: Charon, vt iam dixi, ob oris & animi diuitatem: sed alterum quod libentius audit, ob Deorum contemptum, Mezentius. Quapropter facile intelligo, hasce ei tot initorum enumerationes nugas videri, & forsitan, ne ob hanc diuini contumaciam non inducat in animum, verum esse quod dixi, me sanctissimè tot factorum signa & memoracula custodire. Sed ego quid de me Mezentius sentiat, manum non vorterim. Ceteris autem clarissima voce profiteor, si qui fortè adest eorundem solemnium mihi particeps; signum dato, & audiat licet quæ ego adferuem. Nam equidem nullo vnquam periculo compellar, quæ reticèda accepi, hæc ad profanos annuntiare. Vt puto, Maxime, satis videor cuius vel iniquissimo animo explese, & quod ad sudarium pertineat, omnem criminis maculam deterfisse: ac bono iam periculo ad testimonium illud Crassi, quod post ista quasi grauissimum legerunt, à suspicionibus Æmiliani transensurus. Testimonium ex libello legi audisti gumia cuiusdam, & desperati lurconis, Iunij Crassi, me in eius domo nocturna sacra cum Appio Quintiano amico meo factitasse, qui ibi mercede deuesabatur. Idq; se ait Crassus, quamquam meo tempore vel Alexandria fuerit, tamen à cæde & fumo & auium plumis cõperisse scilicet eum, cum Alexandria symposia obiret. Est enim Crassus iste, qui non inuitus de die in ganeas correat. In illo cauponis nidore pinnas de Penatibus suis aduectas, aucupatum fumum domus suæ agnouisse, patrio culmine longè exortū. Quem si oculis vidit; vltra Vlixii vota & desideria hic quidem est oculatus. Vlixes fumum terra sua mergentem complutibus annis è littore prospectans, frustra captauit: Crassus in paucis quibus absuit mensibus, eundem fumum, sine labore, in taberna vinaria sedens, conspexit. Sin verò naribus nidorem domesticum præsensit; vincit idem sagacitate odorandi canes & vulturios.

vulturios. Cui enim cani, cui vultutio, Alexandrini cali quidquam abusq; Oecensium finibus oboleat? Est quidem Crassus ille summus helluo, & omnis fumi non imperitus, sed profectò pro studio bibendi, quo solo censetur, facilius ad eum Alexandria vini aura quam fumi perueniret. Intellexit hoc & ipse incredibile futurum. Nam dieitur ante horam dici secundam, ieiunus adhuc & ebrientius, testimonium istud vendidisse. Igitur scripsit, hæc se ad hunc modum comperisse. Postquam Alexandria reuenerit, domum suam rectè contendisse, ex qua iam Quintianus migrat. ibi in vestibulo multas auium pinnas offendisse, præterea parietes fuligine deformatos, quæsiisse causas ex seruo suo quæ Oecæ reliquerit, eumque sibi de meis & Quintiani nocturnis sacris indicasse. Quam vero sublimiter compositum, & verisimiliter commentum: me, si quid eius facere vellem, nõ domi meæ potius facturum? Quintianum istum qui mihi assistit, quem ego pro amicitia, quæ mihi cum eo artificissima est, proq; eius egregia eruditione, & perfectissima eloquentia, honoris & laudis gratia nomino: hunc igitur Quintianum, si quas auis in cæna habuisset, aut, quod aiunt, Magiæ causa interemisset: puerum nullum habuisse qui pinnas conuerteret, & foras abiceret? præterea fumi tantam vim fuisse, vt parietes atros redderet: eamq; deformitatem, quoad habitauit, passum in cubiculo suo Quintianum? Nihil dicis Amiliane. non est verisimile, nisi forte Crassus non in cubiculum reuertus perrexisset, sed suo more rectè ad focum. Vnde autem seruus Crassi suspicatus est, noctu potissimum parietes fumigatos: an ex fumi colore? videlicet fumus nocturnus nigrior est, eoque diurno fumo differt? Cur autem suspicax seruus, ac tam diligens, passus est Quintianum migrare prius, quam mundam domum redderet? Cur illæ plumæ, quasi plumbeæ tam diu, vsque ad aduentum Crassi manserunt? Non insumulet Crassus seruum suum? sed ipse hæc potius de fuligine



fuligine & pinnis mentitus est, dum non potest nec in testimonio dando discedere longius à culina. Cur autem testimonium ex libello legistis? Crassus ipse ubi gentium est? An Alexandriam tædio domus remeavit? an parietes suos detergit? an, quod verius est, ex crapula helluo attentatur? Nam equidem hæc fabra tecum hesternæ die animaduerti satis notabiliter in medio foro tibi Æmiliane obructantem. Quare à nomenclatoribus tuis Maxime, quamquam est ille cauponibus quàm nomenclatoribus notior: tamen inquam interroga, an hic Iuniû Crassum Oeensem viderint? non negabunt. Exhibeat nobis Æmilianus iuuenem honestissimum, cuius testimonio nititur. Quid sit dici vides. Dico Crassum iam dudum ebrium itertere, aut secundo lauacro, ad repotia cænae obeunda, vinolentum sudorem in balneo desudare. Iste cum maxime præfens per libellum loquitur, non quin adeo sit alienatus omni pudore, vt etiam sub oculis tuis si foret, sine rubore vlllo mentiretur: sed fortasse nec tantulum potuit ebrius sibi temperare, vt hanc horam sobrie expectaret. aut potius Æmilianus de consilio fecit, ne cum sub tam seueris oculis tuis constitueret, ne tu belluam illam vultus maxillis, sædo aspectu, de specie improbares: cum animaduertisses caput iuuenis barba & capillo populatum, madentes oculos, cilia turgentia, rictum, falliuosa labia, vocem absouam, manuum tæstio-rem, ructus. Nam patrimonium omne iam pridem abligurriuit. nec quidquam ei de bonis paternis superest, nisi vna domus ad calumpniam venditanda. quam tamen numquam carius quàm in hoc testimonio locauit. Nam temulentum istud mendacium tribus milibus nummis Æmiliano huic vendidit, idq; Oeæ nemini ignoratur. Omnes hoc, antequam fieret, cognouimus. & potui denuntiatione impedite; nisi scirem mendaciû tam stultum potius Æmiliano, qui frustra redimebat, quàm mihi, qui merito contemnebam, obfuturum. Volui

& Æmilianum damno affici, & Crassum testimonij sui dedecore prostitui. Ceterum nudius tertius haudquaquam occulta res acta est in Rufini cuiusdam domo, de quo mox dicam, intercessoribus & deprecatoribus ipso Rufino & Calphurniano. Quod eo libentius Rufinus perfecit, quod erat certus, ad uxorem suam, cuius stupra sciens dissimulat, non minimam partem præmij eius Crassum relaturum. Vidi te quoque Maxime, coitionem aduersum me, & coniurationem eorum pro tua sapientia suspicatum, simul libellus ille prolatus est, totam rem vultu aspernantem. Denique quãquam sunt solita audacia & importuna impudentia præditi; tamen testimonio Crassi, cuius oboluisse faciem videbãt, nec ipsi ausi sunt perlegere, nec quidquam eo niti. Verum ego ista propterea commemoravi, non quod pinnarum formidines, & fuliginis maculam, te præfernim iudice, timerem: sed ut ne impunitum Crasso foret, quod Æmiliano homini rustico sumum vendidit. Vnde etiam crimen ab illis, cum Pudentillæ litteras legerent, de cuiusdam sigilli fabricatione prolatus est, quod me aiunt ad Magica maleficia occulta fabrica, ligno exquisitissimo comparasse; & cum sit ceteri forma turpe & horribile; tamen impendio colere, & Græco vocabulo nuncupare βασιλῖα. Nisi fallor, ordine eorum vestigia persequor, & singillatim apprehendens, omnem calumniæ textum retexo. Occulta fuisse fabricatio sigilli, quod dicitis, quæ potest? cuius vos adeo artificem non ignorastis, ut ei, uti præstò esset, denuntiaueritis? En, adest Corælius Saturninus artifex, vir inter suos & arte laudatus, & moribus comprobatus, qui tibi Maxime paulo antè diligenter sciscitanti, omnem ordinem gestæ rei summa cum fide & veritate percussit: me, cum apud eum multas geometricas formas è buxo vidissem subtiliter & adfabrè factas; inuitatum eius artificio, quædam mechanica, ut mihi elaborasset, petisse; simul & aliquod simulacrum cuiuscunque vellet

vellet Dei, cui ex more meo supplicassem, quacunque materia, dummodò lignea, exsculperet. igitur primò buxeam tentasse. interim dum ego ruri ago, Sicinium Pontianum priuignum meum, qui mihi factum volebat, impetratos hebeni loculos à muliere honestissima Capitolina ad se attulisse: ex illa potius materie rariore & durabiliore, vti faceret, adhortatum. Id munus cum primis gratum mihi fore. sed ea se fecisse, perindè vt loculi suppetebant. Item minutatim ex tabellis compacta crassitudine Mercuriolum expediri potuisse. Hæc, vt dico, omnia audisti. Præterea à filio Capitolinæ probissimo adolescente, qui præsens est, suscitante te, eadem dicta sunt: Pontianum loculos petisse, Pontianum Saturnino artifici detulisse. Etiam illud non negatur, Pontianum à Saturnino perfectum sigillum recepisse, & postea dono mihi dedisse. His omnibus palàm atque apertè probatis, quid omnino superest, in quo suspicio aliqua Magiæ delitescat? immo quid omnino est quod vos manifestè mendacij non reuincat? Occultè fabricatum esse sigillum dixistis, quod Pontianus splendidissimus eques fieri curauit: quod Saturninus, vitæ grauis, & probè inter suos cognitus, in tabernula sua sedens, propalàm exsculpsit: quod ornatissima matrona munere suo adiuuit: quod & futurum, & factum multi cum seruorum, tum amicorum, qui ad me ventitabant, scierunt. Lignum à me toto oppido, & quidem oppidò quæsitum, non piguit vos commentiri: quem quidem abfuisse eo tempore scitis, quem iussisse fieri qualicunq; materia probatum est. Tertium mendacium vestrum fuit, macilètam, vel omnino cuiſceratam formam diu cadaueris fabricatam, prorsus horribilem & larualem. Quòd si compertum habebatis antè euidens signum Magiæ: cur mihi vt exhiberem non denuntiaſtis? An vt possetis in rem absentem liberè mentiri? Cuius tamen falsi facultas, opportunitate quadam meæ cõsuetudinis vobis adempta

est. Nam morem mihi habeo, quoquò eam simulacrum alicuius Dei inter libellos conditum gestare: eiq; diebus festis, thure & mero, & aliquàdo vici-  
 mis supplicare. Dudum ergo cū audirem scelestum, perquam impudēti mendacio dicatitatis iussi curri-  
 culo iret aliquis, & ex hospitio meo Mercuriolum afferret, quem mihi Saturninus iste Oceæ fabrica-  
 tus est, Cedò tu, cum videant, teneant, considerent: En vobis, quē scelestus ille sic elestum nominabāt. Auditis ne reclamationem omnium qui adsunt? Auditis ne mēdacij vestri damnationem? Non vos tot calumniarum tandem dispudet? Hiccine est scelestus? hæccine est larua? hocine est quod appellita-  
 batis Dæmonium? Magicum ne istud, an solemne & commune simulacrum est? Accipe quæso Maxi-  
 me, & cōtemplare bene: tam putis & tam piis ma-  
 nibus tuis traditur res cōsecrata. En, vide quàm fa-  
 cies eius decora & succi plena sit, quàm hilaris Dei vultus: vt decenter vtrinq; lanugo malis deserpat vt in capite crispatus capillus sub imo pilei um-  
 braculo appareat; quàm lepide super tempora pares pinnulæ emineant; quā autem festiuè circa hume-  
 ros vestis susstricta sit. Hunc qui scelestum audet dicere, profectò ille simulacra Deorum nulla videt, aut omnia negligit. Hunc denique qui Latuam pu-  
 tat, ipse est laruatus. At tibi Æmiliane, pro isto mēdacio, aut Dēus iste, Superum & Inferum com-  
 meator, vtrorumq; Deorum malam gratiam, sem-  
 perq; obuias species mortuorum, quidquid Um-  
 brarum est vsquam, quidquid Lemutum, quidquid Manium, quidquid Laruarum oculis tuis oggerat: omnia noctium occurfacula, omnia bustorum for-  
 midamina, omnia sepulcrorum terriculamenta, à quibus tamen tuo & merito haud longè abes. Ceterum Platonica familia nihil nouimus nisi festum & lætum, & solemne & superum & celeste. Quin altitudinis studio secta ista etiam calo ipso sublimiora quæpiā vestigauit, & in extimo mūdi tergo degit. Scit me vera dicere Maximus, qui *τὸ ὑψίσ-  
 τόν*

ἐρώμενος τί πον ἐπι τῷ πῦρ: εὐαιούνατω legit in Phadro  
 diligenter. Idem Maximus optimè intelligit, vt de  
 nomine etiam vobis respondeam, quisnam sit ille  
 non à me primo, sed à Platone nūcupatus βασιλεύς,  
 totius rerum naturę causa, & ratio & origo initia-  
 lis, summus animi genitor, æternus animatum sos-  
 pitator, assidue mundi sui opifex. Sedenim sine ope-  
 ra opifex, sine cura sospitator, sine propagatione  
 genitor: neque loco, neque tempore, nec vlla vice  
 comprehensus, eoq; paucis cogitabilis, nemini effa-  
 bilis. En, vltro augeo Magiæ suspicionem. non re-  
 spondeo tibi Emiliane quem colam βασιλιά. Quin  
 si ipse proconsul interroget, quid sit Deus meus: ta-  
 cebo de nomine, vt impræsentiaram satis dixi.  
 Quod superest, nec ipse sum nescius, quosdam cir-  
 cumstantium cupere audire, cur non argento vel  
 auro, sed potissimum ex ligno simulacrum fieri vo-  
 luerim, idque eos arbitror tam ignoscendi quàm  
 cogitoscendi causa desiderare: vt hoc etiam scrupu-  
 lo liberetur, cum viderint omnem suspicionem  
 criminis abunde confutatam. Audi igitur, cui cu-  
 ra cognoscere est: sed animo quantum potes ere-  
 cto & attento, quasi verba ipsa Platonis iam se-  
 nis, de nouissimo Legum libro auditurus: Θεοῖσι δὲ  
 ἀναθήματα χρῆσθαι ἑμμετρα τὴν μάλιστα ἀνδρα ἀναπθίν-  
 τα δορεῖσθαι. ἢ ἢ μὴ ἂν ἐστὶ πὶ οἰκίσιως, ἰερεῖ πᾶσι  
 πάντων θεῶν. μηδεὶς οὐν δευτέρως ἰερεῖ καθεστῆτω θεοῖς.  
 Hoc cō prohibet, vt delubra nemo audeat priua-  
 tim constituere. Censet etenim satis esse ciuibus,  
 ad immolandas victimas, templa publica. Deinde  
 subnectit: χρυσοῖς δὲ καὶ ἀργυροῖς ἐν ἄλλαις πόλεσι  
 ἰδίαι τε, καὶ ἐν ἰεροῖς ἐστὶν ἐπιφθονοὶ κτῆμα. Ἰεροῖς δὲ  
 ἀπληθειάτως ψυχῶν σώματι, ἐκ εὐχρίτε ἀνάθημα.  
 οἰδηροῖς δὲ κ, χαλκῶς, φολεῖων ὄργανα. Ἐύλη δὲ μονό-  
 ξυλοι ο, π ἀν ἰδίῃ πὶ ἀναπθίτω, κ, λίθου ἰσοσύτως  
 πρὸς τὰ κετὰ ἰερεῖα. Vt omnium assensus declarauit,  
 maximeque qui in consilio estis, competentissime  
 videor vsus Platone, vt vite magistro, ita causę pa-  
 trono, cuius legibus obedientem me videtis.

L. APVLEII  
 APOLOGIA  
 SECVNDA.

**N**unc tempus est ad epistolas Pudentillæ præuerti, vel adeò totius rei ordinem paulò altiùs petere; vt omnibus manifestissimè pateat, me, quem lucri cupiditate inuasisse Pudentillæ domum dicitâr, si vllum lucrum cogitarem, fugere semper à domo ista debuisse: quin & in ceteris causis minimè prosperum matrimonium; & nisi ipsa mulier ter incommoda virtutibus suis repensaret, inimicum. Neque enim vlla alia causa præter cassam inuidiam, reperiri potest, quæ iudicium istud mihi, & multa antea pericula vitæ conflauerit. Ceterùm cur Æmilianus commoueretur, etsi verè me Magum comperisset; qui non modò vlllo factò, sed ne tantulo quidem dicto meo læsus est, vt videretur se meritò vltum ire. Neque autem gloriæ causa me accusat, vt M. Antonius Cn. Carbonem, C. Mutius A. Albutium, P. Sulpitius Cn. Norbanum, C. Furius M. Aquilium, C. Curio Q. Metellum. Quippe homines eruditissimi, iuuenes laudis gratia primùm hoc rudimentum forensis operæ subibant: vt aliquo insigni iudicio ciuibus suis noscerentur. Qui mos incipiētibus adulescentulis, ad illustrandum ingenij florem, apud antiquos concessus, diu exoleuit, quòd si nunc quoque frequēs esset, tamen ab hoc procul abfuisset. Nam neque faciundix ostentatio rudi & indocto, neque gloriæ cupido rustico & barbaro, neque inceptio patrociniòrum capulari seni congruisset, nisi fortè Æmilianus, pro sua seueritate, exemplum dedit, & ipsis maleficiis infensus, accusationem istam, pro mortum integritate, suscepit. Ad hoc ego Æmiliano, non huic Afro, sed illi Africano, & Numantino, & prætereà Censorio vix credidissem; ne huic fructici  
 cre-

eredam non modò odium peccatorum, sed saltem intellectum inesse. Quid igitur est? Cuius clarè diluet aliam rem Inuidia nullam esse: quæ hunc, & Herennium Rufinum, impulsorem huius, de quo mox dicam, ceterosque inimicos meos, ad neccendas Magiæ calumnias prouocarit. **Q**uinq̄ue igitur res sunt, quas me oportet disputare. Nam si probè memini, quod ad Pudentillam attinet, hæc obiecere. Vna res est, quòd numquam eam voluisse nubere post priorem maritum, sed meis carminibus coactam dixere: altera res est de epistolis eius, quam confessionem Magiæ putant: deinde sexagesimo anno ætatis ad libidinem nupsisse: & quòd in villa, ac nò in oppido, tabulæ nuptiales sint consignate, tertio & quarto loco obiecere. Nouissima, & eadem inuidiosissima criminatio de dote fuit, ibi omne virus totis viribus adnixi effudere, ibi maximè angebantur. Atque ita dixere: me grandem dotem mox in principio coniunctionis nostræ, mulieri amanti, remotis arbitris, in villa extorsisse. **Q**uæ omnia tam falsa, tam nihili, tam inania ostendam, adeoque facillè & sine vlla controuersia refutabo: vt medius fidus verear Maxime, quiq̄ue in consilio estis, ne demissum & subornatum à me accusatorem putetis, vt inuidiam meam reperta occasione palàm restinguerem. Mihi credite, quod reapse intelligetur. oppidò quàm mihi laborandum est, ne tam friuolam accusationem me potius callidè excogitasse, quàm illos stultè suscepisse existimetis. Nunc dum ordinem rei breuiter persequor, & efficio vt ipse Æmilianus recognoscat falsò se ad inuidiam meam inductum, & longè à vero aberrasse necesse habeat confiteri: quæso, vri adhuc feceritis, vel si quo magis etiam potestis, ipsum fontem & fundamentum mendacij huiusce diligentissimè cognoscatis. Æmilia Pudentilla, quæ nunc mihi vxor est, ex quodam Sicinio Amico, quicum antea nupta fuerat, Pontianum & Pudentem filios genuit: eosque pupillos in potestate

state aui paterni relictos, nam superstitie patre Amicus  
 decesserat, per annos ferme quatuordecim me-  
 morabili pietate sedulo aluit. Non tamen libenter  
 in ipso ætatis suæ flore tam diu vidua, sed puero-  
 rum auus, inuitam eam conciliare studebat alteri  
 filio suo Sicinio Claro, eoque ceteros procos ab-  
 sterrebat, & præterea minabatur, si extratio nupsit-  
 set; nihil se filiis eius ex paternis eorum bonis te-  
 stamento relicturum. Quam cõditionem cum ob-  
 stinatè propositam videret mulier sapiens, & egre-  
 giè pia; ne quid filiis suis eo nomine incommoda-  
 ret, facit quidem tabulas nuptiales, cum quo iu-  
 bebatur, cum Sicinio Claro; verum enimvero va-  
 nis frustrationibus nuptias eludit, eo ad, dum pue-  
 rorum auus fato concessit, relictis filiis eius here-  
 dibus, ita vt Pontianus, qui maior natu erat, fratri  
 suo tutor esset. Eo scrupulo liberata, cum à priuci-  
 pibus viris in matrimonium peteretur; decreuit,  
 sibi diutius in viduitate nõ permanendum. Quippe  
 vt solitudinis tædium perpeti posset; tamen ægri-  
 tudinem corporis ferre non poterat. Mulier sanctè  
 pudica, tot annis viduitatis sine culpa, sine fabula,  
 assuetudine coniugis torpens, & diutino situ vis-  
 cerum faucia, vitiatis intimis vteri, sæpe ad extre-  
 mum vitæ discrimen doloribus abortis exanima-  
 batur. Medici cum obstetricibus consentiebant,  
 peruria matrimonij morbum quæsitum, malum  
 indices augeri, ægitudinem ingrauescere: dum æta-  
 tis aliquid superfit, nuptiis valitudinem medican-  
 dum. Consilium istud cum alij approbarent, tum  
 maxime Æmilianus iste, qui paulo prius confiden-  
 tissimo mendacio adseuerabat, numquam de nu-  
 ptiis Pudentillam cogitasse, priusquam foret Ma-  
 gicis maleficiis à me coacta, me solum repertum,  
 qui viduitatem eius, velut quãdam virginitem,  
 carminibus & venenis violarem. Sæpe audiui non  
 de nihilo dici, Mendacem memorem esse oportere.  
 At tibi Æmiliane non venit in mentem, prius-  
 quam ego Oceam venirem, te litteras etiam, vt  
 nuberet,



nuberet, scripsisse ad filium eius Pontianum, qui tum adultus Romæ agebat? Cedo tu epistolam, vel potius da ipsi: legat. sua sibi voce, suisque verbis sese reuincat. Estne hæc tua epistola? quid paluisti? nam erubescere tu quidem non potes: est ne tua ista subscriptio? Recita quæso clarius, ut omnes intelligant, quantum lingua eius manu discrepet, quantumque minor illi sit mecum quam secum dissensio. Scripsisti ne hæc Æmiliane, quæ lecta sunt? *Nubere illam velle, & debere scio: sed quem eligat, nescio.* Recte tu quidem, nesciebas, Pudentilla cuius tibi, cuius infestam malignitatem probè norat, de ipsa te tantum, ceterum de peritore nihil fatebatur. At tu dum eam putas etiamnunc Claro fratri tuo denuptatam; falsa spe inductus, filio quoque eius Pontiano auctor assentiendi fuisti. Igitur si Claro nupisset, homini rusticano & decrepito seni; sponte eam diceres, sine vlla Magia, iam olim nupturisse. Quoniam iuuenem talem, qualem dicitis, elegit, coactam fecisse ais: ceterum semper nuptias aspernatam. Nescisti improbe, epistolam tuam de ista re teneri: nescisti te tuomet testimonio conuictum iri. Quam tamen epistolam Pudentilla, testem & indicem tuæ voluntatis, ut quæ te leuem & mutabilem, nec minus mendacem & impudentem sciret, maluit retinere, quam mittere. Ceterum ipsa de ea te Pontiano filio suo Romam scripsit, etiam causas consilij sui plenè allegauit. Dixit illa omnia de validudine. nihil præterea esse, cur amplius deberet obdurare, hæreditatem auitam longa viduitate, cum despectu salutis suæ quæsisse. eandem summa industria auxisse. Iam Deum voluntate, ipsam vxori, fratrem eius virili toge idoneos esse. Tandem aliquando se quoque paterentur solitudini suæ, & agritudini subuenire. Ceterum de pietate sua & supremo iudicio nihil metuerent: qualis vidua eis fuerit, talem nupta n futuram. Recitari iubebo exemplum epistolæ huius, ad filium missæ. Satis puto

ex istis

ex istis cuiuis liquere posse, Pudentillam non meis carminibus ab obstinata viduitate compulsum, sed olim sua sponte à nubendo non alienam, me fortasse præ ceteris maluisse. Quæ electio tam grauis feminæ, cur mihi crimini potius quàm honori danda sit, non reperio. Nonnihil tamen miror, quòd Æmilianus & Rufinus id iudicium mulieris ægrè ferant: cùm ij qui Pudentillam in matrimonium petiuerunt, æquo animo patiantur me sibi prælatum, Quod quidem illa vt faceret, filio suo potius quàm animo obsecuta est. Ita factum, nec Æmilianus poterit negare. Nam Pōtianus acceptis litteris matris, cōfestim Romam aduolauit: metuens ne si quem auarū virū nacta esset, omnia, vt sæpè fit, in mariti domum conferret. Ea sollicitudo non mediocriter animū angebat. Omnes illi, fratriq; diuitiarum spes in facultatibus matris sitæ erant, Auis modicum reliquerat, mater h s quadragies possidebat. Ex quo sanè aliquantam pecuniam, nullis tabulis, sed vt æquum erat, mera fide acceptam filiis debebat. Hunc ille timorem mustitabat, aduersari propalàm non audebat, ne videretur dissidere. Cùm in hoc statu res esset, inter precessionem matris, & metum filij; forte ne an fato ego aduenio, pergens Alexandriam. Dixissem herculè, Quod vtinam numquã euenisset mi me vxoris meæ respectus prohiberet. Hyems anni erat. Ego ex fatigatione itineris aduectus, apud Appios veteres amicos meos, quos honoris & amoris gratia nomino, aliquàm multis diebus decumbo. Eò venit ad me Pontianus. nam fuerat mihi non ita pridem ante multos annos Athenis, per quosdam cōmunis amicos cōciliatus, & arto postea contubernio intimè iunctus. facit omnia circa honorem meum obseruanter, circa salutem sollicitè, circa amorem callidè. Quippe etenim videbatur sibi peridoneum maritum matri reperisè, cui bono periculo totam domus fortunam concrederet. Ac primò quidem voluntatem meam verbis inuersis periclitabundus,

dus, quoniam me via cupidum & conuersum ab  
 vxoria re videbat, orat saltem paulisper manerem.  
 velle se mecum proficisci: hyemem alteram pro-  
 pter Syrtis zeltus & bestias opperendam, quod il-  
 lam mihi infirmitas exemisset. Multis etiam pre-  
 cibus me ab amicis meis Appiis aufert, vt ad sese  
 in donum matris suæ transferat, salubriorem mihi  
 habitationem futuram. Præterea prospectu matris,  
 qui mihi gratissimus est, liberius me ex ea fruitu-  
 rum. Hæc omnia, adnixus impenso studio, per-  
 suadet: & matrem suam, suumq; fratrem puerum  
 istum mihi commendat. nonnihil à me in commu-  
 nibus studiis adiuuantur. Augetur oppidò familia-  
 ritas. interibi reualeasco. Dissero aliquid, postulan-  
 tibus amicis, publicè. omnes qui aderant, ingenti  
 celebritate basilicam, qui locus auditorij erat,  
 complentes, inter alia pleraque congruentissima  
 voce insigniter acclamant, petètes vt remanerem,  
 fieremq; ciuis Oeensem. Mox au litorio misso,  
 Pontianus eo principio me adortus, cõsensum pu-  
 blicæ vocis pro diuino auspicio interpretatur: ape-  
 ritq; consilium sibi esse, si ego non nolim, ma-  
 trem suam, cui plurimi inhient, mecum coniun-  
 gere; quoniam mihi soli, ait, rerum omnium  
 cõfidere sese, & credere, vt id onus recipiam: quo-  
 niam non formosa pupilla, sed mediocri facie ma-  
 ter liberorum mihi offeratur. Si hæc reputans,  
 formæ aut diuitiarum gratia me ad aliam cõditio-  
 nem referuarem; neque pro amico, neque pro Phi-  
 losopho facturum. Njmis multa oratio est, si velim  
 memorare, quæ ego cõtrà responderim, quàm diu  
 & quoties inter nos verbigeratum sit, quot &  
 qualibus precibus me adgressus, haud prius omi-  
 lerit, quàm denique impetrarit. non, quin ego Pu-  
 dētillam iam anno perpetim assiduo cõiuctu probè  
 spectassem, & virtutū eius dotes explorassem: sed  
 vt pote peregrinationis cupiens, impedimentum  
 matrimonij aliquantisper recusaueram, mox ta-  
 men talem feminam nihilo segniùs volui, quàm si

vltro appetissem. Persuaserat idem Pontianus ma-  
 tri suæ, vt me aliis omnibus mallet: & quamprimum hæc perficere incredibili studio auebar. Vix  
 ab eo tantulam moram impetamus, dum prius  
 ipse vxorem duceret: frater eius virilis togæ vsum  
 auspicaretur: tunc deinde vt nos coniungeremur.  
 Utinam hercule possem, quæ deinde dicenda sunt,  
 sine maximo causæ dispendio transgredi! ne Pon-  
 tiano, cui errorem suum deprecanti simpliciter ig-  
 noui, videar nunc leuitatem exprobrare. Confiteor  
 enim, quod mihi obiectum est, eum, postquam  
 vxorem duxerit, à conspecta fide desciuisse, ac de-  
 repente animi mutatum: quod antea nimio stu-  
 dio festinarat, pari pertinacia prohibitum esse: de-  
 niq; matrimonium nostrum ne coalesceret, quid-  
 nis pati, quiduis facere paratum fuisse. Quamuis  
 omnis illa tum animi foeda mutatio, & suscepta  
 contra matrem simultas, non ipsi vitio vortenda  
 sit, sed socero eius ecilli Herennio Rufino: qui  
 vnum neminem in terris viliozem se, aut impro-  
 biozem, aut inquinatiozem reliquit. Per paucis ho-  
 minem, quam modestissime potero, necessario de-  
 monstrabo. nisi omnino de eo reticero, operam  
 perdidit, quod negotium istud mihi ex summis  
 viribus conflauit. Hic enim est pueruli huius insti-  
 gator, hic accusationis auctor, hic aduocatorum  
 cõductor, hic testium coemptor, hic totius calum-  
 niæ fornacula, hic Æmiliani huius fax & flagellũ.  
 Idque apud omneis intemperantissime gloriatur,  
 me suo machinatu reum postulatum. Et sanè ha-  
 bet in illis quod sibi plaudet. est enim omnium li-  
 tium deceptor, omnium falsorum commentator,  
 omnium simulationum architectus, omnium ma-  
 lorum seminarium: nec non idem libidinum ga-  
 pearumque locus, lustrum, lupanar: iam inde ab  
 ineunte æuo cunctis probris palam notus: olim in  
 pueritia, priusquam isto caluitio deformatetur,  
 emascuatoribus suis ad omnia infanda morigerus  
 quox in iuuentute saltandis fabulis exossis plane &  
 eneruis

eneruis, sed, vt audio, indocta & rudi mollicia. Negatur enim quidquam histrionis habuisse, præter impudicitiam. In hac etiam ætate, qua nunc est, qui istum deperduint multi sunt. Honos auribus præfandus est. domus eius tota lenonia, tota familia contaminata: ipse propudiosus, vxor lupa, filij similes prorsus: diebus ac noctibus ludibrio iuuentutis, ianua calcibus propulsata, fenestra canticis circumstrepitæ, triclinium commissatoribus inquietum, cubiculum adulteris peruium. neque enim vlli ad introeundum metus est, nisi qui pretium marito non attulit. Ita ei lecti sui contumelia vetricalis est. Olim solers suo, nunc coniugis corpore vulgò meret. Cum ipso plerique, nec mentior, cum ipso inquam de vxoris noctibus paciscuntur. Iam illa inter virum & vxorem nota collusio, qui amplam stipem mulieri detulerunt, nemo eos obseruat. suo arbitratu ascendunt. Qui inaniore venerere, signo dato pro adulteris deprehenduntur: & quasi ad discendum venerint, non prius abeunt quàm aliquid scripserint. Quid enim faciat homo miser, ampliuscula Fortuna deuolutus, quam tamen fraude patris ex inopinato inuenerat? Pater eius plurimis creditoribus desceneratus, maluit retinere pecuniam quàm pudorem. nam cum vndiqueuersum tabulis flagitaretur, & quasi insanus ab omnibus obuiis teneretur; Lex, inquit, negat posse dissoluere, annulos aureos & omnia insignia dignitatis abiicit. cum creditoribus depeciscitur. Pleraq; tamen rei familiaris in nomen vxoris callidissima fraude confert: ipse egens, nudus, & ignominia sua tectus reliquit Rufino huic, non metior, Hs triginta deuorandum. Tantum enim ad eum de bonis matris liberum venit, præter quod ei vxor sua quotidianis dotibus quæsiuit. Quæ tamen omnia in paucis annis ita hic degulator studiosè in ventrè condidit, & omnimodis collurcinationibus dilapidauit; vt crederes metuere, ne quid habere ex fraude paterna diceretur. homo iustus, & mo-

rum \* dedit operam, quod malè partum erat, vt malè periret. Nec quidquam ei relictum est ex largiore Fortuna, præter ambitionè miseram, & profundam gulam. Ceterùm vxor iam propemodum vetula & effœta, totam domum contumeliis abnuit. Filia autem per adulescentulos ditiores, inuitamento matris suæ nequidquam circumlata, quibusdam etiam procis ad experiendum permiffa, nisi in facilitatem Pontiani incidisset, fortassean adhuc vidua antè, quàm nupta, domi sedisset. Pontianus ei, multum quidem dehortantibus nobis, nuptiarum titulum falsum & imaginarium donauit; non nescius eam paulo antè quàm duceret, à quodam honestissimo iuuenè, cui prius pacta fuerat, post satietatè, derelictam. Venit igitur ad eum noua nupta, secura & intrepida, pudore dispoliato, flore exoleto, flâmeo obsoleto, virgo rursum post recens repudium, nomen potius asserens puellæ quàm integritatem. Vestabatur octophoro. Vidistis profectò, qui affuistis, quàm improba iuuenum circumspectatrix, quàm immodica sui ostentatrix. Quis non disciplinam matris agnouit; cum in puella videret immedicatù os, & purpurissatas genas, & illices oculos? Dos erat à creditore omnis ad teruncium pridie sumpta, & quidem grandior quàm domus exhausta, & plena liberis postulabat. Sedenim iste, vt est rei modicus, spei immodicus, pari auaritia & egestate, totum Pudentillæ quadragies præsumptione casta deborarat. eoq; sic amolendum ratus, quò facilius Pontiani facilitatem, Pudentillæ solitudinem circumueniret; in fit generum suù obiuſgare, quòd matrem suam mihi desponderat. suadet, quamprimùm ex tãto periculo, dum licet, pedem referat, res matris ipse potius habeat, quàm homini extrario sciens transmittat. ni ita faciat iniicit scrupulum amanti a dulcescentulo. veterator minatur se filiam abduçturù. Quid multis? iuuenem simplicem, præterea nouæ nuptæ illecebris obfrenatum, suo arbitratu de via deflectit.

It ille

It ille ad matrem, verborum Rufini gerulus, sed nequidquam tentata eius gravitate, vltro ipse leuitatis & inconstantiae increpitus, reportat ad focerum haud mollia. Matri suae, praeter ingenium placidissimum, & immobile, iram quoque sua expostulatione accessisse, non mediocriter pertinaciae adiumentum. Respondisse eam denique, non clam se esse, Rufini ex oratione secum expostulari, eò vel magis sibi auxilium mariti aduersum eius desperatam auaritiam comparandum. Hisce auditis exacerbatus aquariolus iste vxoris suae, ita ira extumuit, ita exarsit furore; vt in feminam sanctissimam & pudicissimam, praesente filio eius, digna cubiculo suo diceret: amatricem eam, me Magum & veneficum clamitaret, multis audientibus: quos, si voles, nominabo. se mihi sua manu mortem allaturum. Vix hercule possum irae moderari. Ingens indignatio animo oboritur. Tunc effeminatissime, tua manu cuiquam viro mortem minitaris? At qua tandem manu? Philomelae? an Medecae? an Clytaemnestrae? quas tamen cōsultas, tanta mollitia animi, tanta formido ferri est sine cludine saltas. Sed ne longius ab ordine digrediar: Pudentilla, postquam filium videt praeter opinionem, contra suam esse sententiam deprauatum; rus profecta, scripsit ad eum obiurgandi gratia illas famosissimas litteras, quibus, vt isti aiebant, confessã est, sese mea Magia in amorem inductam dementire. Quas tamen litteras tabulario Pontiani praesente, & contra scribente Æmiliano, nudiuertius tuo iussu Maxime testatò descripsimus. in quibus omnia contra praedicationem istotum pro me reperiuntur. Quamquam etsi districtius Magum me dixisset; posset videri excusabunda, se filio vim meam, quam voluntatem suam causari maluisse. An sola Phædra falsum epistolium de amore commenta est? An non omnibus mulieribus hæc ars vsitata est: vt cum aliquid eiusmodi velle cœperunt, malint coactae videri? Quod si animo etiam ita putauit me Ma-

gum esse: iccirco ne Magus habear, quia hoc scrip-  
 sit Pudentilla? Vos tot argumentis, tot testibus,  
 tanta oratione, Magum me non probatis; illa vno  
 verbo probaret: Et quanto tandem grauius haben-  
 dum est, quod in iudicio subscribitur, quam quod  
 in epistola scribitur? Quin tu me meismet factis,  
 non alienis verbis reuincis? Ceterum eadem via  
 multi rei cuiusuis maleficij postulabuntur; si ra-  
 tum futurum est, quod quisque in epistola sua vel  
 amore vel odio cuiuspiam scripserit. Magum te  
 scripsit Pudentilla: igitur magus es. Quid si consu-  
 lem me scripsisset; cōsul essem? Quid enim si piēto-  
 rem, si medicum? quid deniq; si innocentem? num  
 aliquid horum putares, iccirco quod illa dixisset?  
 Nihil scilicet. Atqui periniurium est, ei fidem in  
 peioribus habere, cui in melioribus non haberes:  
 posse litteras eius ad perniciem, non posse ad salu-  
 tem. *Sed inquieti animi fuit. efflicti te amabat.* Con-  
 cedo interim. Num tamen omnes qui amantur,  
 Magi sunt, si hoc fortē qui amat scripserit? Cedō  
 nunc, quod Pudētilla me in eo tempore non ama-  
 bat, siquidem id foris scripsit, quod palām erat  
 mihi obfuturum. Postremō quid vis, sanam an  
 insanam fuisse, dum scriberet? Sanam, dices? nihil  
 ergo erat Magicis artibus passa. Insanam respon-  
 debis? nesciit ergo quid scripserit. eoque ei fides  
 non habenda est. immo etiam si fuisset insana, in-  
 sanam se esse nesciisset. Nam vt absurde facit, qui  
 tacere se dicit, quod ibidem dicendo tacere sese,  
 non tacet, & ipsa professione quod profitetur infir-  
 mat: ita vel magis hoc repugnat. Ego insanio,  
 quod verum non est, nisi sciens dicit. Porro sanus  
 est, qui scit quid sit insania. Quippe insania scire  
 se non potest, non magis quam cæcitas se videre.  
 Igitur Pudentilla compos mētis fuit, si compotem  
 mentis se non putabat. Possum, si velim, pluri-  
 bus, sed mitto Dialectica. Ipsas litteras longē aliud  
 clamanteis, & quasi deditā operā ad iudiciū istud  
 præparatas, & accommodatas recitabo. Accipe tu,  
 & lege,



& lege, vsque dum ego interloquar. Substine paulisper quæ sequuntur. nam ad diuerticulum rei ventum est. Adhuc enim Maxime, quantum equidem animaduerti, nusquam mulier Magiam nominauit: sed ordinem repetiuit eundem, quem ego paulo prius de longa viduitate, de remedio valetudinis, de voluntate nubendi, de meis laudibus, quas ex Pontiano cognouerat, de suasu ipsius, vt mihi potissimum nuberet. Hæc vsq; adhuc lecta sunt. Superest ea pars epistolæ, quæ similiter pro me scripta, in memetipsum vertit cornua, ad expellendum à me crimen Magiæ, sedulo omiſſa, memorabili laude Rufini vice mutauit: & vltro contrariam mihi opinionem quorundam Oecensium, quasi Mago quæsiuit. Multa fando Maxime audisti, & plura legendo didicisti, non pauca experiendo comperisti: sed enim versutiam tam insidiosam, tam admirabili scelere conflata, negabis te vnumquam cognouisse. Quis Palamedes, quis Sisyphus, quis deniq; Eurybates aut Phrynondas talem excogitasset? Omnes isti, quos nominauit, & siquæ præterea fuerunt dolo memorandi, si cum hac vna Rufini fallacia contendantur, macci prorsus & buccones videbuntur. O mirum commentum! o subtilitas digna carcere & robore! Quis credat effici potuisse, vt quæ defensio fuerat, eadem manentibus iisdem litteris, in accusationem transfunderetur? Est hercule incredibile. Sed hoc incredibile quæ sit factum probabo. Obiurgatio erat matris ad filium, quod me talem virum, qualem sibi prædicasset, nunc de Rufini sententia Magum dictitaret. Verba ipsa ad hunc modum se habebant:

*Απολλίος μέγος, καὶ ἰνὰ ὑπὲρ αὐτοῦ μιμνήσκουμαι, καὶ ἴσως ἐλθόντων ὧν εἶμι, ἐπισημοῦσθαι.* Hæc ipsa verba Rufinus, quæ Græcè interposuit, sola excerpta, & ab ordine suo sciungata, quasi confessionem mulieris circumferens, & Pontianum per forum ductans, vulgo ostendebat. Ipsas mulieris litteras illatenus, qua dixi, legendas præbebat: cetera

suprà & infrà scripta occultabat. Turpiora esse, quàm vt ostenderentur, dictitabat. Satis esse, confessionem mulieris de Magia cognosci. Quid quæris? verisimile omnibus visum. Quæ purgandi mei gratia scripta erant, eadem mihi immanem inuidiam apud imperitos conciuere. Turbabat impurus hic, in medio foro hæcchabundus. epistolam sæpe aperiens proquirat: *Apuleius Magnus, dicit ipsa quæ sentit & patitur, quid vultis amplius?* Nemo erat qui pro me ferret, ac sic responderet: Totam sodes epistolam cedo, sine omnia inspiciam, principio ad finem perlegam. Multa sunt, quæ sola prolata calumniæ possunt videri obnoxia. Cuius oratio insimulari potest; si ea quæ ex prioribus nexa sunt, principio sui defraudentur: si quædam ex ordine scriptorum ad libidinem supprimantur: si quæ simulationis causa dicta sunt, adseuerantis pronuntiatione quàm exprobrantis legantur. Hæc, & id genus ea, quàm merito tunc dici potuerint, ipse ordo epistolæ ostendat. At tu Æmiliane recognosce, an & hæc mecum testatò descripseris: *Βουλομίνην γάρ με δι' ἑσ εἶπον αἰτίας γαμηθῆναι, αὐτὸς ποῦτος ἰπεισας ἀντὶ πάντων αἰρεῖσαι, διαμαζών τὸν ἄνδρα, καὶ σκεδάζων αὐτὸν εἰκείον ἡμῖν δι' ἰμοῦ ποῖσαι: νῦν δὲ ὡς μοχθηροὶ ἦσαν, κακοθεῖς τὸ ἀναπείθουσι αἰρεῖσαι ἐγένετο ἀπολλέιος μέγας, καὶ ἐξ ὧν μεμάγαμας ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἔρωσ' ἐλθέτω νῦν πρὸς ἐμέ, ὥς ἐπὶ σωφρονῶ.* Oro te Maxime, si litteræ ita vt partim vocales dicuntur, etiam propriam vocem vsurparent. si verba, ita vt poëtæ aiunt, pinnis apta vulgò volarent; nōne cū primūm epistolam istam Rufinus mala fide exciperet, pauca legetet, multa & meliora sciens reticeret? nōne tunc ceteræ litteræ scelestè se detineri proclamassent? verba suppressa de Rufini manibus foras euolassent? totum forum tumultū complexsent? se quoque à Pudentilla missas, sibi etiam quæ dicerent mandata? improbo ac nefario homini per alienas litteras falsum facere tentanti, ne auscultarent, sibi potius audirent:

audirent : Apuleium Magiæ non accusatum à Pudentilla , sed accusante Rufino absolutum ? Quæ omnia etsi tùm dicta non sunt ; tamen nunc cum magis profunt , luce illustriùs apparent . Parent artes tuæ Rufine , fraudes hiant , detectum mendacium est . Veritas olim interuersa , nunc se effert , & velut alto Barathro , calumnias emergit . Ad litteras Pudentillæ prouocastis : literis vinco , quarum si vultis extremam quoque clausulam audire , non inuidebo . Dic tu , quibus verbis epistolam finierit mulier obcantata , vecors , amens , amans . ἰζὼ οὐτ' ἰμαμάγνυμαι , οὐτε τῆρὸ τὰν εἰσπραίνω ἴφθ . Etiam ne amplius ? Reclamat vobis Pudentilla , & sanitatem suam à vestris calumniis quodam præconio vindicat . Nubendi autem seu rationem , seu necessitatem Fato adscribit , à quo multùm Magia remota est , vel potius omnino sublata . Quæ enim relinquitur vis cantaminibus & veneficiis , si Fatum rei cuiusque , veluti violentissimus torrens , neque retineri potest , neque impelli ? Igitur hac sententia sua Pudentilla non modò me Magum , sed omnino esse Magiam negauit . Bene , quòd integras epistolas matris Pontianus ex mœre adseruauit : bene , quòd vos festinatio iudicij anteuortit , ne quid in istis litteris ex otio nouaretis . Tuum hoc Maxime , tuæque prouidentiaë beneficium est , quòd à principio intellectas calumnias , ne corroborarentur tempore , præcipitasti , & nulla impertita mora subnerualisti . Finge nunc , aliquid matrem filio secretis literis de amore , vti assolet , confessam . hocine verum fuit Rufine , hoc non dico piùm , sed saltem humanum , promulgari eas litteras , & potissimùm filij præconio publicari ? Sed sum ego inscius , qui postulo vt alienum pudorem conserues , qui tuum perdideris ? Cur autem præterita conqueror , cùm non sint minus acerba præsentia ? Hucusque à vobis miserum istam puerum deprauatum , vt matris suæ epistolas , quas putat amatorias , pro tribunali Proconsuli recitet , apud

virum sanctissimum Claudium Maximum; ante has Imperatoris Pij statuas, filius matris suæ pudenda exprobrat supra, & amores obiecit? Quis tam est mitis, quin exacerbescat? Tunc ultro parentis tuæ animum in istis scrutaris? oculos obseruas? suspiritus numeras? affectiones exploras? tabulas intercipis? amorem reuincis? Tunc quod in cubiculo agat, perquiris? ne mater tua non dico amatrix, sed ne omnino femina est? ne tu in ea cogitas, nisi vnam parentis religionem? O infelix vterum tuum Pudentilla! ô sterilitas liberis potior! ô infausti decem menses! ô ingrati quatuordecim anni viduitatis! Vipera, vt audio, exeso matris vtero in lucem proserpit, atque ita patricidio gignitur. At enim tibi à filio iam adulto, acerbiores morsus vluenti & videnti offeruntur. Silentium tuum laniatur, pudor tuus carpitur, pectus tuum foditur, viscera intima protrahuntur. Hæcine gratias bonus filius matri rependis, ob datam vitam? ob adq̄uistam hereditatem? ob quatuordecim annorum longas alimonias? Hæcine te patruus disciplinis erudiuit, vt si compertum habeas, filios tibi similes futuros, non audeas ducere vxorem? Est ille Poëtæ versus non ignotus:

*Odi puerulos præcoci sapientia.*

Sedenim malitia præcoci puerum quis non auersetur, atque oderit? cum videat velut monstrum quoddam, prius robustum scelere quam tempore, ante nocentem quam potentem, viridi pueritia, cana malitia? vel potius hoc magis noxium, quod cum venia perniciosus est: & nondum pœnæ, iam iniuriæ sufficit. Iniuriæ dico: immò enim sceleri aduersum parentem nefando, immani, impetibili. Athenienses quidem, propter commune ius humanitatis, ex captiuis epistolæ Philippi Macedonis hostis sui, vnam epistolam, cum singulæ publice legerentur, recitari prohibuerunt, quæ erat ad vxorem Olympiadem conscripta, hosti potius pe-

perce-

percerunt, ne maritale secretum diuulgarent: præferendum rati fas commune, propriæ vltioni. Tales hostes, aduersus hostem: tu qualis filius aduersus matrem? Vides quàm similia contendam? Tu tamen filius matris epistolas, de amore, vt ais, scriptas, in isto cœtu legis. in quo si aliquem poetam lasciuiozem iubereris legere: profectò non aude- res, pudore tamen aliquo impedirè: immò enim numquam matris tuæ litteras attigisses, si vllas alias litteras attigisses, ad quam ausus es tuam ipsius epistolam legendam dare. quam nimis irreuerenter, nimis contumeliose & turpiter de matre tua scriptam, cùm adhuc in eius sinu alerere, miseris clanculò ad Pontianum: scilicet ne semel peccasses, ac tam bonum tuum factum obtuto capesseret. Miser non intelligis, iccirco patrum tuum hoc fieri passum, quo se omnibus purgaret: si ex literis tuis nosceretur, te etiam prius quàm ad eum commigrasses, etiam cùm matri blandirere, tamen iam tum vulpionem & impium fuisse. Ceterùm nequeo in animum inducere, tam stultum Æmilianum esse, vt arbitretur mihi litteras pueri, & eiusdem accusatoris mei obfuturas. Fuit & illa commenticia epistola, neque mea manu scripta, neque verisimiliter conficta, qua videri volebant blanditiis à me mulierem sollicitatam, Cur ergo blandirer, si Magiæ confidebam? Qua autem via ad istos peruenit epistola, ad Pudentillam scilicet per aliquem fidelem missa, vt in re tali actitari solet? Cur præterea tam vitiosis verbis, tam barbaro sermone ego conscriberem, quem iidem dicunt nequaquam Græcæ linguæ imperitum? Cur autem tam absurdis tamque tabernariis blanditiis subagitarem, quem iidem aiunt versibus amatoriis satis scitè lasciuire? Sic est profectò. cuius palàm est. hic qui epistolam Pudentillæ Græciorum legere non poterat, hanc vt suam facilius legit, & aptius commendauit. Sed iam de epistolis satis dictum habebò, si hoc vnum addidero: Pudentillam

tillam, quæ scripserat, dissimulaméti causa & deridiculi, ἐλθόντων ἰοῦσι ἐπὶ στωφρονῶ, post hæc literas euocasse ad se filios, & nurum: cum his fermè duobus mensibus conuersatam. Dicat hic pius filius, quid in eo tempore secus agentem vel loquentem matrem suam, propter insaniam, viderit. Neget eam rationibus villicorum, & opilionum, & equisionum solertissimè subscripsisse, neget fratrem suum Pontianum grauitet ab eà monitum, vt sibi ab infidiis Rufini caueret, neget verè obiurgatum, quòd litteras, quas ad eum miserat, vulgò circumtulisset, net tamen bona fide legisset. neget post ista quæ dixi, matrem suam mihi apud villam iam pridem condicò loco nupsisse. Quippe ita placuerat, in suburbana villa potius vt coniungeremur, ne ciues denuò ad sportulas conuolarent: cum haud pridem Pudentilla de suo quinquaginta milia nummùm in populum expunxisset ea die, qua Pontianus vxorem duxit, & hic puerulus toga est inuolutus. Præterea vt conuiujs multis ac molestijs supersederemus, quæ fermè ex more nouis maritis obeunda sunt. Habes Æmiliane causam totam, cur tabulæ nuptiales inter me ac Pudentillam non in oppido sint, sed in villa suburbana consignatæ. ne quinquaginta milia nummùm denuò profundenda essent, nec tecum aut apud te cœnandum. Est ne causa idonea? Miror tamen, quòd tu à villa tantopere abhorreas, qui plerumque ruri versere. Lex quidem Iulia de maritandis ordinibus, numquam scilicet ad hunc modum interdicit: *VXOREM IN VILLA NE DUCITO*. Immo si verum velis, vxor ad prolem multo auspicius in villa quàm in oppido ducitur; in solo vberis, quàm in loco sterili: in agri cespite, quàm in fori silicè: mater futura in ipso materno, si nubat in segete, adulta super fœcudam glebam. vel enim sub vltimo marita cubet in ipso gremio terræ, matres inter soboles herbarum & propagines vitium & arborum germina. Ibi &  
ille

ille celeberrimus in Comædiis versus de proximo congruit,

\* \* \* \* \*

Romanorum etiam maioribus, *Quintiis & Seranis*, & multis aliis similibus, non modò vxores, verùm etiam consulates & dictaturę in agris offerebantur. Cohibebo me in tam proluxo loco, ne tibi gratum faciam, si villam laudauero. De ætate verò *Pudentillæ*, de qua post ista satis confidenter mentitus es, vt etiam sexaginta annos natam diceres nupsisse, de ea paucis tibi respondebo. nam in re tam perspicua non est necesse pluribus disputare. Pater eius natam sibi filiam, more ceterorum professus est. tabulæ eius partim tabulario publico, partim domo adseruantur. quæ tibi ob os obiciuntur. Porrige *Æmiliano* tabulas istas. lignum consideret, signa quæ impressa sunt recognoscat, Consules legat, annos computet. quos sexaginta mulieri assignabat, probet quinque & quinquaginta. Lustro mentitus est. parum hoc est. liberalius agam. nam & ipse *Pudentillæ* multos annos largitus est. redonabo igitur vicissim. Decem annos *Mezentius* cum *Vlixæ* errauit: quinquaginta saltem annorum mulierem ostendat. Quid multis? vt cum quadruplatore agam; bis duplum quinquennium faciam, viginti annos semel detraham. Iube Maxime consules computari, nisi fallor, inuenies nunc *Pudentillæ* haud multo amplius quadragesimum annum ætatis ire. O falsum, audax & nimium, ô mendacium viginti annorum exilio puniendum! dimidio tanta *Æmiliane* mentiri falsa audes sesquialtera? Si triginta annos pro decem dixisses; posses videri pro computationis gestu errasse: quos circulari debueris digitos aperuisse. Cum verò quadraginta, quæ facilius ceteris porrecta palma significantur, ea quadraginta tu dimidio auges; non potes digitorum gestu errasse nisi forte triginta annorū *Pudentillam* ratus, binos cuiusque anni Consules numerasti. Missa hæc facio. venio

ANAC

nunc ad ipsam stirpem accusationis: ad ipsam causam maleficij. Respondeat Æmilianus, & Rufinus, ob quod emolumentum, etsi maxime Magus forem, Pudentillam carminibus & venenis ad matrimonium pellexissem. Atque ego scio plerosq; reos alicuius facinoris postulatos, si fuisse quæpiani causæ probarentur: hoc vno se tamen abunde defendisse, vitam suam procul ab huiusmodi sceleribus abhorrete: nec id sibi obesse debere, quod videantur quædam fuisse ad maleficiû perpetrandum inuitameta. Non enim omnia quæ fieri potuerint, pro factis habenda. Retû vices varias euenite, certum indicem cuiusque animum esse: qui semper eodem ingenio ad virtutem vel ad malitiam moratus, firmum argumentum est accipiendi criminis, aut respuendi. Hæc ego quamquam possum merito dicere, tamé vobis condono. Nec satis mihi duco, si me omnium quæ insimulastis abunde purgavi, si nusquam passus sum vel exiguam suspicionem Magiæ consistere. Reputate vobiscum, quanta fiducia innocentia mea, quantoq; despectu vestri agam; si vna causa vel minima fuerit inuenta, cur ego debuerim Pudentillæ nuptias ob aliquod meum commodum appetere. Si quamlibet modicû emolumentum probaueritis; ego ille sim Carinondas, vel Damigeron, vel Hilmoses, vel Ioannes, vel Apollonius, vel ipse Dardanus, vel quicumq; alius post Zoroastrem & Hostanem inter Magos celebratus est. Vide quæso Maxime quem tumultum suscitarent, quoniam ego paucos magorum nominatim percensui. Quid faciam tam rudibus, tam barbaris? Doceam Rufinum, hæc & multo plura alia nomina in bibliothecis publicis apud clarissimos scriptores me legisse: an disputem, longè aliud esse notitiam nominû, aliud artis eiusdem habere communionem: nec debere doctrinae instrumentum & eruditionis memoriam pro confessione criminis haberi? An quod multo præstabilius est, tua doctrina Claudii Maxime, tuaq; perfecta eruditione fretus,



ne fretus, contemnam stultis & impolitis ad hæc respondere? Ita potius faciam. quid ille existiment nauici non putabo. Quod institui, pergam disputare: nullam mihi causam fuisse, Pudētillam beneficiis ad nuptias proleētandi. Formam mulieris & ætatem ipsi vltro improbauerunt, idque mihi vitio dederunt, talē vxorem causa auaritiæ concupisse: atque adeo primò dotem in congressu grandem & vberem rapuisse. Ad hæc, Maxime, longa oratione fatigare te non est consilium. Nihil verbis opus est, cum multo disertius ipsæ tabulæ loquantur: in quibus omnia contrā quàm isti ex sua rapacitate de me quoque coniectauerunt, facta impræsentiarum, & prouisa in posterum deprehendes. Iam primum mulieris locupletissimæ modicam dotem, neque eam datam, sed tantummodo promissam. Præter hæc: ea conditione factam coniectionem, si nullis ex me susceptis liberis vita demigrasset: vt dos omnis apud filios eius Pontianum & Pudentem maneret: sin verò vno vnâ ue superflite diem suum obisset: vti tum diuidua pars dotis posteriori filio; reliqua prioribus cederet. Hæc, vt dico, tabulis ipsis docebo. Fors fuerit, vt ne sic quidē credat Æmilianus, sola trecenta milia nummum scripta, eorumque repetitionem filii Pudentillæ pacto datam, Capiens ipse tu manibus tuis tabulas istas, da impulsori tuo Rufino. legat. Pudeat illum tumidi animi sui, & ambitiosæ mendicitatis. quippè ipse egens, nudus, trecentis milibus iuminum a creditore acceptis filiam dotauit. Pudentilla locuples femina trecentis millibus dotis fuit contenta: & maritū habet, & multis sæpe & ingentibus dotibus spretis, inani nomine tautulæ dotis contentum: ceterum præter vxorem suam nihil computantem, omnem supellectilem cunctasque diuitias in concordia conjugis & mutuo amore ponentem. Quamquam quis omnium vel exiguè rerum peritus culpare auderet: si mulier vidua & mediocri forma, at non ætate  
mediocri.

mediocri, nubere volens, longa dote & molli conditione inuitasset iuuenem, neque corpore, neque animo, neque fortuna pœnitendum? Virgo formosa, et si sit oppidò pauper, tamen abundè dotata est. Affert quippe ad maritum nouum animi indolem, pulcritudinis gratiam, floris rudimentum. Ipsa virginittatis commendatio, iure meritoque omnibus maritis acceptissima est. Nam quodcunque aliud in dotem acceperis, potes, cum libuit, ne sis beneficio obstrictus, omne, vt acceperas, retribuere: pecuniam remunerare, mœcipia restituere, domo demigrare, prædiis cedere. Sola virginittas, cum semel accepta est, reddi nequitur: sola apud maritum ex rebus dotalibus remanet. Vidua autem qualis nuptiis venit, talis diuortio digreditur, nihil affert irreposcibile. sed venit iam ab alio præflorata: certè tibi, ad quæ velis, minimè docilis: non minus suspectans nouam domum, quàm ipsa iam ob vnum diuortium suspectanda: siue illa morte amisit maritum, vt scœui ominis mulier, & infausti coniugij, minimè appetenda; seu repudio digressa est, vtramuis habeat culpam mulier: quæ aut tam intolerabilis fuit vt repudiaretur, aut tam insolens vt repudiaret. Ob hæc & alia viduæ dote aucta procos sollicitant. Quod Pudentilla quoque in alio marito fecisset, si Philosophum spernentem dotis non reperisset. Age verò, si auaritiæ causa mulierem concupissem: quid mihi vttilius ad possidendam domum eius fuit, quàm similitatem inter matrem & filios ferere? alienare ab eius animo liberorum caritatem, quo liberius & artius desolatam mulierem solus possiderem? Fuit ne hoc prædonis, quod esse vos fingitis? Ego verò quietis & concordia & pietatis autor, conciliator, fauissor, non modò noua odia non serui, sed vetera quoque funditus extirpauit. Suasi vxori meæ, cuius, vt isti aiunt, iam vniuersas opeis transuoraram: suasi inquam, ac denique persuasi, vt filiis pecuniam suam reposcentibus, de quo supra dixeram, vt eam pecuniam

sine

sine mora redderet in prædiis vili æstimatis, & quanto ipsi volebant: Præterea ex te familiari sua fructuosissimos agros, & grandem domum, opulente ornata, magnamque vim tritici & ordei, & vini & olei, ceterorumque fructuum: seruos quoque haud minus quadringentos. pecora amplius neque pauca neque abiecti pretij donaret; ut eos & ex ea quam tribuisset parte securos haberet, & ad cetera hereditaris bona spe inuitaret. Hæc ego ab inuita Pudèilla, patietur enim me, uti res fuit, ita dicere, ægré exauditus, ingentibus precibus inuitæ & iratæ extorssi; matrem filiis reconciliaui: priuignos meos, primo hoc vitrici beneficio, grâdi pecunia auxi. Cognitum hoc est tota ciuitate. Rufinum omnes execrati, me laudibus telere. Venerat ad nos, priusquam istam donationem mater perficeret, cum dissimili isto fratre suo Pontianus, ante pedes nostros aduolutus, veniam & obliuionem præteritorum omnium postulat; flens & manus nostras osculabundus, ac dicens panitere, quod Rufino & similibus auscultarit. Petit postea suppliciter, uti se Lolliano quoque Auito C. V. purgem, cui haud pridem tirocinio profectiois suæ fuerat à me commédatus. quippe compererat, ante paucos dies omnia me, ut acta erant, ad eum perscripsisse. Id quoque à me impetrat. Itaque acceptis literis Carthaginem pergit: ubi iam propè exacto Consulatus sui munere, Lollianus Auitus te Maxime oppetiebatur. His epistolis meis lectis, pro sua eximia humanitate gratulatus, Pontiano, quod citò errorem suum cortexisset, rescripsit mihi per eum, quas litteras, *Dij boni! qua doctrina! quo lepore! qua verborum amœnitate simul & iucunditate!* prorsus ut vir bonus dicendi peritus. Scio te, Maxime, libenter eius litteras auditurum. Et quidem si perlegam, mea voce pronuntiabo. Cedo tu Auiti epistolas: ut quæ semper ornamento mihi fuerunt, sint nunc etiam salutis. At tu, licebit aquam sinas fluere. Namque optimi

viri literas ter & quater ab eo quantumvis temporis  
 dispendio lectitarem. Non sum nescius, debuisse  
 me post istas Auiti litteras perorare. Quem enim  
 laudatorem locupletiozem, quem testem vitæ meæ  
 sanctiorem, præducam, quem denique aduocatum  
 facundiozem? Multos in vita mea Romani no-  
 minis disertos viros sedulo cognoui, sed sum æquè  
 neminem admiratus. Nemo est hodie, quantum  
 mea opinio fert, alicuius in eloquentia laudis ac  
 spei, quin Auitus esse longè malit; si cum eo se, re-  
 mota inuidia, velit conferre. Quippe omnes fandi  
 virtutes penè diuersè in illo viro cõgruunt. Quam-  
 cunque orationem struxerit Auitus, ita illa erit  
 vndique sui perfectè absoluta; vt in illa neque  
 Cato grauitatem requirat, neque Lælius lenitatem,  
 neque Gracchus impetum, nec Cæsar calorem,  
 nec Hortensius distributionem, nec Caluus argu-  
 tias, nec parsimoniam Sallustius, nec opulentiam  
 Cicero? prorsus in qua, ne omnis persequar, si  
 Auitum audias, neque additum quidquam velis,  
 neque detractum, neque autem aliquid commuta-  
 tum. Video, Maxime, quàm benignè audias,  
 quæ in amico tuo Auito recognoscis. Tua me co-  
 mitas, vt vel pauca dicerem de eo, inuitauit. At  
 non vsque ad eò tuæ beniuolentiæ indulgebo, vt  
 mihi permittam, iam propemodum fesso, in causa  
 prorsus ad finem inclinata, de egregiis virtutibus  
 eius nunc demũ incipere: quin potius eas integris  
 viribus & tẽpori libero seruem. Nunc enim mihi,  
 quod ægrè fero, à commemoratione tanti viri, ad  
 pesteis istas oratio reuoluenda est. Audèsne te  
 ergo Æmiliane cum Auito conferre? Quem ne  
 ille bonum virum ait, cuius animi disputationem  
 tam plenè suis litteris collaudat, cum tu Magia,  
 maleficij, criminis insectabere; An inuasisse me  
 domum Pudentillæ, & compilare bona eius, tu  
 magis dolere debes, quàm doluisset Pontianus,  
 qui mihi ob paucorum dierum, vestro scilicet in-  
 stinctu, ortas simultates, etiam absenti, apud Aui-  
 tum

tum satisfecit? qui mihi apud tantum virum gratias egit? Puta me acta apud Auitum, non litteras ipsius legisse. Quid posses, vel quas quis in isto negotio accusare? Pontianus ipse, quod à matre donatum acceperat, meo muneri acceptum ferebat: Pontianus me vitricum sibi cōtigisse intimis affectionibus latabatur. Quòd vtinam incolumis Carthagine reuertisset! vel, quoniam sic ei fuerat Fato decretum, vtinam tu Rufine supremum eius iudicium non impedisses! quas mihi aut coràm, aut denique in testamento gratias egisset! Litteras tamen quas ad me Carthagine, vel iam adueniens ex itinere prēmisit, quas adhuc validus, quas iam æger, plenas honoris, plenas amoris, quas Maxime paulisper recitari sinas; vt sciat frater eius, accusator meus, quàm in omnibus Mineruæ curriculum cum fratre optima memoriæ viro currat. Audistine vocabula, quæ mihi Pontianus frater tuus tribuerat, me parentem suum, me dominum, me magistrum, cum sæpe aliàs, tum in extremo tempore vitæ vocans? Possem tuas quoque pares epistolas promere; si vel exignam moram tanti putarem. potius testamentum illud recens tui fratris, quamquam imperfectum, tamen proferri cuperem, in quo mei officiosissimè & honestissimè meminit. Quod tamen testamentum Rufinus neque comperati, neque perfici passus est, pudore perditæ hereditatis: quam paucorum mensium, quibus socer Pontiani fuit, magno quidem pretio noctium computarat. Præterea nescio quos Chaldaeos cōsuluerat, quo lucro filiam collocaret. Qui, vt audio, vtinam illud non verè respondissent, primum eius maritum in paucis mensibus moriturum. Cetera enim de hereditate, vt assolent, ad consulentis votum confinxerunt. Verùm, vt Dij voluere, quasi cæca bestia, incassum hianit. Pontianus enim filiam Rufini malè comperitam, non modò heredem non reliquit, sed ne hoc uestro quidem legato impertiuit: quippe qui ei ad

ignominiam lintea adscribi ducentorum ferè denariorum iussit: vt intelligeretur iratus potius exterrasse eam, quàm oblitus præterisse. Scipis autè heredes tam hoc testamento quàm priore, quod lectum est, matrem cum fratre, cui, vt vides, admodum puero, tandem illam filiz suæ machinam Rufino admouet, ac mulierem alioqui multò natu maiorem, nuperrimè vxorem fratris, misero puero obiicit, & obsternit. At ille puellæ meretricis blandimentis, & lenonis patris illectamentis captus & possessus, exinde vt frater eius animã edidit, relicta matre, ad patruû cômigrauit, quo facilius remotis nobis cæpta perficerentur. Fauet enim Rufino Æmilianus, & prouentum cupit. Ehem! rectè vos admonetis. etiam suam spem bonus patruus temperat in isto, ac fouet: qui sciat intestati pueri legitimum magis quàm iustum heredè futurum. Nolle hercule hoc à me profectum. Non fuit mea moderationis, tacitas omnium suspiciones palàm abrumpere. malè vos qui suggestistis. Planè quidem si puerum velis, multi mirantur Æmilianæ tam repentinam circa puerum istû pietatem tuam, postquam frater eius Pontianus est mortuus; cum antea tam ignotus illi fueris, vt sæpe ne occurssu quidem filium fratris de facie agnosceres. At nunc adeò patientem te ei præbes, itaque eum indulgentia corrumpis, adeò ei nulla re aduersaris: vt per hæc suspicionibus fidem facias. Inuestem à nobis accepisti, vesticipem illico reddidisti. Cum à nobis regeretur, ad magistros ibat: at ab iis nunc magna fugela in ganeû fugit; amicos serios aspernatur; cû adulescentulis postremissimis inter scorta & pocula puer hoc xui in conuiuio agitatur. Ipse domi tuæ rector, ipse familiæ dominus, ipse magister in conuiuio. in ludo quoque gladiatorio frequens visitor, nomina gladiatorum & pugnas & vulnèra planè quidem, vt puer honestè ab ipso lanista docetur. loquitur numquam nisi Punicè, & si quid adhuc à matre Græcissat. Latina enim  
neque

neque vult, neque potest. Audisti Maxime paulo antè, prò nefas! priuignum meum, fratrem Pontiani, disertum iuuenis, vix singulas syllabas fringulientem? cum ab eo quæreres, donasset ne illis mater, quæ ego dicebã me adiuuante donat. Testor igitur te, Claudii Maxime, vosque qui in consilio estis, vosque etiam qui tribunal mecum assistitis, hæc damna & dedecora morum eius patruo huic, & candidato illi socero assignanda; meque posthac boni consulturum, quod talis priuignus curæ meæ iugum ceruice excusserit; neque postea pro eo matri eius supplicaturum. Nam, quod paenissimè oblitus sum, uuperrimè cum testamentum Pudentilla post mortem Pontiani filij sui, in malâ valetudine scripserit; diu sum aduersus illam renisus, ne hunc ob tot insignis contumelias, ob tot iniurias exheredaret, elogium grauissimum iam totum mediisfidius perscriptum, vt aboleret, impensis precibus orauit. Postremò ni impetrarem, diuersurum me ab ea comminatus sum. mihi hanc veniam tribueret: malû filium beneficio vinceret; me inuidia omni liberaret. Nec prius destiti, quàm ita fecit. Doleo me huncce scrupulum Æmiliano dempsisse, tam inopinatam semitam indicasse. Specta quæso Maxime, vt hisce auditis, subito obstupuerit, vt oculos ad terras demiserit. Longè enim secius ratus fuerat, nec immeritò, mulierem filij contumeliis infectam, meis officiis deninctam sciebat. De me quoque fuit quod timeret. Quis enim, vel æquè vt ego sperneus hereditatis, tamen vindicari de tam inofficioso priuigno recusasset? Hæc præcipuè sollicitudo eos ad accusationem mei stimulauit, hereditatem omnem mihi relictam falsò ex sua auaritia coniectauerunt. Soluo vos in præteritum isto metu. Namque animum meum neque hereditatis, neque vltionis occasio potuit loco dimouere. Pugnauit cum irata matre, pro priuigno malò vitricus, veluti pater pro optimo filio

filio aduersus nouercam. nec fatis fuit: ni bonæ  
 vxoris prolixam liberalitatem circa me nimio plus  
 æquo coëcerem. Cedò tu testamentum, iam ini-  
 mico filio à matre factum: me, quem illi prædo-  
 nem dicunt, verba singula cum precibus præeunte.  
 Rumpi tabulas istas iube Maxime. inuenies filium  
 heredem: mihi verò tenue nescio quid honoris gra-  
 tia legatum; ne, si quid ei humanitùs attigisset, no-  
 men maritus in vxoris tabulis non haberem. Cape  
 ista, vt matris tuæ testamentum, verè hoc quidem  
 in officiosum. Quid ni? in quo obsequentiissimum  
 maritum exheredauit, inimicissimum filium scri-  
 psit heredem: immò enim uerò non filiū, sed Æmi-  
 liani spes, & Rufini nuptias; sed temulentum illud  
 collegium, parasitos tuos. Accipe inquam filio-  
 rum optime, & positis paulisper epistolis amato-  
 riis matris, lege potius testamentum. si quid quasi  
 insana scripsit, hic reperies, & quidem mox à prin-  
 cipio: SICINIUS PVDENS FILIVS MEVS  
 MIHI HERES ESTO. Fateor. qui hoc legerit,  
 insanam putabit. Hiccine filius heres, qui te in  
 ipso fratris suo funere, aduocata perditissimorum  
 inuenum manu, voluit excludere è domo, quam  
 ipsa donaueras? qui te sibi à fratre coheredem re-  
 lictum, grauiter & acerbè tulit? qui confestim te,  
 cum tuo luctu & maxore deseruit, & ad Rufinum  
 & Æmilianum de sinu tuo aufugit? Qui ibi pluri-  
 mas postea contumelias dixit coràm, & adiuuante  
 patruo, fecit? Qui nomen tuum pro tribunalibus  
 ventilauit? qui pudorem tuum tuismet literis co-  
 natus est publicè dedecorare? qui maritum tuum,  
 quem elegeras, quem, vt ipse obiiciebat, efflictim  
 amabas, capitis accusauit? Aperi quæso bone  
 puer, aperi testamentum: facilius insaniam matris  
 sic probabis. Quid abnuis? quid recusas, postquam  
 sollicitudinem de hereditate materna repulisti? At  
 ego hæc tabulas Maxime, hic ibidem pro pedi-  
 bus tuis adiicio: testor que me deinceps incuriosius  
 habi-



habiturum, quid Pudentilla testamento suo scribat. \* Ipse iam, ut libet, matrem suam de cetero exoret, mihi, ut ultra pro eo deprecet, locum non reliquit. Ipse iam ut sui potens ac vir, acerbissimas litteras matri diceret, itam eius delinuat, qui potuit perorare, potuit exorare. Mihi iamdudum satis est, si non modo crimina obiecta plenissime dilui, verum etiam radicem huius iudicij, id est hereditatis qua sita inuidiam, funditus substuli. Illud etiam, ne quid omnium praeteream, priusquam peroro, falso obiectum reuincam. Dixistis, me Magia de pecunia mulieris pulcherrimum praedium meo nomine emisse. Dico, exiguum herediolum sexaginta milibus nummum: id quoque non me, sed Pudentillam suo nomine emisse: Pudentillae nomen in tabulis esse: Pudentillae nomine pro eo agello tributum dependi. Praesens est quaestor publicus, cui dependum est, Coruinus Celes, vir ornatus, adest etiam tutor, auctor mulieris, vir grauissimus & sanctissimus, omni cum honore mihi nominandus, Cassius Longinus. Quare Maxime, cuius emptiois auctor fuerit, quantum pretio mulier locuples agellum suum praestinarit? Testimonium Cassij Longini tutoris, & Coruini Clementis, quod recitatum est. Est ne ita ut dixi? vsipiam in hac emptione nomen meum adscriptum est? Num ipsum heredioli pretium inuidiosum est? Num vel hoc saltem in me collatum? Quid etiam est Aemiliane, quod non te iudice refutauerim? quod pretium Magiae meae reperisti? Cur ego Pudentillae animum beneficiis flecterem? quod ex ea commodum caperem? uti dotem mihi modicam potius quam amplam diceret? O praecelara carmina! an ut eam dotem filiis suis magis restipularetur, quam penes me sineret? Quid addi ad hanc Magiam potest? an uti rem familiarem suam meo adhortatu pleramque filiis condonasset, quae nihil illis ante me maritum fuerat largita, mihi quidquam impartiret?

O graue beneficium, dicam, an ingratum beneficium? an vt testamenta, quod irato filio scribebat, filium potius, cui offensa erat, quam me, cui deuincta heredem relinqueret? Hoc quidem multis carminibus difficile impetraui. Putate vos causam nõ apud Claudium Maximũ agere, virum æquum, & Iustitiæ pertinacem; sed alium aliquem prauum & sauum iudicem substituite, accusationum fautorem, cupidum condemnandi. date ei quod sequatur, ministrare vel tantulam verisimilem occasionem secundum vos pronuntiandi. Saltem fingite aliquid, reminiscimini, quod responderatis, qui vos ita rogarit. Et, quoniam omnem conatum necesse est quæpiam causa præcedat; respondere, qui Apuleium dicitis animum Pudencillæ Magicis illectamentis adortum, quid ex ea petierit? cur fecerit? Formam eius voluerat? negatis. Diuitias saltem concupierat? negant tabulæ dotis, negant tabulæ donationis, negant tabulæ testamenti, in quibus non modò non cupidè appetisse, verum etiam durè repulisse liberalitatem suæ vxoris ostenditur. Quæ igitur alia causa est? Quid obmutuistis? quid tacetis? Vbi illud libelli vestri atrox principium, nomine priuigni mei formatum? *Hunc ego, domine Maxime, reum apud te facere institui.* Quin igitur addis, reum magiltrum, reum vitricum, reum deprecatores? Sed quid deinde? *plurimorum malefactorum & manifestissimorum.* Cedò vnum de plurimis: cedo dubium, vel saltem obscurum de manifestissimis. Ceterum ad hæc quæ obiecistis innumera, binis verbis respondeam: Dentes splendidos: Ignosce mundiciis. Specula inspicias: Debet Philosophus. Versus facis: Licet fieri. Pisces exploras: Aristoteles docet. Lignum consecras: Plato suadet. Vxorem ducis: Leges iubent. Prior natu is est: Solet fieri. Lucrum sectatus es dotis: Dotalem accipe, donationem recordare, testamentum lege. Quæ si omnia affatim retudi, si calumnias omnes refurauit:

taui: si in omnibus non modò criminibus, verum etiam maledictis, procul à culpa Philosophiæ tutus sum, si Philosophiæ honorem, qui mihi salute mea antiquior est, nusquam minui: iramò contrà vbique, si cum septem pœnis eum tenui: si hæc ut dico ita sunt: possum securius tuam existimationem reuereri, quàm potestatem vereri: quod minus graue & verendum mihi arbitror, à proconsulibus damnari, quàm si à tam bono, tamq; emendato viro improber.



L. APV.

## ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ

S I V E

DE SYLLOGISMO CATE-  
GORICO LIBER.

T V D I V M Sapientiæ, quod Philosophiam vocamus, ple-  
risque videtur tres species seu  
partes habere: Naturalem,  
Moralem, & de qua nunc di-  
cere proposui, Rationalem,  
qua continetur ars differen-  
di. Sed cum differamus Ora-  
tione, cuius variaz species  
sunt, vt Imperandi, vel Narrandi, Mandandi, Suc-  
censendi, Optandi, Fouendi, Irascendi, Odiendi,  
Inuidendi, Fauendi, Miserandi, Admirandi, Con-  
temnendi, Obiurgandi, Pœnitendi, Deplorandi;  
tum Voluptatem afferendi, tum Metum incutien-  
di: in quibus oratoris excellentis est, lata angustè,  
angusta latè, vulgata decenter, noua vsitatè, vsita-  
ta nouè \* \* extenuate magna, maxima è minimis  
posse efficere, aliaque id genus plurima: est vna in-  
ter has ad propositum potissima, quæ Pronuntia-  
bilis appellatur, absolutam sententiam compre-  
hendens, sola ex omnibus veritati aut falsitati ob-  
noxia; quam vocat Sergius Effatum, Varro Pro-  
loquium, Cicero Euuntiatum; Græci Protasis,  
tum Axioma. Ego verbum è verbo, tum Proten-  
tionem, tum Rogamentum, familiarius tamen  
dicetur Propositio. Propositionum igitur, perinde  
vt ipsarum Conclusionum, duz species sunt, alte-  
ra Prædicatiua, quæ etiam simplex est; vt si dica-  
mus, *Qui regnat, beatus est*: altera Substitutina vel  
Condi-

Conditionalis, quæ etiam composita est; vt, *Aiay, quæ regnat, si sapit, beatus est*. Substitutis enim Conditionem, qua, nisi sapiens est, non sit beatus. Nos nunc de Prædicatiua dicemus, quæ natura prior est, ac velut elementum Substitutiuæ. Sunt & aliæ differentia, Quantitatis & Qualitatis. Qualitatis quidem, quod aliæ Vniuersales sunt; vt, *Omne spirans vivit*: aliæ Particulares; vt, *Quadam animalia non spirant*: aliæ Indefinitæ; vt, *Animal spirat*. non enim definit utrum omne, an aliquod. sed tamen pro Particulari semper valet: quia tutius est id ex incerto accipere quod minus est. Qualitatis autem, quod aliæ Dedicatiuæ sunt, quod dedicant aliquid de quopiam: vt, *Virtus bonum est*. dedicat enim virtuti inesse bonitatem. aliæ Abdicatiuæ, quæ abdicant aliquid de quopiam: vt, *Voluptas non est bonum*, abdicat enim voluptati inesse bonitatem. At Stoici hanc quoque Dedicatiuam putant, cum inquirunt, *Evenit cuidam voluptati bonum non esse*. ergo dicit quid euenerit ei; id est, quid sit. Idcirco Dedicatiua, inquirunt, est, quia & in quo negauit esse, dedicat id quod non videt esse. Solum autem Abdicatiuum vocant, cui negatiua particula præponitur. Verum hi quidem cum in aliis, tum in hac re vincuntur; si qui ita rogauerit: *Quod nullam substantiam habet, non est*. cogentur enim secundum quod dicunt, confiteri esse quod non est, quod nullam substantiam habet. Ceterum est propositio, vt ait in Theæteto Plato, duabus paucissimis orationis partibus constans, Nomine & Verbo: vt, *Apuleius dfferit*. quod aut verum aut falsum est: & ideo Propositio est. Vnde quidam rati sunt has duas solas Orationis partes esse, quod ex iis solis fieri possit perfecta Oratio: id est, quod abunde sententiam comprehendant. Aduerbia autem, & Prænomina, & Participia, & Coniunctio, & id genus cetera quæ Grammatici numerant, non magis partes Orationis esse, quam nauium Aplustria, & hominum Pilos, aut certe in vniuersa compage Orationis vice clauo-

clauorum, & picis, & glutinis deputanda. Porro ex duabus prædictis partibus altera Subiectiua nominatur, velut subdita: vt, *Apuleius*: altera Declaratiua: vt *Differit*, vel, *Non differit*, declarat enim quid faciat Apuleius. Licet autem, eadem vi manente, vtramuis partem in plura verba protendere. vt, si pro *Apuleio* dicas, *Philosophum Platonicum Madaurensem*: item pro *Differendo*, dicas eum, *Vti oratione*. Plerumque autem subiectiua minor est, Declaratiua maior: & non hanc modo, sed alias quoque Subiectiuas comprehendens. Non enim solus Apuleius differit, sed etiam alij plurimi, qui sub eadem Declaratione possunt contineri. niil fortè Proprium cuiuspiam de eo declararetur: vt si dicas, *Qui equus, hinnibile est*, at Propriū est equi, Hinnite. Et idcirco in his Propriis par est Declaratiua, par Subdita: ac non, vt in ceteris, maior: quippe cum eadem possit, mutata vice, Subdita fieri: & quam prius habuerit Subditam, nunc habere sui Declaratiuam. vt si verso ordine ita dicas, *Quod hinnibile est, equus est*. At non itidem vbi impares partes sunt, conuertere vices possis. Non enim quia verum est, *Omnem hominem animal esse*; idcirco si conuertas verum erit, *Omne animal hominem esse*. Neque enim vt Proprium est equi, hinnibile; ita proprium est homini, animal esse; cum sint animalia alia innumera. Agnoscitur hinc de pluribus Declaratiua, licet conuerso ordine Rogamentum proponatur: primò, quòd plura cõprehendere potest Declaratiua quàm Subdita: dehinc, quòd numquam vocabulo sed semper verbo terminatur. quo præcipuè etiam in illis proprietatibus à pari Subiectiua discernitur. Id etiam pro similitudine tenendum est, quia vt sunt Propositiones Definitæ & Indefinitæ: ita etiam constat Particulas tam Subiectiuas quàm Declaratiuas partim definitas esse, vt, *homo, animal*; partim Indefinitas, vt, *non homo, non animal*. Non enim definiunt quid sit, cum hoc non sit, sed tantum ostendunt aliud

aliud præter hoc esse. Nunc dicendum est quemadmodum quattuor illæ Præpositiones inter se affectæ sint : quas non ab re est in quadrata formula spectare. Sunt igitur in superiore linea, vt infra scriptum est, vniuersalis Dedicatiua & Abdicatiua: vt, *Omnia voluptas bonum est, Nulla voluptas est bonum.* dicanturque hæ inter se Incongruæ. Item in inferiori linea sub vtraque particulares subnotentur. *Quaedam voluptas bonum est, Quaedam non est bonum*: dicanturq; hæ inter se Subpares. Deinde ducantur obliquæ lineæ angulares: altera pertinens ab vniuersali Dedicatiua ad particularem Abdicatiuam; altera à particulari Dedicatiua ad vniuersalem Abdicatiuam: quæ inter se & Quantitate & Qualitate contrariæ, Alterutra nominentur; quòd iam necesse est alterutram veram esse, quæ dicitur perfecta pugna & integra. at inter Subpares & Incongruas pugna diuidua est; quòd Incongruæ nunquam quidem fiunt simul veræ, interdum tamen simul mentiuntur. Subpares autem, mutata vice nunquam quidem simul mentiuntur, interdum tamen fiunt simul veræ. & ideo vtriusuis harum reuictio confirmat alteram. non tamen & vtriusuis confirmatio reuincit alteram. De Incongruis qui vtramuis posuit, vtiq; alteram tollit: non tamen, mutata vice, qui vtramuis tollit, vtiq; alteram ponit. Enimvero de Alterutris qui vtramuis comprobatur, nunquam alteram refutat: & qui alteram refutat, vtiq; alteram comprobatur. Ceterum vniuersalis vtriusuis particularem suam comprobata vtiq; confirmat, reuicta non vtiq; infirmat. Particularis autem, versa vice vniuersalem suam reuicta vtiq; infirmat; probata non vtiq; firmat. Hæc omnia ita esse vt dicimus, ex ipsis Propositionibus facile ostendunt infra scripta.

Omnia

*Omnia voluptas  
bonum est.*

*Nulla voluptas  
bonum est.*



*Quaedam voluptas  
bonum est.*

*Quaedam voluptas  
non est bonum.*

Certum est enim, quòd concedat qui aliquid proposuerit. Destruitur autem vtravis Vniuersalis trifariam: dum aut Particularis eius falsa ostenditur, aut vtravis ex duabus ceteris vera, siue Incongrua siue Subiectiua. Instruitur autem vno modo, si Alterutra eius falsa ostenditur. Contrà Particularis vno quidem modo destruetur, si Alterutra Vera ostenditur. Instruitur autem trifariam: si aut Vniuersalis eius vera est; aut vtravis ex duabus ceteris falsa, siue Suppar eius siue Subiectiua. Eadem seruariamus etiam in æquipollentibus Propositionibus. Æquipollentes autem dicuntur, quæ alia enuntiatione tantumdem possunt, & simul veræ sunt, aut simul falsæ: altera ob alteram scilicet, sicut Indefinita & Particularis. Item omnis Propositio si assumat in principio negatiuam particulam, fit Alterutra eius Æquipollens. vè cum sit Vniuersalis Dedicatiua, *Omnia voluptas bonum*: si ei negatio præponatur, fiet, *Non omnia voluptas bonum*: tantumdem valens quantum valebat Alterutra eius, *Quaedam voluptas non est bonum*. Hoc in ceteris tribus propositionibus intellegendum est. Deinde de cõuersione. Conuersibiles propositiones dicuntur, vniuersalis Abdicatiua & Alterutra eius, id est particularis Dedicatiua: eò quòd particulæ earum Subiectiua & Decla-

tratiua



ratiua possunt semper seruare inter se vices, permanēte cōditione veritatis aut falsitatis. Nam vt vera est hęc propositio, *Nullus prudēs est impius*: ita, si conuertis partium vices, verum erit, *Nullus impius prudens*. Itē vt falsum est, *Nullus homo est animal*: ita si cōuertas falsa erit, *Nullum animal homo*. Pari ratione & particularis Dedicatiua cōuertitur, *Quidam Grammaticus homo est*; & *Quidam homo, Grammaticus est*. Quod duæ ceterę propositiones semper facere non possunt, quamquam interdum conuertantur, nec tamen idcirco Conuersibiles dicuntur, nam quod alicubi fallit, pro certo repudiatur. Ergo vnaquæq; propositio per omnes significationes reperienda est, an etiam conuersa congruat. Nec innumeræ sunt istæ, sed quinque solæ. aut enim Proprietas declaratur alicuius, aut Genus, aut Differentia, aut Finis, aut Accidens: Nec præter hæc vnumquam inueniri potest vlla propositio, vt si *Hominem* substituās; quidquid de eo dixeris, aut Proprium eius significaueris, vt *cachymabile*; aut genus, vt *animal*; aut Differentiam, vt *rationale*: aut Definitionem, vt *animal rationale mortale*: aut Accidens, vt *orator*. Quippe omne Declaratiuum alicuius, aut potest eius vicissim fieri Subiectiuum, aut non potest. Sed si potest; aut significat quid sit, & est Dēfinitio: aut non significat, & est Proprium. Sin autem non potest; aut id est quod in Dēfinitione poni debeat, vt est Genus vel Differentia: aut quod non debeat, vt est Accidens. Igitur per hæc agnoscitur particularis Abdicatiua non esse conuertibilis. Vniuersalis autem Dedicatiua & ipsa quidem non est conuertibilis, sed particulariter tamen potest conuerti, vt, cum sit *Omnis homo animal*; non potest ita conuerti, vt sit *Omnne animal homo*: sed Particulariter potest, *Quoddam animal homo*. Verum hoc in simplici Conuersione, quæ in conclusionum illationibus Reflexio nominatur. Est enim & altera Propositio- rum conuersio, quæ non tantum ordinem, sed etiam ipsas particulas in contrarium perducit; vt quæ

quæ Definita est, Indefinita fiat: & contrà, quæ Indefinita est, Definita. Hanc conuersionem vicissim reliquæ duæ admittunt, vniuersalis Dedicatiua, & particularis Abdicatiua: vt, *Omni homo, animal, Omne non animal, non homo.* item, *Quoddam animal non est rationale; Quoddam non rationale, animal.* Id ita esse perpetuò vt dicimus, per illas quinque prædictas species explorabis. Coniugatio autem Propositionum, dicitur ipsa connexio earum per aliam communem Particulam qua inter se copulantur. ita enim possunt ad vnâ Conclusionem consentire, quæ Particula communis necesse est aut in vtraque propositione Subiecta sit, aut in vtraque Declarans: aut in altera Subiecta, in altera Declarans. Tres igitur formulæ sunt, quarum prima dicitur, cum illa cõmunis particula in altera Subiecta, in altera Declarans est. qui ordo non tantum enumeratione, sed Conclusionum dignitate contentus est. Quippe vltima est formula tertia, quia nihil in ea nisi Particulare concluditur. Hac superior est secunda, quæ habet Conclusiones vniuersales, sed tamen Abdicatiuas tantum. Et ideo sic prima pollet, quia in omne genus Illationum concluditur. Dico autem Illationem vel illatium Rogamentum, quod Acceptationibus colligitur & inferitur. Porro Acceptio est propositio quæ conceditur à respondente, vt si quis ita proponat, *Estne omne honestum, bonum?* Propositio est. & si assentire se dicitur sic Acceptio, remota interrogatione: quæ & ipsa tamen communiter appellatur Propositio: *Omne honestum, bonum est.* Huic iunge alteram Acceptionem similiter propositam & concessam, *Omne bonum, utile est.* Ex hac coniugatione, vt mox ostendemus, primi modi sit Illatium; si directum, Vniuersale, *Omne igitur honestum, utile est:* si reflexum, Particulare: *Quoddam igitur utile, est honestum:* quia particulariter tantum in Reflexionibus conuerti potest vniuersalis Dedicatiua. Directum autem dico inferni, cum eadem Particula Subiecta est  
tam in

tam in cōiugatione quàm in ipsa illatione, itemq; Declarans se eadem, cùm est vtrobique. reflexim verò, cùm hoc fit versa vice. Ceterum tota ratio- cinatio ista quæ acceptionibus & illatione constat, & collectio vel conclusio nominatur, secundum Aristotelem cōmodissimè potest ita definiti: *Oratio, in qua concessis aliquibus aliud quiddam præter illa que concessa sunt, necessario euenit, sed per illa ipsa concessa.* In qua definitione & Orationis species non alia quàm pronuntiabilis intellegenda est, quæ, vt supra diximus, sola aut vera est aut falsa. Et, *concessis aliquibus*, pluraliter ideo dictū est, quia ex vna Acceptione nō fit collectio: licet Antipatro Stoico contra omnium sententiam videatur plena conclusio esse, *Vides, vinis igitur: cùm sit vllō modo plena, Si vides, vinis: atqui vides, vinis igitur.* Item quia concludere volumus non quod concessum est nobis, sed quod negatum: ideo in definitione, *aliud quiddam præter illa que concessa sunt, necessario euenire.* Quapropter superuacanei sunt Moduli Stoicorum, non idem differenter peragentes: vt, *Dies est, aut nox: atqui dies est.* Item idem geminantes, *Si dies est, dies est: dies igitur est.* Frustra enim colligunt quod sine contro- uersia vltro conceditur. Illud potius veri simile est, cùm dico, *Si dies est, lucet: atqui dies est: igitur & lucet:* non malè colligere præter quod accepi. Nam quod est in conclusione *lucet*, fuerat & in propositione. hoc tamen ita refutabimus, aliter dici in conclu- sione *Igitur lucet*, vt ostendatur nunc lucere: aliter in propositione acceptum, in qua nō est dictum nunc lucere: sed tantum consequens esse vt si dies sit, vtique & luceat. Multum autem refert num affir- mes aliquid esse, an tantum solere esse, cùm aliud quiddam præcellerit. Ita illud quod in eadem defi- nitione \*\* necessitates comprehensum est, factum est vt inclusionis visa similitudine inductionis dis- tingueretur. Nam & in distinctione quædam con- ceduntur: vt puta, *Homo inferiorem molam mouet, equus inferiorem mouet: item bos & canis.* in istis acceptionibus

nibus in Conclusionē aliud quid infertur, Ergo & omne animal inferiorem molam mouet. quod cum sit in Crocodilo falsum; potes, superioribus concessis, Illationem ipsam non recipere, quam tibi in conclusionē non licuisset reculare: quippe cuius illatio in in ipsis acceptiōibus continetur, & ideo in ea additum est, *ne. cessario euenire.* Ne vltima quidem \* Definitionis vacat, sed ostendit quod ipsa concesserit, euenire debere, Illationem ceterum ratam non fore. Ac de his quidem satis dictum. Nunc tradendum est quibus modis & coniugationibus fiant intra certum numerum prædicatiui generis veræ conclusiones, quippe in prima Formula nouem soli moduli, sex autem coniugationes reperiuntur: in secunda quattuor moduli, tres coniugationes: in tertia sex moduli, \* Coniugationes. De quibus hinc iam suo ordine demonstrabo: præfatus, neque ex particularibus solis, neque abdicatiuis solis ratam fieri conclusionem; quia sæpe possunt & falsa concludere. Item ex dedicatiuis si vtravis iungatur, Dedicatiuam non esse, non abdicatiuam fieri illationem, tantum vel vnâ mixta ceteris præualeat. Similis etiam particularibus particularium vis est. Vtravis enim mixta vniuersalibus, particularem facit illationem. Igitur in prima Formula modus primus est, qui concludit ex vniuersalibus dedicatiuis dedicatiuum vniuersale directim: vt, *Omne iustum, honestum: omne honestum, bonum: omne igitur iustum, bonum est.* at si reflexim inferas, quoddam igitur bonum, iustum. fit autem ex eadem coniugatione quintus modus. nam sic tantum reflecti posse vniuersalem dedicatiuam, supra docui. Secundus modus est, qui concludit ex vniuersalibus dedicatiua & abdicatiua abdicatiuum vniuersale directim: vt: *Omne iustum, honestum: nullum honestum, turpe: nullum igitur iustum, turpe.* At si reflexim inferas, nullum igitur turpe, iustum: sextum modum effeceris. nam, vt dictum est, reflectitur in se vniuersalis abdicatiua. Tantum meminisse debemus, Subiectiuum ex dedicatiua trahendum ad illationem

nem

nem ex secundo modo. atq; ideo eam priorē ælti-  
 mandā, licet antē abdicatiua enuntietur. Similiter  
 & in ceteris \* prior est potestate prior intelligatur.  
 In sexto autem modo trahitur subiunctiuus ex ab-  
 dicatiua. hæc sola differētia eorum. Itē tertius mo-  
 dus, qui cōducit ex dedicatiuis particulari & vni-  
 uersali dedicatiuū particulare directim. vt, *Quoddam*  
*iustum, honestum: omne honestum, vtile: quoddam igitur in-*  
*ustum, vtile.* Sed si reflexim inferās, *quoddā igitur vtile,*  
*iustum;* septimum modū effeceris. nam, vt dictū est,  
 reflectitur in se particularis dedicatiua. Quartus  
 modus est, qui conducit ex particulari dedicatiua  
 & vniuersali abdicatiua abdicatiuū particulare di-  
 rectim: vt, *Quoddam iustum, honestū est: nullū honestum,*  
*turpe: quoddam igitur iustum non est turpe.* Ex hoc modo  
 contrariæ vices inueniuntur octauus & nonus.  
 quippe seruatur eius illationem: non vt illi priores  
 reflexā coniugationē ipsam tantūm reflectūt pro-  
 positionibus & quipollētibus, mutatōq; ordine, vt  
 prior fiat abdicatiua, atque ideo conducere dicitur  
 ambo per cōiugationis conuersionē. Nam & si ab-  
 dicatiuam vniuersalem quarti \* cōuertas, & subii-  
 cias ei vniuersalē dedicatiuam; quæ cōuerterat, par-  
 ticularis eius dedicatiua fiet. Octauus modus est,  
 qui cōducit ex vniuersalibus abdicatiua & dedica-  
 tiua particulare abdicatiuū reflexim: velut, *Nullum*  
*turpe, honestū: omne honestū, iustum: quoddam igitur iustum*  
*non est turpe.* Nonus quoq; modus per similit̄ conu-  
 sionē ex vniuersali abdicatiua & particulari dedi-  
 catiua abdicatiuum particulare cōducit reflexim:  
*Nullum turpe, honestū: quoddam honestū, iustum: quoddam*  
*igitur iustum non est turpe.* Cur autē solus quartus mo-  
 dus duos genuerit, ceteri singulos, illa ratio est; quia  
 primi modi si vtramq; propositionē conuertamus,  
 fiet cōiugatio irrita duarū particulariū. sin alteram  
 tantūm, fiet aut secunda formula aut tertia. Ita se-  
 cundi modi si vtramq; cōuertas, fiet cōiugatio no-  
 ui, quā iam ostendimus ex quarto gigni, quia vni-  
 uersalis dedicatiua secūdi modi non nisi particula-

riter conuerti potest: sin alteram tātūm; fiet secunda formula aut quarta. Ex hisce igitur in prima formula modis nouem, primi quattuor indemonstrabiles nominantur: non quod demonstrari nequeant, vt vniuersis maris est quod non demonstrabile non fit, & vt circuli quadratura: sed quod tam simplices tamque manifesti sunt, vt demonstratione non egeant; adeo vt ipsi ceteros gignant, fidemque illis ex se impertiant. Nunc formulæ modos trademus secundæ. Primus modus in secūda formula est, qui conducit ex vniuersalibus dedicatiua & abdicatiua abdicatiuum vniuersale directim: velut, *Omne iustum, honestum: nullum turpe, honestum: nullum igitur iustum, turpe.* Hæc redigitur in secundum indemonstrabilem, conuersa eius secunda propositione. Secundus modus est, qui conducit ex vniuersalibus abdicatiua & dedicatiua abdicatiuum vniuersale directim: velut, *Nullum turpe, honestum: omne iustum, honestum: nullum igitur turpe, iustum.* Hic coniugatione non differt à priore, nisi quod subiectiuam particulam abdicatiua trahit ad illationem: quoniam ita variatus est Enuntiationis ordo, quod in prima formula fieri non potest. Tertius modus est, qui cōducit ex particulari dedicatiua & vniuersali abdicatiua abdicatiuum particulare directim: vel vt, *Quoddam iustum, honestum: nullum turpe honestum: quoddam igitur iustum non est turpe.* Huius si conuertamus vniuersalem abdicatiuā, fit indemonstrabilis quartus, ex quo hic nascitur. Quartus modus est, qui cōducit ex particulari abdicatiua & vniuersali dedicatiua abdicatiuū particulare directim: vt, *Quoddam iustum non est turpe: omne malum turpe: quoddam iustum non est malum.* hic solus modus tantum per Impossible approbatur, de qua Propositione dicemus, expositis modis formulæ. In tertia formula primus modus est, qui cōducit ex dedicatiuis vniuersalibus dedicatiuum particulare tam directim quam reflexim: vt, *Omne iustum, honestum: omne iustum, bonum: quoddam igitur honestum, bonum, vel sic, quoddam igitur*

igitur bonum, honestum. Quippe non interest quam ex utraque propositione facias particulam subiectiuam: quoniam non interest utram prius enunties. Ideo non rectè arbitratus est Theophrastus, propter hoc non vnum modum hunc sed duos esse. Secundus modus est qui conducit ex dedicatiuis particulari & vniuersali dedicatiuum particulare directim: vt, *Quoddam iustum, honestum: omne iustum, bonum: quoddam igitur honestum, bonum*. Tertius modus est, qui conducit ex dedicatiuis vniuersali & particulari dedicatiuum particulare directim: vt, *Omne iustum, honestum: quoddam iustum, bonum: quoddam igitur bonum, honestum*. Quartus modus est, qui conducit ex vniuersalibus dedicatiua & abdicatiua abdicatiuum particulare directim: vt, *Omne iustum, honestum: nullum iustum, malum: quoddam igitur honestum non est malum*. Quintus modus est, qui conducit ex dedicatiua particulari & abdicatiua vniuersali abdicatiuum particulare directim: vt, *Quoddam iustum, honestum: nullum iustum, malum: quoddam igitur honestum non est malum*. Sextus modus est, qui conducit ex dedicatiua vniuersali & abdicatiua particulari abdicatiuum particulare directim, vt, *Omne iustum, honestum: quoddam iustum non est malum: quoddam honestum non est malum*. Ex his sex modis primi tres rediguntur ad tertium indemonstrabilem, conuersa priore propositione primi & secundi. tertius enim secundo eandem coniugationem habet: hoc vno differens, quòd ex vniuersali trahit particulam subiectiuam. propter quod non tantum propositionis, verum etiam illationis conuersione redigitur in tertium. Item quartus & quintus nascuntur ex indemonstrabili quarto, conuersis prioribus propositionibus eorum. Sextus autem modus nec utraq; nec altera redigi conuersa ad indemonstrabilem aliquem potest, sed per impossibile tantum approbatur: sicuti quartus in secunda Formula. & ideo uterq; nouissimi numerantur. Ceterorum autem in omnibus Formulis ordinatio facta est pro-

differentia coniugationum & illationum. Nam  
 quia prius sit dicere quàm negare, potentiusque est  
 vniuersale quàm particulare: priores sunt vniuer-  
 sales particularibus, & in vtrisque dedicatio & il-  
 latio similes sunt. His præponitur modis qui cele-  
 rius ad indemonstrabilem redigitur. Hisdem est vna  
 conuersio, neque vna probatio est certos eos ad  
 cludendum modos esse. Est altera probatio com-  
 munitatis omnium, etiam indemonstrabilium, quæ di-  
 citur per impossibile, appellaturque ab Stoicis pri-  
 ma constitutio vel primum Expositum. quod sic  
 definiunt: *Si ex duobus tertium quid colligitur, alterum  
 eorum cum contrario illationes colligit, contrarium relinquit.*  
 Veteres autem sic definirunt: *Omnes conclusiones si  
 sublata sit illatio assumpta, alterutra propositione tolli reli-  
 quam,* quæ res inuenta est aduersus eos, qui concess-  
 is acceptionibus, id quod ex illis colligitur, impu-  
 denter recusant: & per hoc cõpelluntur ad impos-  
 sibilia; dum ex eo quod negant, contrariũ aliquid  
 inuenitur ei quod antecesserat. Porro contraria si-  
 mul esse vera, impossibile est. Ergo per impossibile  
 compelluntur ad conclusionem. Nec frustra cõsti-  
 tuerunt dialectici cum verum modum esse, cuius  
 aduersum illationis cum altera acceptione tollit  
 reliquam. At Stoici quidem tantũ negatiua par-  
 ticula præposita putant illationem recusari, vel ex  
 propositionibus alteram tolli; vtpote, *Omnis, non  
 omnis:* veteres verò & per alterutram. Igitur bifar-  
 riam; vtpote, *Omnis, non omnis: quidam, non quidam.*  
 Fiunt igitur aduersus vnãquamq; conclusionem  
 contrariã, quæ opponantur, octo; quoniam vtraq;  
 acceptio bifaria tollitur: fiuntque conclusiones bis-  
 quaternæ, modò negatiua particula præposita illa-  
 tioni, modò alterutra illationis accepta. Exemplo  
 sit primus indemonstrabilis, *Omne iustum, honestum:  
 omne honestum, bonum: omne igitur iustum, bonum.*  
 Qui hanc illationem concessis propositionibus ne-  
 gat, necesse est dicat, *quoddam iustum non est bonum.*  
 Huic si proponas priorem ex duobus concessis,  
 Omne



*Omne iustum, honestum*, fit illatio secundum sextum modum in tertia Formula, *quoddam igitur honestum non est bonum*. quod repugnat secundæ propositioni, quæ concesserat, *Omne honestum, bonum*. Hæc omnia opposita conclusio est, si iisdem manentibus æquipollentem eius inferat bis, *Non igitur omne honestum bonum*. Similiter & alteræ fiant duæ conclusiones, sicut nunc proposuimus priorem propositionem, sic assumamus posteriorem, *quoddam iustum non est bonum, omne honestum bonum*, fit illatio quarti modi secundæ formulæ duplex, *non igitur omne iustum, honestum*: vel, *quoddam igitur iustum, honestum non est*. quarum utrauis æquæ priori propositioni repugnat, quæ concesserat, *omne iustum honestum*. His conclusionibus manentibus, tantum propositio mutata est, pro eo quod est *Quoddam iustum non est bonum*, facias, *non omne iustum, bonum*, bifaria fit sublata illatio: erunt tertiæ quattuor conclusiones iisdem mutationibus. Item si pro eodem facias, *nullum iustum, bonum*, ut bifaria fit sublata illatio: erunt tertiæ quattuor conclusiones dumtaxat in his quæ habebunt vniuersalem illationem. Ea enim potest sola trifariam tolli. at in ceteris solæ octo. quas si quis velit singillatim sub vnoquoque per omnes formulas potuit suggerere ad exemplum quod proposuimus. ut etiam Hypotheticorum more, per litteras ordine propositionum & partium commutatio. sed vi manente fit primus demonstrabilis: secundus talis, *A de omni B, & abde, omnes igitur de*, omnis incipiunt A declaratæ. atque ideo & à secunda propositione hic ad ea mod. secundum has prætexas retro talis est, *Omne F B: omne B A: omne igitur F B*. Stoici porro pro litteris numeros vsurpant: ut, *Si primum, secundum: atqui primum: secundum igitur*. Verum Aristoteles in prima Formula quattuor solos indemonstrabiles prodit: Theophrastus & ceteri quinque enumerant. Nam propositionem iungentes & infinitam colligentes, quam Illationem

indefinitam superuacaneum est tradere, cum indefinita pro particulari, & eiusdem futura sit modi cuius particularis iam ostendimus in prima formula. Quòd si quis velit geminari, Indefinitam pro particulari accipiens, Indefinitamque subiiciens illationem; erunt omnes nouem & viginti. Aristo autem Alexandrinus, & nonnulli Peripatetici iuniores quinq; alios modos præterea suggerunt, vniuersales illationes: in prima formula tres, in secunda duos, pro quibus illi particulares inferunt, quod perquam ineptum est, cui plus concessum sit minus concludere. Omnes autem modos in tribus eorum formulis certos non nisi vnum & viginti esse, quos supra ostendimus, cõprobat. sed quattuor sunt propositiones: duæ particulares, duæ vniuersales. Harum vnaquæque, vt ait Aristoteles, vt sit subiecta aliis tribus, quaternæ scilicet coniungitur. atque ita senæ, denæ coniugationes in singulis formulis erunt. Harum sex æqualiter in omnibus non valent, duæ quidem, cum ex abdicatiua vtrauis alteram præcedit; quattuor autem, cum ex particularibus vtrauis à semet præcedit. Nihil enim concludi potest vbicumque aut duæ particulares sunt, aut duæ abdicatiuæ. Igitur remanent singulis formulis denæ coniugationes. Porro ex his tam in prima quàm in secunda formula duæ non valent, cum vniuersalis abdicatiua particulari præponitur. Similiter & in prima & tertia formula duæ repudiantur, quibus particularis abdicatiua vtrauis abdicatiuam antecedit. Quo fit vt remaneant primæ formulæ sex coniugationes. Iam in nouem formulis adhuc octonæ, ex quibus vna in neutra probatur, cum vniuersalis abdicatiua præcedit particularem abdicatiuam. ex his septenis quæ supersunt, iam propriæ sunt, in secunda formula quattuor falsæ: cum vniuersalis abdicatiua vel sibi met ipsa vel particulari suæ vtrouis loco iungitur: vel cum præcedit altera. Item propriæ in tertia formula duæ non valent, cum, vtrauis abdicatiua vniuersalis  
dedica-

dedicatiuæ præponitur. reliquas certas esse tres: in secunda quinque. Tertiæ formulæ supra ostendimus, cum eas ad sex coniugationes primæ formulæ redigeremus. Igitur ex quadraginta octo coniugationibus, quatuordecim solæ probantur. Ceteræ trigintaquatuor, quas enumerant, meritò repudiantur, quia possunt ex veris falsa concludere, quod facile est experiri per illas quinque supradictas significationes generis proprietatis. At ex illis quatuordecim quas probauimus, nõ plures quàm prædictum est modos fieri, docent causæ illationes: vt cum *directim* sumitur, tum *reflexim*, quousque ipsa veritas passa est. propterea rerum non potest numerus augeri.

Y 5

L. APV.

L. APVLEII  
 ANEXOMENOS  
 EX MENANDRO.

**A** Mare liceat, si potiri non licet.  
 Fruantur alij: non moror, non sumo inuidus.  
 Nam sese excruciat qui beatus inuidet.  
 Quos Venus amavit fecit amori competes:  
 Nobis Cupido velle dat, posse abnegat.  
 Olli, purpurea delibantes oscula,  
 Clemente morsu rosea labella vellunt.  
 Malas odorent ore, & in genas genas,  
 Et pupularum nitidas geminas gemmulas.  
 Quis & cum tenera membra molli lectulo,  
 (cum pectora \* adherent Veneris glutino,  
 Libido cum lasciuia instincto suscitet.  
 Sinuare at Veneri cursum femina, femina  
 Inter ganuitus, & subanti vocular.  
 Carpent papillas, atque amplexus intiment,  
 Haréntque sulcos molles aruo Venerco,  
 Thyrsimque pangant horto in Cupidinis;  
 Dum crebros ictus conhibente lumine,  
 Crepidante cursu, Venere & anima fessula,  
 Eiaculent tepidum rorem niveis laticibus.  
 Hac illi faciant queis Venus non inuidet.  
 At nobis casto saltem delectamine  
 Amare liceat, si potiri non licet.

L. APV-

L. APVLEII  
FRAGMENTA ET TITVLI  
LIBRORVM  
QVI NON EXTANT.

D. Anfonius ad Paullinum Eid. xviii.

ESSE Apuleium in vita Philosophum, in EPIGRAMMATIS amatorem; in praecipuis omnibus exsistere feueritatem, in EPISTOLIS AD CERELLIAM subesse petulantiam.

Sosip. Charisius lib. 31.

*Mus facere non audet.* ut apud Apuleium Platonium DE PROVERBIIS scriptum est libro 2.

Serulus in lib. 11. Georgicor. Virgil.

Apud Medos nascitur quaedam arbor ferens mala, quae Medica vocatur: quam per periphrasim ostendit, eius supprimens nomen. Hanc plerique Citrum vocat. quod negat Apuleius in libris quos DE ARBORIBVS scripsit: & docet longè aliud genus arboris esse.

Apud Nonium in Abstemiis.

IN LIB. LYDICORVM: *Abstemiis est, immò scit quo rete leporem tenebat, lupum non tenere.*

Sidon. Apollinar. lib. 11. Epist. 1x.

Quamquam sic esset ad verbum sententiamque trallatus; ut nec Apuleius PHAEDONEM sic Platonis, neque Tullius Ctesiphontem sic Demosthenis in usum regulamque Romani sermonis exscripserint.

Apud Priscianum lib. x.

Ex eod. *De Anima sic auditurum, sic disciturum, qui melius scit haec omnia & singula sic agere & pati, ut patiuntur atque agunt.*

Ibidem.

Item: *Et causam gignendi ostensurum, & immortalitatem Anima reperturum.*

Apud Fulgentium de prisco serm.

HERMAGORA: *Tollinctor eius funeri dum vnitionem parat.*

Apud

Apud Prisc. lib. III.

Ex cod. 1. *Visus est ei adolescens honesta forma, quasi ad nuptias exornatus, trahere se in penitiorē partem domus.*

Ibidem.

Item: *Verum infirma scamillosum obice fult a fores.*

Idem lib. IV.

Item: Scio, scius. sic Apuleius I. Hermagoræ.

Apud eundem lib. VI.

Item ex cod. *Aspera hiems erat omnia ninguæ cavebant.*

Apud eundem lib. X.

Item: *Et cibatum, quem iucundum esse vobis animadvertent, cum apposuerunt.*

Apud Fulgent. de prisco serm.

LIB. DE REPUBLICA: *Qui celocem regere nequit, onerariam petit.*

Apud Prisc. lib. VI.

MEDICINALIBVS: *Cepa soccū melle mixtum.*

Ibidem.

EPITOMA: *Sed tum sestertius dupōdium semissem, quinaris, quinque sis, denarius, decussis valebat.*

Apud Nov. Abstemiū. Isidorus Origin. lib. III.

*In te fuisi quondam Athenis parcus atque abstemiū.*

NVMERI disciplinam apud Græcos primum Pythagoram autumant scripsisse, ac deinde à Nicomacho diffusius esse compositam: quam apud Latinos primus Apuleius, deinde Boëtius transtulerunt.

Sido. Apol. lib. IX. Epist. XIII.

Certè si saluberrimis auocamentis, vt qui adhuc iuuenis, repidiū inflecteris; à Platonico Madaurēsi saltem formulas mutuare **CONVIVALIUM QVAESTIONVM.**

Isidor. Origin. lib. VIII.

Apuleius autem ait, eos κατ' ἀντίθεσιν dici Manes, hoc est, mites ac modestos; cū sint terribiles & immanes; vt Parcas, vt Eumenidas.

HERME-

HERMETIS  
TRISMEGISTI  
DE NATURA DEORVM,  
AD ASCLEPIVM  
ADLOCVTA,

APVLEIO, *ut quidam volunt,*  
*interprete.*

**A**SCLEPI, *Asclepi, iste Sol est Deus.* Deus te nobis ô Asclepi ut diuino sermoni interesset adduxit, eiq; tali, qui merito omnium antea à nobis factorum, vel nobis diuino munere inspiratorum, videatur esse religiosa pietate diuiniore: quem si intelligens videris, eris omnium bonorum tota mente plenissimus. *Si tamen* multa sint bona, & nō vnum, in quo sunt omnia, alterū enim alterius cōsentaneum esse dinoscitur, omnia vnius esse, aut vnum esse omnia. Ita enim *sibi est utrumque* connexum, ut separari alterum ab *utro* non possit. Sed de futuro sermone hoc diligēti intentione cognosces. Tu verò ô Asclepi procede paululum, atq; nobis, qui intersit, euoca. Quo ingresso, Asclepius etiam Ammonem interessē suggestit. Trismegistus ait; nulla *illudis* Ammonem prohibet à nobis. Etenim ad eius nomen multa meminimus à nobis esse *conscripta*, sicut & ad amantissimum & *carissimum* filium, multa de Physica *exoticāque* plurima, tractatum hunc autem tuo *scribam nomine*. Præter Ammonem vero nullum *vocasti* alterū, ne tantę rei religiosissimus sermo multorum interuentu venientium præsentiaque violetur. Tractatum enim tota numinis maiestate plenissimū irreligiosę mentis est multorum conscientia publicare. Ammonem etiam aditū ingresso, sanctoque illo, quatuor viro-  
rum

rum religione, & diuina Dei completo præsentia, competenti venerabiliter silentio ex ore *Hermis*, animis singulorum mentibusq; pendentibus, diuinus Cupido sic est orsus dicere :

O' Asclepi omnis humana immortalis est anima, sed non vniiformiter cuncta, sed alia alio more vel tempore. ASCLEPIVS. Non enim ô Trismegiste omnis vnus qualitatis est anima? TRISMEGISTVS. O Asclepi, vt celeriter de vera rationis continentia decidisti! Non enim hoc dixi [tibi], omnia vnum esse, & vnum omnia, vtpote quia in creatore fuerint omnia, antequam creasset omnia, nec immerito [ipse] dictus est omnia, cuius mēbra sunt omnia. Huius itaque qui est vnus omnia, vel ipse est creator omnium, in hac tota disputatione curato meminisse. De cælo cuncta descendunt in terram, & in aquam, & in aëra. Ignis solū, quod sursum versus fertur, viuificat, quod deorsum ei deseruiens. At verò quicquid de alto descendit generans est, quod sursum versus emanat nutriēs. Terra sola in seipsa consistens, omnium est receptrix, omniumque generum quæ accipit restitutrix. Hoc ergo totum, sicut meministi, quod est omne vel omnia anima & mundus à natura comprehensa agitantur, ita omnium multiformi imaginum æqualitate variata, vt infinitæ qualitatum ex interuallo species esse noscantur, adunatæ tamen ad hoc vt totum vnum & ex vno omnia esse videantur. Totus itaque quibus formatus est mundus, elementa sunt quatuor, Ignis, Aqua, Terra, Aër, mūdus vnus, Anima vna, [ & ] Deus vnus. Nunc mihi adesto totius quantum mente vales, quantum calles astutia. Diuinitatis etenim ratio diuina sensus intēctione noscenda torrenti simillima est fluuio è summo in pronum præcipiti rapacitate currenti, quo efficiatur vt intentionem nostram non solum audientiū, verum etiam tractantium ipsorum celeri velocitate prætereat. Cælum ergo sensibilis Deus administrator est omnium corporum, quorum *augmenta* detri-



detrimentaq; sol & luna sortiti sunt. Cæli vero & ipsius animæ & omnium quæ in mûdo insunt, ipse gubernator est, qui est effector Deus. A supradictis enim omnibus, quorum idem gubernator Deus omnium frequentatio fertur influens per mundum & per animam omnium generum & *omnium specierum*, perque rerum naturam. Mundus autem præparatus est à Deo receptaculum omniformium specierum. Naturam autem per species imaginans, mundum per quatuor Elementa ad cælum vsque perduxit, cuncta Dei visibus placitura. Omnia autem desuper pendentia in species diuiditur, hoc quod dicturus sum genere, Genera verum omnium suas species sequuntur, vt sit ita soliditas genus. Species generis particula. Genus ergo deorum [*ex se deorum faciet species*] *Dæmonum* genus atque *hominum* similiter, & volucrum, & omnium quæ in se mundus habet, *sibi similes species generat genus. Est & aliud animalis genus, sine anima quidem & tamen non carens sensibus.* Vnde & beneficiis gaudet, & aduersis minuitur atque vitatur. Omnium dico quæ in terra radicum stirpiumque incolumitate *viuescunt*, quorum species per totam *sparsa sunt terram.* Ipsum cælum plenum est deo. *Supradicta* autem genera inhabitant, vsque ad loca specierum, quarum omnium rerum immortales sunt species. Species enim *pars est generis*, vt homo humanitatis, quam necesse est sequi qualitatem sui generis. Vnde efficitur, vt quamuis omnia genera sint immortalia, species tamen non omnes immortales. Diuinitatis enim genus & ipsum & species immortales sunt. Reliquorum genera, quorum aternitas est genus, vt per species occidat, nascendi tamen fecunditate seruatur, ideoque species mortales sunt, vt homo mortalis sit, immortalis humanitas. Omnibus tamen generibus, omnium generum species miscentur, quædam quæ antè factæ sunt, quædam quæ de his *facta sunt sunt.* Hac itaque quæ fiunt, aut à diis, aut à dæmonibus, aut ab homi-

hominibus [sunt] omnes simillimæ generibus suis species. Corpora enim impossibile est conformari sine nutu diuino, species figurari, sine adiutorio dæmonum, animalia institui & coli sine hominibus non possunt. Quicumque igitur dæmonum à genere suo defluentes, in speciem fortuito cõiuncti sunt, alicuius speciei generis diuini proximitate & consortio, diis similes habentur. Quorum verò dæmonum species, qualitate sui generis perseuerant, hi amantes hominum rationem, dæmones nuncupantur. Similis est & hominum, aut eo amplior. Multiformis enim variaq; humani generis species, & ipsa à prædicto desuper adueniens consortio, omnium aliarum specierum multas & propè omnium per necessitatem coniunctiones facit, propter quod & propè deos accedit, qui se mente, qua diis iunctus est diuina religione diis iunxerit, & dæmones qui iis iunctus est. Humani vero qui *meditate* sui generis cõtenti sunt, & reliquæ *omnium* species iis similes erunt, quorum se generis speciebus adiunxerunt. Propter hoc ô Asclepi magnum miraculum est homo animal adorandum, & honorandum. Hoc enim in naturam dei transit, quasi ipse sit deus. hoc dæmonû genus nouit, utpote qui cum iisdem ortum se esse cognoscat. Hoc humanæ naturæ partem in seipso despicit, alterius partis diuinitate confusus. O hominum quanta est natura, temperata felicius, ac diis cognata diuinitate coniunctus, partem sui, qua terrenus est, despicit, cætera omnia quibus se necessarium esse cælesti dispositione cognoscit, nexu secum caritatis *astringit*, sicque *suspicit calum*. Sic ergo feliciore loco medietatis est positus, ut quæ infra se sunt diligat, ipse à superioribus diligatur, colit terram, elementis velocitate miscetur, acuminè mentis in maris profunda descendit, omnia illi licent, non cælum [illi] videtur altissimum, quasi è *proximo enim* sagacitate animi *metitur*. Intentionem animi eius nulla aëris caligo confundit, non depressitas terræ opera eius impe-

impe-

impedit, non aquæ altitudo profunda despectum eius obrundit, omnia idem est, & ubique idem est. Horum omnium generum, quæ sunt animalia, desuper, deorsum radices peruenientes habent. In animalium autem de imo in superna viua radice syluescunt. Quædam [autem] duplicibus aluntur elementis, quædam simplicibus. Alimenta autem sunt bina, animæ & corporis, è quibus animalia constant. Anima mundi inquietà semper agitatione nutritur. Corpora ex aqua & terra inferioris mundi alimentis augetur. Spiritus, quo plena sunt omnia, permixtus cunctis cuncta viuificat, sensu addito ad hominis intelligentiam, quæ quinta pars solum homini concessa est ex æthere. Sed de animalibus cunctis humanos tantum sensus ad diuinæ rationis intelligentiam exornat, erigit atque sustollit. Sed quoniam de sensu commoneor [dicere,] paulo post & huius rationem vobis exponam. est enim sanctissima & magna, & non minor quam ea quæ est diuinitatis ipsius. Sed nunc vobis expediam quæ cœperam. Dicebam enim in ipso initio rerum de cōiunctione deorum, quomodo homines soli eorum dignatione perfruuntur. Quicumque etenim hominum tantum felicitatis adepti sunt, ut illum intelligentiæ diuinum perciperet sensum, qui sensus est diuini in solo deo, & in humana intelligentia.

A S C L. Non enim omnium hominum ò Trismegiste vniformis est sensus? T R I S M. Non omnes ò Asclepi intelligentiam veram adepti sunt, sed imaginem temerario impetu nulla vera ratione inspecta sequentes decipiuntur, quæ in mentibus malitiam parit, & transformat optimum animal in naturam ferè morèsq; bestiarum. De sensu autem & de omnibus sensualibus, quâdo & de spiritu, tunc totam vobis præstabo rationem. Solum enim animal homo [duplex est,] & eius vna pars simplex est, quæ, ut Græci aiunt, *ὁσιώδης*, quam vocamus diuinæ similitudinis formam. Est autem quadruplex [quod ὑλαίων Græci] nos mundanum dicimus, ex eo quo

Z

factum

factum est corpus, quo circumtegitur illud quod in homine diuinum esse iam diximus, in quo mentis diuinitas *testa* sola cum cognatis suis, id est mentis puræ sensibus secum ipsa conquiescat, tanquam muro corporis septa. ASCLE. Quid ergo oportuit, ô Trismegiste hominem in mundo constitui, & nõ in ea parte, qua Deus est, eum in summa beatitudine degere? TRISMEG. Recte quæriss ô Asclepi. Et nos enim rogamus deum vt tribuat nobis facultatem reddendæ rationis istius. Cùm enim omnia [ *ex* ] voluntate eius dependeant, tum illa vel maximè quæ de tota summitate tractantur, quam rationem præsentis disputatione conquirimus. Audi ergo Asclepi. Dominus & omnium conformator, quem recte Deum dicimus, quem à se secundum fecerit, qui videri & sentiri possit, eundem secundum sensibilem ita dixerim, non ideo quod ipse sentiat (de hoc enim an ipse sentiat, an non, alio dicemus tempore) sed eo quod videtium sensus incurrit. Quoniam ergo hunc fecit ex se primum & à se secundum, visusque est ei pulcher, utpote qui sit omnium bonitate plenissimus, amauit eum vt diuinitatis suæ partem. Ergo vt tantus & tam bonus esset, voluit alium, qui illum, quem ex se fecerat, intueri potuisset, simulque & rationis imitatore, & diligentia fecit hominem. Voluntas etenim dei ipsa summa est perfectio, utpote cù voluisse & perfecisse vno eodemque temporis puncto compleat. Cùm itaque [ *eum* ] *ὁ θεὸς* animaduerneret Deus non posse omnium rerum esse diligetem, nisi eum mundano in tegumento cõtegeret, texit eum corporea domo, talesque omnes esse præcepit, ex utraq; natura in vnũ confundens, miscensque quantum satis esse debuisset. Itaque hominẽ cõformauit ex animi & corporis, id est ex æterna & mortali natura, vt animal ita cõformatum vtrique origini suæ satisfacere possit, & mirati atque orare cælestia & æterna, incolere atque gubernare terrena. Modo autem dico mortalia non aquam & terram, quæ  
duo

duo de quatuor elementis subiecit natura hominibus, sed ea quæ ab hominibus, aut in his, aut de his fiunt, vt ipsius terræ cultus, pascua, ædificatio, portus, nauigationes, communicationes, commodationes alternæ, qui est humanitatis [*inter se*] firmissimus nexus, & mundi partis, quæ est aqua & terra, quæ pars terrena mûdi artium disciplinarumq; cognitione atque vsu seruatut, sine quibus mundum Deus noluit esse perfectum. Placitum enim Dei necessitas sequitur, voluntatem comitatur effectus. Neque enim credibile est Deo displiciturum esse quod placuit, cum & futurum id & placiturum multo ante sciuerit. Sed ò Aselepi animaduerto, vt celeri mentis cupiditate festines audire, quomodo homo cæli, vel quæ in eo sunt, dilectum possit habere vel cultum. Audi itaque ò *Aselepi. Dilectus dei & cæli*, cum his quæ insunt omnibus, vna est obsequiorum frequentatio. *Hanc* aliud animal non fecit, nec diuinorum, nec animalium, nisi solus homo. Hominum enim admirationibus, adorationibus, laudibus, obsequiis, cælum, cælestesq; delectantur. Nec immerito in hominum cœtû musarum chorus est à summa diuinitate demissus, scilicet ne terrenus mûdus videretur incultior, si modulorum dulcedine caruisset, sed potius vt *musicatis* hominum cantilenis *concelebraretur laudibus*, qui solus omnia, aut pater est omnium, atque ita cælestibus *laudibus* nec in terris harmoniæ suauitas defuisset. Aliqui ergo ipsiq; paucissimi pura mente præditi, sortiti sunt cæli suspiciendi venerabilem curam. Quicunque autem ex duplici naturæ suæ confusione interiorem intelligentiam mole corporis resederunt, curandis elementis hisque inferioribus sunt propositi. Animal ergo homo, nō quod is eo minor quod ex parte mortalis sit, sed eo forte aptius efficaciusq; compositus ad certam rationē mortalitate auctus esse videatur, scilicet quoniã vtrumq; nisi ex vtraque materia sustinere non potuisset, ex vtraque formatus est, vt & terrenorum cultum, &

diuinitatis posset habere *dilectum*. Rationem verò  
 tractatus istius ò Asclepi, non solum sagaci inten-  
 tione, verum etiam cupio te animi viuacitate per-  
 cipere. Est enim ratio plurimis incredibilis. Integra  
 autem & vera percipienda sanctoribus *mentibus*.  
*Itaque* hinc exordiar. Aternitatis dominus Deus  
 primus est. Secundus est mūdus. Homo est tertius.  
 Effectot mūdi Deus, & corū quæ insunt omnium,  
 simul cuncta gubernādo, cum ipso homine guber-  
 natore *compositi*, quod totum suscipiens homo *id est*  
*cuius* *proprium diligentia sua*, efficit ut sit ipse & mundus  
 vterque ornamento sibi, vt ex hac hominis diuina  
 compositione mundus Græcè rectius *κόσμος* dictus  
 [esse] videatur. Is nouit se, nouit & mundum [scilicet]  
 vt meminerit quid partibus conueniat suis, quæ  
 sibi vrēda, quibus sibi *inseruiendū* sit, recognoscat.  
 Laudes gratesque maximas agens deo, eius imagi-  
 nem venerans, non ignarus se secundum esse ima-  
 ginem Dei, cuius sunt imagines duæ, mundus scilicet  
 & homo. Vnde efficitur, vt quoniam est ipsius  
 vna compago, parte qua ex anima & sensu & spi-  
 ritu atque ratione diuinus est, velut ex elementis  
 superioribus ascendere posse videatur in calum,  
 parte verò mundana, quæ constat ex igni & aqua  
 & aëre, mortalis resistat in terram, ne curæ suæ  
 omnia *commendata* vidua desertaque dimittat. Sic  
 enim humanitas ex parte diuina, ex alia parte mor-  
 talis est effecta in corpore cōsistens. Est autem men-  
 sura eius vtriusque, id est hominis ante omnis reli-  
 gio, quam sequitur bonitas. Ea demum tunc vide-  
 tur esse perfecta, si contra *cupiditatem* omniū alie-  
 narum rerum sit *despectus* virtute munita. Sunt enim  
 ab omnibus diuinæ cognationis partibus aliena  
 omnia, quæcunque terrena corporali cupiditate  
 possidentur. quæ merito possessionū nomine nū-  
 cupantur, quoniam non nata nobiscum, sed postea  
 à nobis possideri cœperunt. Omnia ergo huiusmo-  
 di, ab homine aliena sunt, etiam corpus, vt & ea  
 quæ appetimus, & illud ex quo appetentiæ nobis  
 est.

est vitium despiciamus. Vt enim meum animum rationis ducit intetio, homo haftenus esse debuit, vt contéplatione diuinitatis parté, quæ *sibi* iuncta mortalis est, mundi interioris necessitate seruandis despiciat atque cõtemnat. Nam vt homo ex vtraque parte possit esse plenissimus, quaternis cum vtriusque partis elementis animaduerte esse formatum, manibus & pedibus *utrisque* binis, aliisque corporis membris, quibus inferiori id est terreno mundo deseruiat. Illis vero partibus quatuor sensus, animi, memoriæ, atque prouidentia, quarum ratione cuncta diuina notit atque suspiciat. Vnde efficitur vt rerum diuersitates, qualitates, effectus, quantitates, suspiciosa *indagatione* homo sectetur. retardatus vero graui & nimio corporis vitio, has naturæ rerû causas, quæ veræ sunt proprie, prouidere non *possit*. Hunc ergo sic effectum conformatumque, & tali ministerio obsequioque præpositum a summo deo, eumque competenter munde mundû seruando, deum pie colendo, digne & competenter in vtroque dei voluntati parentem, talem quo munere credis esse munerandum? Siquidem cû Dei opera sit mundus, eiusque pulchritudinem, qui diligentia seruat atque auget, *operam suam* cum Dei voluntate cõiungit, cum speciem quam ille intentione diuina formauit, adminiculo sui corporis, *diurno* opere curaque cõponit, quo munere credis esse munerandum? nisi eo quo parentes nostri munerati sunt, quo etiam nos quoque munerari, si fuerit diuinæ pietati cõplacitum, optamus *piissimis votis*, id est vt emeritos atque exutos mundana custodia, nexibus mortalibus *absolutos*, naturæ superioris partis, id est diuinæ, pueros sanctosque retineat. **A S C L.** Iuste & vere dicit ð Trismegiste. Hæc est enim merces piæ sub Deo diligenter cum mundo *viuentibus*. Secus enim impieque qui vixerint, & reditus denegatur in cælû, & constituitur in *corpora alia*, indigna sancto animo, & fœda cõmigratio, vt ille rationis setmo processit ð Trismegiste futura æternitatis spe animæ in hu-

mana vita periclitantur. Sed aliis incredibile, aliis fabulosum, aliis forsitan videatur esse deridendum. Res enim dulcis est in hac corporali vita, qui capitur de possessionibus fructus. Quare animam, oborto, vt aiunt, detinet collo, vt in parte sui, quæ mortalis est, inhæreat, nec sinit partem diuinitatis agnoscere, inuidens immortalitati malignitas. Ego enim tibi quasi prædiuinans dixero, nullum post nos habiturum delectum simplicem, qui est philosophiæ, quæ sola est in cognoscenda diuinitate frequens obrutus, & sancta religio. Multi etenim ea multifaria ratione confundunt. Quomodo ergo multi incomprehensibilem philosophiam efficiunt, aut quemadmodum eam multifaria ratione confundunt? **TRISMEG.** O Asclepi, hoc modo in varias disciplinas, nec comprehensibiles, eam callida commentatione miscentes, Arithmetice[m] [ & ] Musicen [ & ] Geometriam, Puram autem philosophiam, eamque tantum diuina religione pendente[m], tantum intendere in reliquas oportebit, vt apocatastalis altorum stationes prænititas, cursumque, commutationis numeris constare mirerur. Terræ verò dimensiones, qualitates, quantitates, maris profunda, & ignis vim, & horum omnium effectus naturamque cognoscens mirerur, adoret, atque collaudet artem mentemque diuinans. Musicen verò nosse nihil aliud est, nisi cunctarum rerum ordinem scire, quæque ratio diuina sortita est. Ordo enim rerum singularum in vnum omnium artifici ratione collatus, concentum quendam melo diuino dulcisonum verissimumque conficiet. **ASCLEP.** Quid ergo homines post nos erunt? **TRIS.** Sophistarum calliditate decepti, a vera, pura, sanctaque philosophia auerterentur. Simplici enim mente & anima diuinitatem colere, eiusque facta venerari, agere etiã Dei volutati gratias, quæ est bonitatis sola plenissima, hæc est nulla animi importuna curiositate violata philosophia, & de his sit hucusque tractatũ. De spiritu verò, & de his similibus hic sumatur exordium.

Fuit



Fuit Deus & ὁ θεός, quem Græcè credimus mundum, & mūdo comitabatur spiritus [*vel inerat mundo spiritus,*] sed non similiter vt Deo, nec Deus sunt hæc de quibus mundus est, iccirco nō erant quando nata non erant, sed in eo iam tunc erant vnde nasci habuerunt. Non enim ea sola non nata dicuntur, quæ necdum nata sunt, sed ea quæ carent fecunditate generādi, ita vt ex eis nihil nasci possit. Quæcunq. ergo sunt quibus inest natura generandi, [*hæc &*] generabilia sunt, de quibus nasci potest, tamen si ea ex se nata sint. Neq. enim dubitatur ex his quæ ex se nata sunt, facile nasci posse, de quibus cūcta nascuntur. Deus ergo sempiternus, Deus æternus, nec nasci potest, nec potuit: hic est, hic fuit, hic erit sempiternus. Hæc ergo est, quæ ex se tota est, natura Dei. Hyle autem vel mundi natura, & spiritus quamuis nata [*non*] videantur à principio, tamen ex se nascendi procreandiq. vim possident atque naturam fecunditatis. Etenim initium in qualitate naturæ est, quæ conceptus & partus in se possidet vim atq. materiam. Hæc itaq. sine alieno cōceptu est sola generabilis. At vero quæ vim solam concipiendi habens ex alterius commixtione naturæ, ita discernenda sunt, vt hic locus mundi cum his quæ in se sunt videatur esse non natus, qui utiq. in se virtutis naturæ habet. Locum autē dico, in quo sunt omnia. Neq. enim hæc omnia esse potuissent, si locus deesset qui omnia sustinere potuisset. Omnibus enim rebus quæ fiunt, præcauendum est loco. Nec qualitates itenim, nec quātitates, nec positiones, nec effectus dignosci potuissent earum rerum quæ nusquam sunt. Sic ergo & mundus quamuis natus nō sit, in se tamen omnium naturam habet, vtpote qui omnibus iis ad concipiendum sinus præstat fecundissimos. Hoc ergo est totum qualitatis materia quæ creabilis est, tamen si creata non est. Sicut enim in natura materię, qualitas fecunda est, sic & malignitatis eadem est æquè fecunda. Ne ergo dixi ὁ Ἀσελεπί, & Ἀμμων, quod à multis dicitur, non

poterat Deus incidere atque auertere à rerum natura malitiam, quibus respondendum nihil omnino est. *Vestri tamen causa & id prosequar quod ceperam, & rationem reddam.* Dicunt enim ipsi Deum debuisse omnifariam mundum à malicia liberare. Ita enim in mundo est, ut quasi membrum ipsius videatur esse. *Prousum cautissimoque est quantum rationaliter potuisset à summo Deo, tunc cum sensu, disciplina, intelligentia mentes hominum est munetare dignatus.* Hisce enim rebus quibus cæteris antestamus animalibus; soli possumus malitiæ fraudes, dolos, vitiaque vitare. Ea enim qui antequam illis implicitus est ex aspectu vitarit, is homo est diuina intelligentia prudentiaque munitus. Fundamentum enim est disciplinæ in summa bonitate consistens. Spiritu autem ministrantur omnia & vegetantur in mundo. *Aër quasi organum vel machina summi Dei voluntati subiectus est.* Itaque hæctenus intelligatur à nobis mente sola intelligibilis, summus qui dicitur Deus, rector gubernatorque sensibilis Dei, eius qui in se complectitur omnem locum, omnem rerum substantiam; totamque gignentium creantiumque materiam, & omne quicquid est quantumcunq; est. Spiritu vero *agitantur siue gubernantur omnes in mundo species, vnaqueque secundum naturam suam à Deo distributam sibi.* *Ordo autem vel mundus omnium est receptaculum, omnium agitatio atque frequentatio, quorum Deus gubernator dispensans omnibus rebus humanis quantum unicuique necessarium est.* Spiritu vero implet omnia *ut cuiusque naturæ qualitas est.* *Inacta enim est causa mundi rotunditas in modum Sphæræ, ipsa sibi qualitatis vel formæ suæ causa inuisibilis tota.* Quippe cum quemcunq; in ea summum subter despiciendi causa delegeris locum, ex eo in imo quid sit videre non possis, propter quod multis locis *instat*, qualitatemque habere creditur. Per formas enim *solas specierum, quarum imaginibus videtur insculpta, quasi visibilis creditur, cū depicta monstratur.*

stratur: re autem vera est sibi ipsi inuisibilis semper: ex quo eius *inimū* vel pars [ *si* ] locus est in sphaera, Græcè *ἄδυσ*, dicitur. Siquidem *ἰδέν* Græcè videre dicitur, quo visu primum sphaeræ careant, vnde & *εἰδῖσι* dicuntur species, quod sint inuisibilis formæ. Ab eo itaque quod visu priuantur, Græcè *ἄδυσ*, ab eo quod in imo sphaeræ sunt, latinè inferi nuncupantur. Hæc ergo sunt principalia & antiquiora, & quasi initia vel capita omnium quæ sunt in his, aut per hæc, aut de his. A S C L E. Omnia ergo ipsa, vt dicis, ô Trismegiste mundana, vt ita dixerim, specierum omnium, quæ insunt in vniuersiusq; sicuti est tota substantia? T R I S M E G I S T. Mundus itaque nutrit corpora, spiritus animas, sensus autem quod dono cælesti sola felix sit humanitas, alit mentem. Neque enim omnes, sed pauci, quorum ita mens est, vt tanti beneficij capax esse possit. Vt enim sole mundus, ita mens humana isto lumine clarescit, & eo amplius. Nam sol quicquid illuminat, aliquando terræ & Lunæ interiectu, interueniente nocte, eius priuatur lumine: sensus autem cum semel fuerit animæ cōmixtus humanæ, sit vna ex bene coalescētē *commixtione natura*, ita vt nunquam eiusmodi mentes caliginis impediatur erroribus. Vnde iuste sensus deorum animas esse dixerunt. Ego verò nec eorum dico omnium, sed magnorum quorumcunque & principalium.

A S C L E P. Quos dicis rerum capita vel initia primordiorum ô Trismegiste? T R I S M E G I S T. Magna tibi pando, & diuina nudo mysteria, cuius reianitium facio exoptato fauore cælesti. Deorum genera multa sunt, eorumque omnium pars intelligibilis dicitur, alia vero sensibilis. *Intelligibiles dicuntur*, non ideo quod putentur non subiacere sensibus nostris, magis enim sentimus eos quam quos visibiles nuncupamus, sicut disputatio perdocebit. Sublimis enim ratio, eoque diuiniore vltra hominum mentes intentionesque consistens, si non attentiore aurium obsequio verba loquentium accipit,

ceperit, transfuolabit & transfluet, aut magis refluet, suiq. fontis liquoribus miscabit se. Sunt ergo omnium specierum principes dij. Hos sequuntur dij, quorum est princeps *solis*. Hi sensibiles vtriusq; originis suæ consimiles, qui per sensibile naturam conficiunt omnia, altera per alterum, vnusquisque opus suum illuminans, cæli, vel quicquid est quod eo nomine comprehenditur *ἑστάρχη* est Iuppiter. Per cælum enim Iuppiter omnibus præbet vitam. Solis *ἑστία* est lumen. Bonum enim luminis per orbem solis nobis infunditur x x x v i. (quorum vocabulum est Horoscopi) in eodem loco semper defixorû syderum. Horum *ἑστάρχη* vel princeps est, quem *πρωτόμορφον* vel omniformem vocant, qui diuersis speciebus diuersas formas facit. Septem sphaeræ, quæ vocantur *erraticæ*, habent *ἑστάρχη*, id est, suos principes, quam fortunam dicunt, & *εἰμαρμύτων*, quibus *immuantur* omnia lege naturæ stabilitate firmissima & sempiterna agitatione variata. Aër vero organum vel machina omniû, per quam omnia fiunt. Est autem *ἑστάρχη* huius secundus, mortalibus [*mortalia*] & his similia. His ergo ita se habentibus, ab imo ad summû se mouentibus, sic sibi connexa sunt omnia pertinentia ad se naturaliter, vt mortalibus mortalia, sensibiliaque sensibilibus annexa sint. Summa vero gubernationis summo illi domino paret, vt non multa at potius vnum. ex vno etenim cuncta pendentia, ex eoque potius defluentia, cum distantia videntur, creduntur esse plurima diuisim, adunata vero, vnum vel duo. vnde fiunt omnia, & à quo fiunt omnia, id est de materia, de qua fiunt, & ex eius voluntate, cuius nutu efficiuntur alia. ASCLEPI. Hæc iterum ratio que est ô Trismegiste? TRISMEGIS. Talis ô Asclepi. Deus etenim vel pater, vel dominus omnium, vel quocunque [*alio*] nomine ab hominibus sanctius & religiosius nuncupetur, quod inter nos intellectus nostri causa debet esse sacratum, tati eius numinis contemplatione nullo ex iis nominibus cum

eum definite nuncupamus. Si enim vox hæc est ex  
 aëre percussio spiritu sonus, declarans omnem ho-  
 minis voluntatem, vel sensum, quem forte ex sen-  
 sibus mente perceperit, cuius nominis tota substan-  
 tia paucis composita syllabis, definita atq. circun-  
 scripta est, vt eilet in homine necessariū vocis au-  
 riumq. commercium, similiter etiam sensus & spi-  
 ritus, & aëris, & omnium in his, & per hæc, aut  
 cum his nomen est totum Dei. Non enim spero to-  
 tius maiestatis effectorem, omniumque rerum pa-  
 trem vel dominum vno posse quamuis è multis  
 composito nomine nuncupari. Hunc verò vno no-  
 mine, vel potius omni nomine, siquidē[us] sit vnus,  
 & omnia, vt sit necesse aut omnia esse eius nomi-  
 ne, aut ipsum omnium nominibus nuncupari. Hic  
 ergo solus vt omnia, vtriusq. sexus fecunditate ple-  
 nissimus, semper voluntatis suæ prægnas parit sem-  
 per quicquid voluerit procreare. Voluntas eius est  
 bonitas omnis, hæc eadem bonitas omnium rerū est.  
 ex diuinitate eius natura nata, vt sint omnia sicut  
 sunt, & fuerunt, & futuris omnibus dehinc natura  
 ex se nascendi sufficiat. Hæc ergo ratio, ô Asclepi,  
 tibi sit reddita, quare & quomodo fiant omnia  
 vtriusq. sexus. A S C L. Ergo Deum dicis ô Trismeg-  
 iste? T R I S. Non solum Deum, ô Asclepi, sed ani-  
 malia omnia & inanimalia. Impossibile enim est  
 aliquid eorum quæ sunt, infecundum esse. Fecun-  
 ditate enim dempta ex omnibus quæ sunt, impos-  
 sibile erit semper esse quæ sunt. Ego enim & natu-  
 ram, & sensum, & mundū dico in se continere na-  
 turam, & natura omnia conseruare. Procreatione  
 enim vterq. plenus est sexus, & eius vtriusq. con-  
 nexio, aut, quod est verius, *vnitas* incomprehensi-  
 bilis est, quam sine Cupidinē, siue Venerē, siue vtran-  
 que, poterit recte nuncupare. Hoc ergo omni vero  
 verius manifestiusq. mente percepto quod ex omni  
 illo totius naturæ Deo hoc sit in æternum cunctis  
 procreandi inuentum tributumque ministerium,  
 cui summa charitas, letitia, hilaritas, & cupiditas,  
 amor-

amorque diuinus innatus est. Et dicendum foret quanta sit eius ministerij vis atque necessitas, nisi ex sui contemplatione vnicuique ex intimo sensu nota esse potuisset. Si enim illud extremum temporis, quo ex cerebro ad ritum peruenimus, vtraque in vtramque fundat natura progeniem, animaduertis, vt altera alterius auidè rapiat semen, interiusque recondat. Denique eo tempore ex connexionione communi, virtutem marium etiam femine adipiscuntur, & mares femineo corpore latescunt. Effectus itaque huius tam blandi necessarii que mysterij in occulto perpetratur, ne vulgo irridentibus imperitis vtriusque naturæ diuinitas ex commixtione sexus cogatur erubescere, multo magis etiam si visibus irreligiosorum hominum subiiciatur. Sunt autem non multi aut admodum pauci, ita vt numerari etiam in mundo possint religiosi. Vade contingit in multis remanere malitiam defectu prudentiæ scientiæque rerum omnium quæ sunt. Ex intellectu enim religionis diuinæ, qua constituta sunt omnia, contemptus, medelaque nascitur vitiatorum totius mundi. Perseuerante autem imperitia atque inscitia, vitia omnia conualescunt, & vulnerant animam *insanabilibus vitiis, quæ infecta infidem atque vitiata quasi venenis intumescit*, nisi eorum quorum animarum disciplina & intellectus summa curatio est. Si ergo solis & paucis hoc proderit, dignum est hunc prosequi atque expedite tractatum. quare scilicet solis hominibus intelligentiam & disciplinam suam diuinitas sic impartiri dignata. Audi itaque, Deus pater & Dominus, cum post deos homines efficeret ex parte corruptiore mundi, & ex diuina, pari lance componderans, contigit vitia mundi corporibus commixta remanere. Et alia propter cibos vitiumque, quem necessario habemus cum omnibus animalibus communem, quibus de rebus necesse est cupiditatum desideria & reliqua mentis vitia animis humanis insidete. Diis vero, vt pote

ex parte

ex parte mundissima naturæ effectis, & nullis indigentibus rationis disciplinæque adminiculis, quamuis immortalitas & vnus semper ætatis vigor ipse sit eis prudentia & disciplina, tamen propter rationis vnitatem, pro ratione & intellectu, ne ab his essent alieni, ordinem necessitatis lege conscriptum æterna lege constituit, hominem ex animalibus cunctis de sola ratione disciplinaque cognoscens, per quæ vitia corporum, homines auertere atque abalienare potuissent, ipsos ad intentionem spemque immortalitatis prætendens. Denique & bonum hominem, & qui posset immortalis esse, ex vtraque natura composuit, diuina atque mortali, & sic compositum per voluntatem Dei hominem, constitutum est esse meliorem Diis, qui sunt ex sola immortalis natura formati, & omnium mortalium. propter quod homo Diis cognatione coniunctus, ipsos religione & sancta mente veneratur, Diique pio affectu humana omnia respiciunt atque custodiunt. Sed de hominibus paucis istud dictum est pia mente præditis. De vitiosis verò nihil dicendum est, ne sanctissimus sermo eorum contemplatione violetur. Et quoniam de cognatione & confortio hominum deorumque sermo nobis indicitur, potestatem hominis ô Asclepi vimque cognosce. Dominus & pater, vel quod est summum Deus, ut effectus est deorum cælestium, ita homo effectus est deorum, qui in templis sunt, humana proximitate coniuncti, & non solum illuminantur, verum etiam illuminant, nec solum ad Deum proficit, verum etiam confirmat deos. Miraris ô Asclepi, an nunquid diffidis, ut multi? ASCLEP. Confundor ô Trismegiste, sed tuis verbis libenter assensus, felicissimum hominem iudico, qui sit tanta vi felicitatem consecutus. TRISMEG. Nec immerito, miraculo enim dignus est, qui est omnium maximus. Deorum genus omnium confusione manifestum, est de mundissima parte naturæ propagatum, signaque eorum sola quasi capita pro omnibus esse, Species verò deorum

deorum, quas conformat humanitas ex natura  
 vtraque *conformata sunt*, ex diuina quæ est prior  
 multoq; diuiniore, & ex ea quæ intra homines est,  
 id est ex materia qua *suerunt fabricata*, & non solum  
 capitibus solis, sed membris omnibus totoq; cor-  
 pore *figurantur*. Ita humanitas semper *memor natura*  
 & *originis suæ* in illa diuinitatis imitatione perseue-  
 rat, vt sicut *pater* ac dominus, vt sui similes essent,  
 deos fecit æternos, ita humanitas deos suos ex sui  
 vultus similitudine figuraret. ASCLEP. Statuas  
 dicis ò Trismegiste? TRISMEG. Statuas ò *As-*  
*clepi*. *Vidēsne* quatenus tu ipse *diffidas*? Statuas anima-  
 tas sensu & spiritu plenas, tanta & talia facientes,  
 statuas futurorum præscias, *eæque sorte vates* som-  
 niis multisque aliis rebus prædicentes, imbecilli-  
 tatesque hominibus facientes, easque curantes,  
 tristitiamque pro meritis. An ignoras ò Asclepi,  
 quod Ægyptus imago sit cæli, aut quod est verius  
 translatio & descensio omnium quæ gubernantur  
 atque exercentur in cælo? Et si dicendum est, ve-  
 rius terra nostra totius mundi est templum, & [*ta-*  
*men*] quoniam præscire cuncta prudētes decet, istud  
 vos ignorare fas non est. Futurum tempus est, cum  
 appareat Ægyptios incassum pia mente diuinita-  
 tem [*et*] sedula religione seruasse, & omnis eorum  
 sancta veneratio in irritum casura frustrabitur. E  
 terris enim ad cælum est recursura diuinitas, *linque-*  
*turque* Ægyptus, terra que *sedes religionum qua sunt vi-*  
*duata* numinum præsentia destituetur. Alienigenis  
 enim regionem istam terramq; complementibus, non  
 solum neglectus religionum, sed quod est durius,  
 quasi de legibus à religione, pietate, cultuque diui-  
 no statuatur *præscripta* pœna, prohibitio. Tunc ter-  
 ra ista sanctissima sedes delubrorum atque templo-  
 rum, sepulchrorum erit mortuorumq; plenissima.  
 O Ægypte Ægypte religionum tuarum solæ super-  
 erunt fabulæ, *eæque* incredibiles posteris suis, solæq;  
 supererunt verba lapidibus incisa, tua pia facta nar-  
 rantibus, & inhabitabit Ægyptum Syrus aut In-  
 dus,



dus, aut aliquis talis. Diuinitas enim reperet cælum, deserti homines toti morientur, atque ita Ægyptus Deo & homine viduata deferetur. Te verò appello sanctissimum flumen, tibi que futura prædico, torrenti sanguine plenus ad ripas vsque erumpes, vndæ que diuinæ non solum polluentur sanguine, sed totæ rumpentur, & viuis multo maior erit numerus sepulcorum, superstes verò qui erit, lingua sola cognoscetur Ægyptius, actibus verò videbitur alienus. Quid fles ò Asclepi? & his amplius, multo que deterius ipsa Ægyptus suadebitur, imbuetur que peioribus malis, quæ sancta quondam, & diuinitatis amantissima deorum in terris religionis suæ merito, sola seductio sanctitatis & pietatis magistra, erit maximæ crudelitatis exemplum. & tunc tædio hominum non admirandus videbitur mundus, neque adorandus. Hoc totum bonum, quo melius nec est, nec fuit, nec erit, quod videri possit, periclitabitur. Erunt que graue hominibus, ac per hoc contemnetur, nec diligetur totus hic mundus, Dei opus immutabile, gloriosa constructio, bonum multiformi imaginum varietate compositum, machina voluntatis Dei in suo opere sine inuidia suffragantis omnium in vnum, quæ venerari, laudari, amari denique à videntibus possunt, multiformis adunata congestio. Nam & tenebræ præponentur lumini, & mors vita utilior iudicabitur. Nemo suspiciet cælum. Religiosus pro infano, irreligiosus putabitur prudens. furiosus, fortis, pro bono habebitur pessimus. Anima enim & omnia circum eam quibus aut immortalis nata est, aut immortalitatem se consecuturam esse præsumit, secundum quod vobis exposui, non solum risus, sed etiam putabitur vanitas. Sed mihi credite etiam periculum capitale constituatur in eum, qui se mentis religioni dedit. Noua constituentur iura, lex noua, nihil sanctum, nihil religiosum, nec cælo, nec cælestibus dignum audietur aut mente credetur. Fiet deorum ab  
 homi-

hominibus *dolenda secessio*, soli nocentes angeli *remanebant*, qui humanitati commixti ad omnia audacia mala miseros manu iniecta compellēt *in bella*, in rapinas, in fraudes, & in omnia quæ sunt animarum naturæ contraria. Tunc nec terra constabit, nec nauigabitur mare, nec cælum astrorū cursibus, nec siderum cursus constabit in cælo. omnis vox diuina neçessaria taciturnitate mutescet, fructus terræ torrumpentur, nec fœcunda erit tellus, & aër ipse mœsto torpore languescet. Hæc & talis senectus veniet mundi, irreligio, inordinatio, irrationabilitas bonorum hominum. Cùm hæc cuncta contigerint ô Asclepi, tunc ille Dominus & Pater, Deus primipotens, & vnus Gubernator mundi, intuens in mores facta quæ voluntaria voluntate sua, quæ est Dei benignitas, vitiis resistens, & corruptelæ omnium errorem reuocans, malignitatem omnem vel alluione diluens, vel igne cõsumens, vel morbis *pestilentissque* per diuersa loca dispersis finiens, ad antiquam faciem mundum reuocabit, vt & mundus ipse adorandus videatur & mirandus, & tanti operis effector & restitutor Deus ab omnibus qui tunc erunt frequētibus laudum præconiis benedictionibusque celebretur. Hæc enim mundi genitura cunctarum reformatio rerum bonarum, & naturæ ipsius sanctissima & religiosissima restitutio, peracto temporis cursu, quæ est & fuit sine initio sempiterna. Voluntas etenim Dei caret initio, quæ eadem est, & vbique est sempiterna. ASCLEP. Dei enim natura consilium est *voluntatis. bonitas summa consilium* ô Trismegiste? TRISMEGIST. *Voluntas, ô Asclepi, consilio nascitur, & ipsum velle est ex voluntate. Neque enim impense aliquid vult qui est omnium plenissimus, sed ea vult quæ habet. Vult autem omnia bona, & habet omnia quæ vult. omnia autē bona & cogitat & vult. hic autē est Deus eius boni imago mundus.* ASCLEPIVS. *Boni Bonus ô Trismegiste?* TRISMEGISTVS. *Bonus ô Asclepi, vt ego te docebo.*

Sicuti

Sicuti enim Deus omnibus speciebus vel generibus quæ in mundo sunt, distributor dispensatorque est bonorum, id est, sensus, animæ, & vitæ, sic & mundus præstator est & tributor omnium quæ mortalibus videntur bona, id est, alternationis partium, temporalium fructuum, natiuitatis, augmentorum, & matutinitatis, & horum similibus. ac per hoc Deus supra verticem summi cæli consistens, ubique est, omniaque circumspicit. Sic est enim ultra cælum locus sine stellis ab omnibus rebus corpulentis alienus. Dispensator, qui est inter cælum & terram, locum obtinet, quem Iouem vocamus. Terræ vero & mari dominatur Iuppiter Plutonium, & hic nutritor est animantium mortalium, & fructiferorum. Horum omnium viribus fructus, arbutia & terra vegetantur. Aliorum vero vires & effectus per omnia quæ sunt distribuuntur. Distribuentur vero qui terræ dominantur, & collocabuntur in ciuitate, in summo initio Ægypti, quæ à parte solis occidentis condetur, ad quæ terra marique festinabit omne mortale genus. ASCLEP. Modo tamen hoc [in] tempore ubi isti sunt, ô Trismegiste? TRISMEG. Collocati sunt in maxima ciuitate, in monte Libyco. & hæc eousque narrata sint. De immortali vero & mortali, modo differendum est. Multos enim spes timorque mortis excruciat, vera rationes ignaros. Mors igitur efficitur dissolutione corporis labore defessi, & numeri completi, quo corporis membra in vnam machinam ad vsus vitales aptantur. Moritur enim corpus quando hominis vitalia ferre posse destiterit. Hac ergo est mors, corporis dissolutio, & corporalis sensus interitus. De quo sollicitudo superuacua est. Sed [est] alia necessaria, quam aut ignorantia, aut incredulitas contemnit humana. Audi ergo ô Asclepi,

Cum fuerit animæ à corpore facta discessio, tunc arbitrium examenque meriti eius transflet in summi dæmonis potestatem, isque eam cum piâ iustamque prouiderit, in sui competetibus locis ma-

nere permittit. Sin autem delictorum illitram maculis vitiisque oblitam viderit, desuper ad ima deturbans procellis turbinibusque aëris, ignis, & aquæ, sæpe discordantibus tradet. vt inter cælum & terram mundanis fluctibus in diuersa semper æternis pœnis agitata rapiatur. Vt in hoc oblitæ animæ æternitas, quod sit inmortali sententia æterno iudicio subiugata. Ergo ne his implicemur; *verendum timendum, cauendumque* esse cognosce. Incredibiles enim post delicta cogentur credere, nō verbis, sed exemplis, nec minis, sed ipsa passione pœnarum. A. S. C. L. Non ergo Trifinegilte hominum delicta sola humana lege puniuntur. **TRISMEGIST.** *Primo,* Asclepi, terrena que sunt omnia, mortalia sunt, nunc omnia etiam quæ sunt rationi corporali viuentia, & à viuendo eadem *corporum ratione* deficientia, ea omnia pro vitæ meritis, aut delictis pœnis obnoxia tanto post mortem *seuerioribus* subiiciuntur, quanto multa forsitan fuerunt celata dum viueret. Præscia etenim rerum omnium diuinitate reddentur, perinde vt sint pro delictorum qualitatibus pœnæ. **A. S. C. L. P.** Qui sunt digni maioribus pœnis ò Trifinegilte? **TRISMEG.** Qui damnati humanis legibus vitam violenter amittunt, vt non naturæ animam debitam, sed pœnam pro meritis reddidisse videantur. Contra iusto homini in Dei religione & [in] summa pietate præsidium est. Deus enim tales ab omnibus tutatur malis. Pater enim omnium *vel Dominus*, qui solus est omnia, omnibus se libenter ostendit. Non vbi sit loca, *vel* qualis qualitate, nec quantus quantitate, sed hominem sola intelligentia mentis illuminans, qui discussis ab animo errorum tenebris, & veritatis claritate percepta, toto se sensu intelligentiæ diuinæ commiscet, cuius amore à parte naturæ qua mortalis est liberatus, immortalitatis futuræ cōcipit fiduciam. Hoc ergo inter bonos malosque distabit. Vnusquisque enim pietate, religione, prudentia, cultu, & veneratione Dei clarescit, quasi oculis vera ratione perspecta,

specta, & fiducia credulitatis suæ tantū inter homines præstans, quantum sol lumine ceteris astris antestatur. Ipse enim sol non tam magnitudine luminis, quam diuinitate & sanctitate ceteras stellas illuminat. Secundum enim Deū hunc crede, ô Asclepi, omnia gubernantem, omniaq; mundana illustrantem animalia; siue animantia, siue inanimantia. Sicut enim animal mundus viuens semper, & fuit, & est, & erit, nihil in mūdo mortale est. Viuentis etenim vniuscuiusque partis, quæ in ipso mundo, sicuti in vno eodemque animali semper viuente, nullus est mortalitatis locus. Ergo vitæ æternitatisque debet esse plenissimus, si semper eum viuere necesse est. Sol ergo sicut mūdo sempiternus [est,] sic & ipse semper gubernator vitalium, vel totius viuacitatis eorum frequentator & dispensator est. Deus ergo viuentium vel vitalium quæ sunt in mundo sempiternus gubernator est, ipsiusque vitæ dispensator æternus. Semel autem dispensauit æterna lege cunctis vitalibus vitam præstans, hoc more quo dicam.

In ipsa [enim] æternitatis viuacitate mūdo agitatur, & in ipsa vitali æternitate locus est mundi, propter quod non corumpetur aliquādo, stabili sempiternitate viuendi circumuallatus, & quasi constructus ipse mundus. Est igitur dispensator vitæ omnibus quæ in se sunt, & est locus omnium quæ sub sole gubernantur, & commotio mundi ipsius ex duplici cōstat effectu. Viuificatur enim ipse extrinsecus ab æternitate viuificatq; ea quæ intra se sunt omnia, differens numeris & temporibus statutis atque infixis, cuncta per solis effectum, stellatarumq; discursum, omnia temporaria ratione diuināq; lege conscripta. Terrenum autem tempus, & aëris qualitate, æstuum frigorisque varietate dinoscitur. Cæleste vero reuolutionibus siderū ad eadem loca temporaria conuersione recurrentium, & mundus est receptaculum temporis, cuius cursu & agitatione vegetatur. Tempus autem ordine seruetur. Ordo & tempus

innouatione omnium rerum quæ in mundo sunt, per alternationem faciunt. Cunctis ergo ita se habentibus, nihil stabile, nihil fixum, nihil immobile, nec nascetium, nec caelestium, nec terrenorum. Solus enim Deus, & merito solus, ipse in se, & à se, & circum se, totus est plenus atque perfectus, isq. sua firma stabilitas est, nec alicuius impulsu nec loco moueri potest, cum in eo sint omnia, & in omnibus ipse est solus, nisi aliquis audeat dicere, ipsius commotione in æternitate esse, sed magis & ipsa immobilis æternitas, in quam omnium temporum agitatio remeant, & ex qua omnium temporum agitatio sumit exordium. Deus igitur stabilis fuit, *semperque cum eo* similiter æternitas constitit. Mundum verò non natum, quem recte sensibilem dicimus, intra se habens. Huius Dei imago hic mundus effectus est æternitatis imitator. Habet autem tempus stabilitatis suæ vim atque naturam, quamuis semper agitetur, ea ipsa in se reuertendi necessitate. Itaque quamuis sic æternitas stabilis, immobilis atque fixa, tamen quoniam quod mobile est tempus, in æternitatem semper reuocatur agitatis, eaque mobilitas ratione temporis vertitur, efficiturque vt & ipsa æternitas immobilis quidem sola per tempus in quo ipsa est, & est in eo, omnis agitatio videatur agitati. Ergo sic efficitur, vt & æternitatis stabilitas moueatur, & temporis *mobilitas stabilis* fiat, fixa lege currendi. Sic & Deum agitari credibile est in seipsum eadem immobilitate stabilitatis. *Et enim ipsius in magnitudine est immobilis agitatio. Ipsius enim magnitudinis immobilis lex est.* Hoc ergo quod est tale, quod non subiicitur sensibus, infinitum, incomprehensibile, inestimabile est, nec sustineri, nec ferri, nec indagari potest. Vnde enim, & quo, & vbi, aut quomodo, aut quale sit, incertum est. Fertur enim in summa stabilitate; & in ipso stabilitas [est] sua, seu Deus, seu æternitas, seu vterque seu alter in altero, seu vterque in vtroque sint. Propter quod æternitas sine definitione est temporis.

Tempus autem quod *desiniri potest* vel numero, vel alternatione, vel per alterius ambitudinem *reditus aeternum est*. Vtrumque ergo infinitum, vtrumque videtur aeternum. Stabilitas enim, vtpote defixa, quod sustinere quae agitabilia sunt possit, beneficio firmitatis, merito obtinet principatū. Omnium enim quae sunt, primonium Deus est, & aeternitas. Mundus autem, quod sit mobilis, non habet principatum. Praeuenit enim mobilitas stabilitatem suam in legem agitationis sempiternae habendo immobibilem firmitatem. Omnis ergo sensus diuinitatis *firmis, immobilis ipse in stabilitate se commouet sua*. Sanctus, & incorruptus, & sempiternus est, & si quid melius potest nuncupari. Dei summi in ipsa *veritate assistens aeternitas, plenissimus omnium sensibilibus, & totius disciplinae, consistens, ut ita dixerim, cum Deo*. Sensus vero mundanus receptaculum est *sensibilium omnium specierum, & disciplinarum*. Humanus vero ex memoriae tenacitate, quod memor sit omnium quas gesserit rerum. Vsq. ad humanum tamen animal sensus diuinitatis descendendo peruenit. Deus enim *summi diuinum sensum cunctis confundere noluit, ne erubesceret aliorum commixtione animantium*. Intelligētia enim sensus humani qualis aut quanta sit, tota est in memoria praeteritorum. Per eam enim memoriae tenacitatem [ & ] gubernator effectus est terrae. Intellectus autē naturae qualitate & sensus mundi ex omnibus quae in mundo sensibilia sunt, poterit perueniri. Aeternitas quae secunda est ex sensibili mundo, sensus datus, qualitasque dinoscitur, ac intellectus qualitatis, qualitasque sensus summa Dei sola veritas est, cuius veritatis in mundo ne quidem extrema linea *umbrāus dinoscitur*. Vbi enim quid temporum *dimensione dinoscitur*, sunt mendacia, vbi geniturae, vbi errores videntur. Vides ergo, o Asclepi, in quibus constituti, quae tractemus, aut quae audeamus attingere. Sed tibi Deus summe gratias ago, qui me videndae diuinitatis tuae illuminasti lumine, & vos o Tati,

& Asclepi, & Ammon, intra secreta pectoris diuina mysteria silentio tegite, & tacurnitate celato. Hoc autem differt intellectus à sensu, quod intellectus noster ad qualitatem sensus mundi intelligendam, & dinoscendam mentis *peruenit* intentionem. Intellectus autem mundi peruenit ad æternitatem, & deos noscendos qui supra se sunt, & sic cõtingit hominibus, ut quasi per caliginem quæ in cælo sunt, videamus, quantum possibile est per conditionem sensus humani. Hæc autem intentio angustissima est peruidendis tantis bonis: latissima verò cum viderit felicitate conscientiz. De inani vero, quod *tam* magnum videtur esse quamplurimis, sic sentio. Inane nec esse aliquid, nec esse potuisse, nec futurum vniquam. Omnia enim mundi sunt membra plenissima, ut ipse mundus plenus sit, atque perfectus corporibus qualitate formaque diuersis [ & ] speciem suam habentibus & magnitudinem. Quorum vnum est alio maius, aut alio minus, & *validitate* & tenuitate diuersa. Nam & quædam eorum validiora [ *facilius* ] videntur, sicuti & maiora. minora autem & tenuiora, aut vix videri, aut *omnino* non possunt, quas solum esse attrectatione cognoscimus. Vnde cõtingit multis credere hic non esse corpora, & esse inanes locos, quod est impossibile. Sicuti enim quod dicitur est extra mundum, si tamen est aliquid (nec enim istud credo) sic ab eo plenum esse intelligibilem rerum, id est, *diuinitatis* suæ similiū. Vt hic etiã sensibilis mundus qui dicitur, plenissimus sit corporū & animalium naturæ suæ & qualitati cõuenientium, quorum facies non *omnes* videmus, sed quasdam ultra modum grandes, quasdam breuissimas, aut propter spacij interiecti longitudinem, aut quod acies sumus obrusi, tales nobis esse videantur, aut omnino propter nimiam breuitatem à multis non esse credantur. Dico nunc demonas, quos credo commorari nobiscū: & heroes, quos inter aëcis putissimam partem supra nos, & terram, vbi nec nebulis lo-



his locus *[est, nec nubibus,]* nec ex signorū aliquorum  
 agitatione cōmotio. Propter quod, ò Asclepi, ina-  
 ne nihil esse dixeris; nisi cuius rei inane sit hoc quod  
 dicis inane, prædixeris, ut inane ab igne, ab aqua,  
 & his similibus. Quod & si contigerit videri, quid  
 inane possit esse à rebus huiuscemodi, quamuis  
 breue sit vel magnum quod inane videtur, spiritu  
 tamen & aëre vacuū esse non possit. Similiter vero  
 de loco dicendum *[est,]* quod vocabulum solum  
 intellectu caret. Locus enim ex eo cuius est, quid  
 sit apparet. Principali etenim *decepto, nomine* signifi-  
 catio *mutatur.* Quare aquæ locus, ignis locus, aut  
 his similibus recte dicimus. Sicut enim inane esse  
 aliquid impossibile est, sic & locus solus quid sit  
 dinosci non potest. Nam si posueris locum sine eo  
 cuius est, inanis videbitur locus, quem in mundo  
 esse non credo. Quod si inane nihil est, nec per se,  
 quid sit locus apparet, nisi ei aut longitudo, aut  
 latitudines, aut altitudines addideris, ut corpori-  
 bus hominum signa. His vero sic se habentibus, ò  
 Asclepi, & vos qui adestis, scitote intelligibilem  
 mundum, *id est,* qui meritis solo obtutu dinoscitur,  
 esse incorporalem, nec eius natura misceri posse  
 aliquid corporale, id est, quod possit qualitatē,  
 quantitate, numeris que dinosci. In ipso enim nihil  
 tale consistit. Hic ergo *sensibilis, qui dicitur mundus,*  
 receptaculum est omnium sensibilibus specierum,  
 qualitatū vel corporum, quæ omnia sine Deo  
 vegetari non possunt. Omnia enim Deus, & à Deo  
 omnia, & eius voluntatis omnia. Quod totum est  
 bonum, decens, & prudens, & immutabile, & ipsi  
 soli sensibile atque intelligibile, & sine hoc nec fuit  
 aliquid, nec fuit, nec erit. Omnia enim ab eo, & in  
 ipso, & per ipsum, & *[varia &]* multiformes quali-  
 tates, & magnæ quantitates, & omnem mensuram  
 excedentes magnitudines, & vniformes species,  
 quas si intellexeris, ò Asclepi, gratias acturus es  
 Deo. Si totum animaduertes vera ratione perdi-  
 sces mundum ipsum sensibilem, & quæ in eo sunt

omnia à superiore illo mundo, quasi ex vestimento esse contacta. Vnumquodque enim genus animalium, ò Asclepi, cuiuscunque vel mortalis vel immortalis, vel rationalis, siue sit animas, siue sine anima sit, prout cuique est genus, sic singula sui generis imagines habent. Et quamuis vnumquodque animalis genus omnem sui generis possideat formam, in eadem tamen sui forma singula dissimilia sunt. Species enim quæ diuina est, incorporalis est, & quicquid mente comprehenditur. Cum itaque hæc duo ex quibus cõstat forma & corpus, incorporalia sint, impossibile est vnamquamq; formam alteri simillimam nasci, horarum & climatum distantibus punctis: Sed immutantur toties quot hora momenta habet circuli circumcurrentis, in quo est ille omniformis quem diximus Deus. Species ergo permanet ex se toties pariens imagines tantas, tamque diuersas, quanta habet cõuersio mundi momenta, qui mundus in conuersione mutatur. Species vero nec mutatur, nec conuertitur. Sic generum singulorum formæ sunt permanentes in eadem forma sua dissimiles. ASCLEP. Et mundus speciem mutat ò Trismegiste? TRISMEGIST. Vides ergo, ò Asclepi, tibi omnia quasi dormienti esse narrata. Quid est enim mundus, aut ex quibus constat, nisi ex omnibus natis? Ergo vis dicere de cælo, terra, & elementis. Namque alia magis frequenter mutantur in species, cælum humescens, vel arefcens, vel frigesccens, vel ignescens, vel claresccens, vel sordescens in vna cæli specie, hæc sunt quæ spe alternantur species: Terra vero suæ speciei multas immutationes semper habet, & cum parturit fruges, & cum eadem partus nutrit suos, cum reddit omnium fructuum varias diuersasque qualitates & quantitates, ac stationes, aut cursus; creantur omnes arborum, florum, baccarum qualitates, odores, sapores, species. Ignis etiam facit conuersiones plurimas atque diuersas. Solis enim & lunæ omniformes [ sunt ] imagines. Sunt enim quasi speculorum

rum nostrorum similes imaginum similitudines  
 æmulo splendore reddentium. Sed iam de talibus  
 sint satis dicta talia. Iterum ad hominē rationemq̄.  
 redeamus, ex quo diuino dono homo animal di-  
 stum est rationale. Minus autem miranda, & si mi-  
 randa sunt quæ de homine dicta sunt, sed omnium  
 mirabilium vincit admirationem, quod homo [ *di-  
 uinatus* ] potuit inuenire naturam, eamque efficere.  
 Quoniam ergo proavi nostri multum errabant *cir-  
 ca deorum rationem* increduli, & non animaduerten-  
 tes ad cultum religionemque diuinam, inuenerunt  
 artem qua Deos efficerent, cui inuentæ adiunxe-  
 runt virtutem de mūdi natura convenientē, eamq̄  
*miscentes, quoniam* animas facere non poterant, euo-  
 cantes animas dæmonum vel angelorum, eas indi-  
 derūt imaginibus suis diuinisq̄ mysteriis, per quas  
 sola idola & *bona faciendi & malè* vires habere po-  
 tuissent. Auus enim tuus, ò Asclepi, medicinæ pri-  
 mus inuētor, cui templum consecratū est in mon-  
 te Libyæ circa litus crocodilorum, in quo eius ia-  
 cet mundanus homo, id est corpus, reliquus enim  
 vel potius totus, si est homo totus in sensu vitæ  
 melior, remeauit in cælum, omnia etiam nunc ad-  
 iumēta hominibus præstans infirmis numine suo,  
 quæ ante solebat medicinæ arte præbere. Hermes,  
 cuius nomine *aurum* mihi nomen est, sibi cogno-  
 men patrium consistens, omnes mortales vndique  
 venientes adiuuat atque conseruat. Isis vero &  
 Osirin *quæ* multa bona præstare *propitiæ*, *quantum*  
 obesse scimus *irata*! Terrenis etenim Diis atque  
 mundanis facile est irasci, utpote qui sint ab homi-  
 nibus *extræque naturam facti atque compositi*. Vnde con-  
 tingit ab Ægyptiis hæc sancta animalia nūcupari,  
 & per singulas ciuitates coli eorum animas, quo-  
 rum sunt consecratæ viuentes, ita vt eorum legi-  
 bus *inchoentur*, & eorum nominibus nuncupentur.  
 Per hanc causam, ò Asclepi, quæ aliis colenda vi-  
 dentur atque veneranda, apud alios dissimiliter ha-  
 bētur, ac propterea bellis se laessere Ægyptiorum

ciuitates solent. ASCLEP. Et horum Trismegiste deorum qui terreni habentur, cuiusmodi est qualitas? TRISMEGIST. Constat, ô Asclepi, de herbis, de lapidibus, & de aromatibus vim diuinitatis *natura in se habentibus*, & propter hanc causam sacrificiis frequentibus oblectantur, hymnis & laudibus & dulcissimis sonis in modum cælestis harmoniæ concinentibus, vt illud quod *[cæleste]* est, cælesti vsu & frequentatione illectum; in idola possit lætum humanitas patiens longa durare per tempora. *Sic deorum si quis est homo. Et ne putes fortuitos effectus esse terrenorum deorum, ô Asclepi, Dij cælestes inhabitant summa cælestia, unusquisque ordinem quem accepit complens atq. custodiens. Hi verò nostri sigillatim quædam curantes, quædam prævidentes, quædam fortibus & diuinatione prædicentes, hisque pro modo subuenientes, humana quasi amica cognatione auxiliantur.* ASCLEPIVS. Quam ergo partem rationis *εἰμαρμῆν* vel fata incolunt, ô Trismegiste? *anne cælestes dij catholicorum dominantur, terreni incolunt singula, quam εἰμαρμῆν nuncupamus?* TRISMEGIST. O Asclepi, ea est necessitas omnium quæ geruntur, semper sibi catenatis nexibus iuncta. Hæc itaque est aut *effectrix* rerum, aut summus Deus, aut ab ipso Deo qui secundus effectus est Deus, aut omnium cælestium terrenarumque rerum firmata diuinis legibus disciplina. Hæc itaque *εἰμαρμῆν* & necessitas, ambæ sibi inuicem indiuiduo connexæ sunt glutino, quarum prior *εἰμαρμῆν* rerum omnium parit initia. Necessitas vero cogit ad effectum quæ ex illius primordiis *pendent*. Has ordo consequitur, id est, contextus & *dispositio* temporis rerum perficiendarum. Nihil est enim sine ordinis compositione. In omnibus istis mundus iste perfectus est. ipse enim mundus ordine gestatur, vel totus constat ex ordine. Hæc ergo tria, *εἰμαρμῆν*, necessitas, ordo, vel maximè Dei nutu sunt effecta, qui mundum gubernat sua lege & ratione diuina.

Ab his ergo omne velle & nolle diuinitus auersum est totum. Nec ita etenim commouentur, nec flectuntur gratia, sed seruiūt necessitati rationis æternæ, quæ æternitas inauersibilis, immobilis, insolubilis est. Prima ergo *εἰσαγωγή* est, quæ velut iacto semine futurorum omnium suscipit prolem. Sequitur necessitas, qua ad effectum coguntur omnia. Tertius ordo, textum seruans earum rerum quas *εἰσαγωγή* necessitasque disponit. Hæc ergo æternitas quæ nec cœpit esse, nec desinet, quæ fixa immutabili lege currendi sempiterna commotione *versatur* oriturque & occidit *alternis* sæpe per membra, ita vt variatis temporibus, iisdem quibus occiderat membris oriatur, sic enim & rotunditatis volubilis ratio, vt ita sint sibi coarctata cuncta, vt quid sit volubilitatis initium ignores, cum omnia se semper & præcedere *videantur* & *sequi*. Euentus autem vel *fortis* insunt omnibus permixta mundanis. Dictū est nobis de singulis vt humanitas potuit, vt voluit permisitque diuinitas. Restat hoc solum nobis, vt benedicentes Deum, orantesque, ad curam corporis redeamus. Satis enim *[nos]* de diuinis rebus tractantes mentem velut animi pabulis saturauimus.

De adyto veto egressi, cum Deum orare cœpissent, in austram respicientes erant. Sole etenim occidente, cum quis Deū *rogare* voluerit, illuc debet *intendere*, sicut & sole oriente, in eum qui subsolanus dicitur. Iam ergo dicentibus precationem, Asclepius ait, submissa voce: *O Tati*, suggeramus patri quod iusserit, vt thure addito & pigmentis precem dicamus Deo. Quem Trimegistus audiens, atque commotus ait: *Melius* melius ominare, ô Asclepi. Hoc enim sacrilegiis simile est, cum Deum roges, thus *ceteraque* incendere. Nihil enim deest ei qui ipse est omnia *[aut in eo sunt omnia.]* Sed nos agentes gratias adoremus. Hæ enim sunt summæ incensationes Dei *gratia cum aguntur* à mortalibus.

Gratias tibi agimus summe & exsuperantissime.

Tua

Tua enim gratia tantum sumus cognitionis tuæ lumen consecuri. *O nomen sanctum & honorandum, nomen unū, quo solus Deus est benedicendus religione paterna, quoniam omnibus paternam pietatem, & religionem, & amorem, & quæcumque est dulcior efficacia, præbere dignaris! Condenas nos sensu, ratione, intelligentia. Sensu, ut te cognoscamus. Ratione, ut te suspicionibus indagemus. Cognitione, ut te cognoscentes gaudeamus. ac numine saluati tuo gaudemus quod te nobis ostenderit totum. Gaudemus, quod nos in corporibus sitos æternitati fueris consecrare dignatus. Hæc est enim sola humana gratulatio, cognitio maiestatis tuæ. Cognouimus te, & lumen maximum solo intellectu sensibili. Intelleximus te ò vitæ vera vitæ, ò naturarum omnium secunda prægnatio. Cognouimus te totius naturæ tuo conceptu plenissimum, cognouimus te æterna perseveratio. In omni enim ista oratione adorantes bonum bonitatis tuæ, hoc tantum deprecamur, ut nos velis *conseruare* perseverantes in amore cognitionis tuæ, & numquam ab hoc genere vitæ separari. Hoc optantes conuertimus nos ad puram & sine animalibus carnem.*

VITA

## VITA L. APVLEII.

Ex editione Coluina.

**L**APVLEIVS Madaura, qua civitas Afri-  
ce, in Numidia Gatuliaque confinio, & ante  
sub ditione Syphacii, deinde Massaniffa, post  
colonia populi Romani splendidissima, honesto  
satu loco natus fuit. Nam ibi patrem Thaseum  
habuit loco principe duumviralem, & honoribus aliis con-  
funktum: matrem vero Saluam, ab inlyto illo Plutarcho  
Cheronensi, ac mox Sexto Philosopho nepote eius, genus du-  
centem, quem Sextum Philosophum auduisse Imperatorem  
Antoninum Philosophum, in eius vita scribit Capitolinus.  
Quando natus fuerit, certo vel plane non constat, de quo ta-  
men conicere verisimiliter possumus. Nam cum sub Anto-  
nino Pio. Diuisque fratribus, id est M. Antonino Philosopho  
& L. Aurelio Vero precipue floruisse, argumentu satu certu  
colligere nobis datur. Meminit enim C. V. Lolliani Auri,  
quem Diuorum fratrum imperio Bithynia praside fuisse, &  
Heluij Pertinacii atate etiamnum vixisse, tunc virum con-  
sulare, ex Vlpiano nostro eodemque Iulio Capitolino loco  
suo notauimus. Lollium quoque Urbicum prasectum urbi  
vocat, per que, tunc legatum suum, Antoninum Primum Bri-  
tannos debellasse, idem etiam historicus memoria produxit.  
Scipionem Orphitum Africa prasidem facere videtur, quous  
prasectus urbi eiusdem D. Pij auo. & post imperante An-  
tonino Philosopho, quamuis inter illos qui cum Faustina  
clandestine solerent haberetur, tamen ad varios honores pre-  
notum, ex eodem scriptore constat, qui etiam consulatu fun-  
ctus circa idem tempus fuisse videtur. Scribunt enim Iuris-  
consulti nostri temporibus D. Marci Senatusconsultum fa-  
ctum Orphito & Rufe cass. quod Orphitianum, ab altero  
scilicet consulum, dictu fuit. Sed & El. Lampridius etiam  
Orphitum cum Maximo, item cum Rufe sub Commodi Im-  
peratore consulem fuisse notat. At fortassis plures Orphiti  
eodem illa auo. de quo pluribus disputare hoc loco non insti-  
tuimus. Ex his omnibus distaxat obseruare voluimus, quan-  
do Apuleius noster natus videri possit: nimirum postremo  
D. Ha-

D. Hadriani imperia, aut praterpropter. Ab incunte aetate studiu semper additissimus fuit. Nam pueritia eius Carthagini, iuuentus vero Athenis omne genus liberalibus imbuta fuit disciplina, ubi doctrinam Platoniam praecipue secutus est, & adsecutus. Magno etiam cum labore, utpote magistro nullo praecunte, Roma Latinum sermonem addidit, ubi etiam tam peritus iuris Quiritium eussit, ut advocati munus obierit, & in foro causas egerit. Sacris plurimum sese in Graecia & alibi initiatum, immo sacerdotem in provincia Africa fuisse, ipsemet sapius indicat, quod & D. Augustinus alibi notat: qui eurus tunc & munera edidisse & venatores vestivisse scribit. Et circa id tempus Carthagini ex decreto amplissimi Ordinis statua ex aere illi posita fuit. Patti- monium ei satis amplum erat, nisi id diutinu studiu & variu longique peregrinationibus modice imminuisset. Vxorem habuit ex Oea, Africae etiam civitate, Pudentillam nomine, qua tertium quadragies possidebat. Quam ob rem tunc apud Cl. Maximum Africa proconsulem Magicarum artium a Scimio Amyliano insimulatus fuit: quod & Pudentillam viduam proecliorisque aetatu feminam cautissimis in amore sui pellexisset, & Pontianum priuignum suum e medio sustulisset. Qua crimina a se alienissima, luculentissima oratione ostendit. Sed tamen etiam ipse in Milesiu suis, scripto quidem ludicro, Magica disciplina sese studiosissimum avantisissimumque fuisse non semel duratim indicat: & olim quoque Lactantij, Augustini veterumque aliorum patrum suo talis audiebat, ut etiam Apollonio Tyaneo aliisque principibus Magis adiungeretur: quorum maiora quam Christi domini nostri Ethnici contendebant extitisse miracula. Equanos aequalisque suos, prater illos quos iam commemoravimus, nominat Severianum Africa proconsulem, Honorinumque filium eius, & legatum; Strabonem Amylianum Numantinum V. C. condiscipulum suum, cui librum dedicare voluisse videtur; Clementem Poetam, qui res gestas Alexandri Magni carmine conscribebat. Multa versa multa prorsa, multa Graeca multa Latina oratione scripsit: quorum bona pars iniuria incuriaque temporis intercidit. Et quidem quae integra ad nos pervenisse censentur, sunt haec: Metamorphoseon sive de Asiro aureo libri undecim. Floridorum



horum libri quatuor, de Dogmate Platonis vnus, de Philo-  
 sophia, de Deo Socrati, de Mundo, *Περὶ ἰπανείας* siue, de  
 Syllogismo Categorico, quem nunc primum damus; Apologia  
 prima, Apologia secunda, *Ἀπολογία*, carmen ludicrum ex  
 Menandro tralatum. Quorum Titulos dumtaxat Frag-  
 mentaque quedam è veterum Grammaticorū aliorūque  
 scriptu enotare potuimus, ista. Carmina varia, inter qua  
 Epigrammata multa amatoria, Epistola etiam, libri Ludic-  
 rorum, de Prouerbiis, de Arboribus, de Numeris, de Re-  
 publ. Coniuiualium Questionum, Naturalium Quæstio-  
 num, Medicinalium, Hermagoras prior, Hermagoras poste-  
 rior, Phædo è Platone conuersus, Epitome Historiarum,  
 Hymnus & Dialogus in Esculapium, Oratio pro statu  
 sibi *Οὐκ ἐλάττω* locanda. De quibus omnibus alibi scripsimus. Et hæc  
 de L. Apuleio nostro Madanensi. Fuit & quidam alius  
 Tiberij auo Apuleius Celsus Censuripinus Sículus medicus  
 celebris, quem Scribonius Largus lib. de Compositione Medi-  
 camentorum præceptorem suum & Valentiū vocat: Marcel-  
 lus verò Empiricus, qui sub Theodosio Gratianoque vixit,  
 inter medicina artu auctores Latinos recenset. Huc eundem  
 putem esse quem Palladius lib. de re Rustica laudat, & è  
 quo Casianus Bassus Geoponicon, quæ Imp. Constantini no-  
 mine passim circumferuntur, concinnator multa descripsit.  
 Est & scriptum quoddam de Herbis, Apuleio adscriptum,  
 in posteriorique editione Basileensi nostri auctoris operibus re-  
 liquis adsum; quod potius Celsi illi medico tribuatur. Sed  
 illud quidam mihi tale videtur, vt nec Augusti Tiberij ve-  
 atate inoffenso cursu elegantia Romana fluens aquor, nec  
 Apuleiani sermonis vberem laciniosamque torrentem, vt  
 ita dicam, redolere videatur. Non tam illucrum de stilo  
 filoque orationis Apuleiani indicare videntur, qui ab eo  
 Asclepium Hermæti Trismegisti è Græco in Latium con-  
 uersum volunt, interque epistola scripta numerare & excudere  
 non dubitant; cum eo Dialoga, quantum ad verba & ad  
 phrasas, vix quidquam in tota lingua Latina exat inceptius.

FLNIS

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is written in a historical script, possibly Spanish or Portuguese.]*